re corrigiã calciamẽti? Si ꝗ ille chriſt⁹ tan/
tę excellentię hõ de⁹ ſol⁹ baptiȥaret̃ baptiſ/
mo iohãnis: q̃d dicturi erãt hoĩes? Quale
baptiſmũ habuit iohãnes? Magnũ baptiſ
mũ habuit/ineffabile ſacramẽtũ. Vide/q2
ſol⁹ chriſt⁹ meruit baptiȥari iohãnis baptiſ
mate: atq3 ita maior videret̃ baptiſma ſer/
ui/q̃ baptiſma dñi. Baptiȥati ſunt et alij
baptiſmate iohãnis/ne melior videret̃ ba
ptiſma iohannis q̃ chriſti. Baptiȥat⁹ ẽ aũt
⁊ dñs: vt dño ſuſcipiẽte baptiſma ſerui: nõ
dedignarent̃ alij ſerui ſuſcipere baptiſma
dñi. Ad hoc ꝗ miſſus erat iohannes: Sed
nouerat chriſtũ/an non nouerat? Si nõ no
uerat: quare dicebat quãdo venit ad fluui
um chriſt⁹: Ego a te debeo baptiȥari: hoc
eſt/ſcio qui ſis? Si ꝗ iam nõ nouerat: certe
tunc cognouit quando vidit columbã de/
ſcendentẽ. Manifeſtũ ẽ quia columba nõ
deſcendit ſuꝑ dñm/ niſi poſteaq̃ aſcendit
de aqua baptiſmi. Dñs baptiȥatus aſcen/
dit ab aqua: aperti ſunt cęli: et vidit ſuꝑ eũ
columbã. Si ergo poſt baptiſmũ deſcẽdit
columba: anteq̃ baptiȥaretur dñs/ dixit il
li iohannes: Tu ad me venis: Ego a te de/
beo baptiȥari. Ante illũ nouerat qui dixit:
Tu ad me venis: Ego a te debeo baptiȥa/
ri. Quomõ ergo dixit: Et ego neſciebã eũ:
ſed qui me miſit baptiȥare in aqua: ille mi/
hi dixit: Super quẽ videris ſpiritũ deſcen/
dentẽ ſicut colũbam/et manentẽ ſuper eũ:
hic eſt qui baptiȥat in ſpirituſancto? Non
parua queſtio eſt fratres mei. Si vidiſtis
queſtionẽ/non parũ vidiſtis: ſupeſt vt ipſi/
us ſolutionẽ dñs det. Tamen illud dico: ſi
vidiſtis queſtionẽ non eſt parũ. Ecce poſi/
tus eſt iohannes ante oculos veſtros/ſtãs
ad fluuiũ iohãnes baptiſta. Ecce venit do/
min⁹ adhuc baptiȥand⁹/ nondũ baptiȥat⁹.
Audi vocẽ iohãnis: Tu ad me venis: Ego
a te debeo baptiȥari. Ecce iã cognoſcit do/
minũ/a quo vult baptiȥari. Baptiȥat⁹ dñs
aſcẽdit ab aqua: apiunt̃ cęli: deſcẽdit ſpũs.
Modo illũ cognoſcit iohãnes. Si mõ illũ
cognoſcit cui dixit antea: Ego a te debeo
baptiȥari? Si autẽ nõ eũ modo cognoſcit:
quia iã nouerat eũ: quid ẽ quod dixit: Nõ
nouerã eũ: ſed ꝗ me miſit baptiȥare in aq̃/
ille mihi dixit: Suꝑ quẽ videris ſpiritum
deſcẽdentẽ ſicut columbã/ et manentẽ ſuꝑ
eũ: ipſe eſt qui baptiȥat in ſpirituſctõ. Fra/
tres/ſi iſta q̃ſtio hodie ſoluat̃/ grauat vos/
nõ dubito: quia iã multa dicta ſunt. Scia/
tis autẽ talẽ iſtam queſtionẽ eſſe/vt hęc ſo/
la perimat partẽ donati. Ad hoc dixi cha/
ritati veſtrę/vt intentos vos facerẽ: ſimul/
ter vt ſoleo/ſimul vt oretis ꝓ nobis et pro
vobis: vt ⁊ nobis det dñs digna loqui: et
vos digna capere mereamini. Interim ho
die dignamini differre. Sed hoc breuit̃ di/
co interim/donec ſoluat̃. Interrogate pa/
cifice/ ſine rixa/ſine contẽtiõe/ ſine alterca/
tionibus/ſine inimicitijs: ⁊ vobiſcũ q̃rite/
⁊ alios interrogate ⁊ dicite: Hãc queſtionẽ
ꝓpoſuit hodie eꝑs noſter: Aliq̃n ſi dñs cõ/
ceſſerit ſolutur⁹ eã. Sed ſiue ſoluat̃ ſiue nõ
ſoluatur: putate me ꝓpoſuiſſe qḋ me mo/
uet. Moueor eñ multum: Dicit iohãnes:
Ego a te debeo baptiȥari/tanq̃ chriſto co/
gnito. Si eñ non nouerat eum a quo vo/
luit baptiȥari/temere dicebat: ego a te de/
beo baptiȥari: Nouerat ergo eum. Si no/
uerat eũ: quid eſt ergo quod dicit: non no/
ueram eum: ſed qui me miſit baptiȥare in
aqua/ipſe mihi dixit: Super quem videris
ſpiritum deſcendentem et manentẽ ſuper
eum ſicut columbam: ipſe eſt qui baptiȥat
in ſpũſctõ. Quid dicturi ſumus? Quia nõ
ſcimus quando venerit columba. Ne forte
ibi lateat: legant̃ alij euangeliſtę/ qui pla/
nius illud dixerũt: et inuenimus apertiſſime

tunc deſcendiſſe columbā/cū dñs ab aqua
aſcendit. Super baptiçatū eñi chriſtū apti
ſunt celi:ꝛ vidit ſpm̄ſanctū deſcendentē:ſi
iā baptiçatū cognouit/ venienti ad baptiſ/
ma/ quō dicit: Ego a te debeo baptiçari?
Hanc vobiſcū interim ruminate:hanc vo/
biſcū conferte:hanc vobiſcū tractate. Pre/
ſtet dñs de⁹ noſter/ vt anteꝗ̄ a me audiatꝭ
alicui veſtrū prior eam reuelet. Tñ fratres
hoc ſciatiſ:qꝛ ꝑ iſtius queſtionis ſolutionē
pars donati de baptiſmi gratia/ vbi nebu
las obtēdunt imperitis:et retia tēdūt aui/
bus volantib⁹:ſi frontē habeant/oino nō
habebunt:omnino eoꝝ ora claudenꝭ.

Ex eo qđ ſcrptū ē: Et ego neſcie/
bā eū:ſed q̄ me miſit baptizare in
aq̄/ille dixit mihi:Sup quē vide/
ris ſpm̄ deſcendentē et manentē
ſup eū:ipſe eſt q̄ baptizat in ſpiri-
tuſancto: Tractatus.v.

A Icut domin⁹
ſ voluit:ad diē ꝓmiſſionis no
ſtre ꝑuenimus:preſtabit etiā
hoc/vt ad ipſi⁹ ꝓmiſſiōis red/
ditionē ꝑuenire poſſim⁹. Tunc eñi ea q̄ di/
cim⁹:ꝛ nobis ꝛ vobis vtilia ſunt ſi ab ipſo
ſunt. Que aūt ab hoīe ſunt/mēdacia ſunt:
Ioh.8.f. ſicͭ ipſe dixit dñs noſter ieſus chriſtuſ:Qui
loquiꝭ mendaciū/de ſuo loquiꝭ. Nemo ha
bet de ſuo niſi mēdaciū ꝛ pctm̄. Si qđ autē
hō habet veritatis atꝗ̄ iuſticie: ab illo fon
te eſt quē debemus ſitire ī hac heremo: vt
ex eo quaſi guttis quibuſdam irrorati:ꝛ in
hac peregrinatione interim ꝯſolati: ne de/
ficiamus in via/venire ad eius requiē ſati/
etatēꝗ̄ poſſim⁹. Si ḡ q̄ loquiꝭ mendaciū d
ſuo loquiꝭ:q̄ loquiꝭ veritatē de deo loqui/
tur. Verax iohānes/ vͥtas chriſt⁹. Verax
iohānes: ſed oīs verax a veritate verax ē.
Si ḡ verax iohannes/et verax eſſe hō non
poteſt niſi a veritate: a quo erat verax niſi
Ioh.14.a. ab eo q̄ dixit:Ego ſū veritas? Non ḡ poſ/
ſet dicere/aut veritas ꝯtra veracē/ aut ve/
rax ꝯ vͥtatē. Veracē veritas miſit:et ideo
verax erat/qm̄ a vͥtate miſſus erat. Si ve/
ritas iohānē miſerat/chriſt⁹eū miſerat:ſed
qđ chriſt⁹cū patre facit/pater facit:ꝛ qđ pa
ter cū chriſto facit/chriſt⁹facit: nec ſeorſum
pater aliq̄d facit ſine filio: nec ſeorſū aliq̄d
filius ſine patre. Inſeparabilis charitas/
inſeparabilis vnitas/ inſeparabilis maie/
ſtas/inſeparabilis poteſtas:ſm̄ hec vͥba q̄
ipſe poſuit:Ego ꝛ pater vnū ſum⁹. Quis ḡ Ioh.10.f.
miſit iohannē? Si dicam⁹/pater: veꝝ dici/
mus:ſi dicam⁹fili⁹/veꝝ dicamuſ:manifeſti⁹
aūt vt dicam⁹/pater ꝛ filius. Quē miſit er/
go pater et filius: vnus de⁹ miſit: qꝛ filius
dixit:Ego ꝛ pater vnū ſumus:quō ḡ neſci/
ebat eū a quo miſſus ē? Dixit eñi:Ego ne/
ſciebā eū:ſed qui me miſit baptiçare in aq̄/
ipſe mihi dixit. Interroga iohannē:qui te B
miſit baptiçare ī aqua/quid tibi dixit? Su
per quem videris ſpiritū deſcendentē ſicut
columbam/et manentē ſuper eū: ipſe eſt q̄
baptiçat in ſpirituſancto. Hoc tibi o iohā/
nes dixit/ q̄ te miſit: manifeſtū eſt qꝛ hoc:
quis ḡ te miſit? Forte pater. Verꝰ deus pa
ter/ ꝛ vͥtas de⁹ filius:Si pater ſine filio te
miſit:de⁹ ſine veritate te miſit. Si ideo aūt
verax es/ qꝛ veritatē loqueris/ ꝛ ex vͥtate
loqueris:nō te miſit pater ſine filio: ſed ſi/
mul te miſit pater ꝛ filius:ſi ḡ ꝛ fili⁹te miſit
cum patre:quō neſciebas eū a quo miſſus
es? Quē videras ī veritate/ipſe te miſit vt
agnoſcereꝭ in carne ꝛ dixit: Sup quē vide/
ris ſpm̄ deſcendentē ſicut columbā ꝛ manē
tem ſuper eū/ ipſe ē q̄ baptiçat in ſpūſctō.
Hoc audiuit iohānes: vt noſſet eū quē nō
nouerat:an vt plenius noſſet quē iam no/
uerat? Si eñi omni ex parte nō noſſet: ve/
nienti ad fluuiū vt baptiçareꝭ nō diceret:
Ego a te debeo baptiçari/ et tu venis ad Math.3.d.
me. Nouerat ḡ. Qñ aūt columba deſcēdit
iā baptiçato dño/ꝛ ab aqua aſcendente:at
ſi ille q̄ eū miſerat dixit: Super quē vide/
ris ſpiritū deſcēdentē ſicut columbā/ ꝛ ma/
nentē ſuper eū:ipſe ē q̄ baptiçat in ſpiritu/
ſancto:ꝛ nō nouerat eū:ſed colūba deſcen/
dente cognouit eū. Columba vͦo tunc de/
ſcendit/qñ dñs ab aqua aſcēdit: Tūc autē
cognouerat iohāneſ dñm/qñ ad eū dñs ad
aquā veniebat:manifeſtaꝭ nobis qꝛ iohā/
nes ſm̄ aliq̄d nouerat/ſm̄ aliq̄d non noue/
rat dñm. Niſi aūt hoc intellexerim⁹/ men/
dax erat: quō ḡ erit verax agnoſcēs qui di/
xit:Tu ad me venis:ego aūt a te debeo ba
ptiçari? Verax eſt cū hoc dicit. Et quō rur/
ſus verax eſt cum dicit: Ego nō noueram
eū:ſed qui miſit me baptiçare in aqua/ipſe
mihi dixit:ſuper quē videris ſpiritū deſcē/
dentē ſicut columbā/et manentē ſuper eū:
ipſe ē qui baptiçat in ſpirituſancto. Inno/
tuit per columbā dñs:non ei q̄ ſe non no/

uerat: ſed ei q̄ in eo aliquid nouerat: aliqd
nō nouerat. Noſtrū ē ergo querere quid in
eo iohannes nondū nouerat / ꝑ columbā
vidit. Quare miſſus ē iohānes baptizās:
iā memini me quātū potui dixiſſe charita/
ti veſtre. Si eñ baptiſmū iohānis neceſſa/
riū erat ſaluti noſtre / ꝛ mō debuit exerceri:
Nō eñ mō non ſaluant hoies / aut mō plu
res non ſaluant / aut alia tūc ſal⁹ erat / ꝛ alia
B mō: Si mutat⁹ ē chriſt⁹ / mutata ē ſalus. Si
ſal⁹ in chriſto eſt / ꝛ idē ipſe chriſt⁹ ē: eadē no
bis ſal⁹ ē. Sed q̄re miſſus ē iohānes bapti/
zans? Quia oportebat baptizari chriſtū.
Quare oportebat baptizari chriſtū? Quia
oportuit naſci chriſtū: q: oportuit crucifigi
chriſtū. Si eñ viā humilitatꝪ demōſtratu/
rus aduenerat: ꝛ ſeipſū factur⁹ ipſā humili/
tatis viā / in omnib⁹ ab eo implēda erat hu
militas. Auctoritatem dare baptiſmo ſuo
hinc dignatus ē: vt cognoſcerent ſerui ſui /
quāta alacritate deberēt currere ad baptiſ/
mū dñi: qñ ipſe nō dedignatus eſt ſuſcipe/
re baptiſmū ſerui. Donatū eñ erat hoc io/
C hāni / vt ipſius baptiſmū diceret. Hoc attē/
dat ꝛ diſtinguat / ꝛ nouerit charitas veſtra:
Baptiſmū quod accepit iohannes baptiſ/
mum iohānis dictū eſt. Nullus añ illū iu/
ſtorū: nullus poſt illum vt acciperet baptiſ
mū qđ baptiſmū ipſi⁹ diceret accepit: So/
lus tale donū accepit. Accepit qđē: nō eñ
a ſe poſſit aliqđ: Si eñ a ſe q̄s loquit / mē/
daciū de ſuo loqt. Et vñ accepit / niſi ab ip̄o
dño ieſu chriſto? Ab illo vt baptizare poſ/
ſit accepit: quem poſtea baptizauit. Noli/
te mirari: Sic eñ hoc fecit chriſtus in iohā
ne / quomō quiddā fecit i matre. De chriſto
eñ dictū eſt: Omnia ꝑ ipſum facta ſūt. Si
omnia ꝑ ipſum: ꝛ maria ꝑ ipſum facta ē: de
qua poſtea nat⁹ ē chriſt⁹. Intēdat charitas
veſtra: quomodo creauit mariā / ꝛ creat⁹ eſt
ꝑ mariā: ſic dedit baptiſmū iohāni / ꝛ bapti
zatus ē a iohāne. Ad hoc ergo accepit ba/
ptiſmū a iohanne: vt accipiēs quod inferi⁹
erat ab inferiore: ad id quod ſuperius erat
hortaret inferiores. Sed quare non ſolus
ipſe baptizatus eſt a iohāne / ſi ad hoc miſ/
ſus erat iohānes / per quē baptizaret chri/
ſtus / vt pararet viā dño: id eſt ipſi chriſto?
Et hoc iā diximus. Sed cōmemoramus /
que neceſſaria ſunt p̄ſenti queſtioni: Si ſo
lus dñs noſter ieſus chriſt⁹ baptizat⁹ eſſet
baptiſmate iohānis: tenete quod dixim⁹:
non tantū valeat ſeculū vt deleat a cordi/
bus veſtris / quod ibi ſcripſit ſpirit⁹ dei. Nō
tantū valeant ſpine curarū / vt ſuffocēt ſe/
mē quod ſeminat in vobis. Quare eñ co/
gimur eadē repetere / niſi quia de memoria
cordis veſtri ſecuri nō ſumus. Si ergo ſol⁹
dñs baptizatus eſſet baptiſmate iohānis:
non deeſſent qui ſic eū haberent / vt puta/
rent baptiſmū iohannis maiorē eſſe / q̄ ſit
baptiſma chriſti. Dicerent eñ: Uſq₃ adeo
illō baptiſma maius eſt: vt ſolus chriſtus
ab eo baptizari meruiſſet. Ergo vt daret
nobis a dño exemplū humilitatꝪ / ad ꝑcipi/
endā ſalutem baptiſmatis: chriſtus ſuſce/
pit quod ei opus non erat / ſed ꝑpter nos
opus erat. Et rurſus / ne hoc ipſū quod ac/
cepit a iohāne chriſtus / preponeret baptiſ/
mati chriſti: ꝑmiſſi ſunt et alij baptizari a
iohanne: Sed qui baptizati ſunt a iohan/
ne / non eis ſufficit: Baptizati ſunt eñ ba/
ptiſmo chriſti: q: nō baptiſmꝰ chriſti erat
baptiſm⁹ iohannis. Qui accipiūt baptiſ/
mū chriſti / baptiſmū iohānis non querūt:
Qui acceperūt baptiſmū iohānis / baptiſ/
mū chriſti queſierunt. Ergo chriſto ſufficit
baptiſm⁹ iohannis. Quomodo nō ſuffice/
ret / quādo nec ipſi erat neceſſari⁹? Illi eñ
nullū baptiſmū erat neceſſariū: ſed ad hor
tandos nos ad baptiſma ſuū / ſuſcepit ba/
ptiſmū ſerui. Et ne ꝑponeretur baptiſmū
ſerui baptiſmo dñi: baptizati ſunt alij ba/
ptiſmate ꝯſerui. Sed qui baptizati ſūt ba/
ptiſmate conſerui / oportebat vt baptizarē
tur baptiſmate dñi. Qui aūt baptizantur
baptiſmate dñi / nō opus habēt baptiſma/
te ꝯſerui. Qm̄ ḡ accepat iohānes baptiſmū
qđ ꝑprie iohannis diceret: dñs autē ieſus
chriſt⁹ baptiſmū ſuū noluit alicui dare: nō
vt nemo baptizaret baptiſmo dñi / ſed vt
ſemp ip̄e dñs baptizaret: id actū ē vt ꝑ mi/
niſtros dñs baptizaret: id ē / vt q̄s miniſtri
dñi baptizaturi erāt / dñs baptizaret / nō il/
li. Aliud ē eñ baptizare ꝑ miniſteriū: aliud D
baptizare ꝑ ꝑtātem. Baptiſma eñ tale eſt De conſe. diſ.
qlis ē ille in cui⁹ ꝑtāte dat: nō qlis eſt ille ꝑ 4. c. aliud.
cui⁹ miniſteriū dat: Tale erat baptiſmū io 4. ſen. diſ. ca. i.
hānis qualis iohānes: Baptiſma iuſtum
tanq̄ iuſti tñ hoīs: Sed q̄ acceperat a dño
talē gratiā / vt dign⁹ eſſet p̄ire iudicē: et
eū digito oſtēdere ꝛ implere vocē ꝑphetie
illius: Vox clamātis in deſerto / parate vi/
am dñi. Tale autē baptiſma dñi qlis dñs:

4.ſen.diſ. Ergo baptiſma dñi diuinũ: quia dñs de⁹.
5.ca.2. Potuit aũt dñs ieſus chriſt⁹/ ſi vellet dare
poteſtatẽ alicui ſeruo ſuo/ vt daret baptiſ/
mũ ſuũ tanq̃ vice ſua et trãſferret a ſe ba/
ꝑandi poteſtatẽ/ ꝛ ꝯſtitueret i aliquo ſeruo
ſuo: et tantã vim daret baptiſmo trãſlato
in ſeruũ: quãtã vim haberet baptiſm⁹ da/
tus a dño. Hoc noluit ideo/ vt in illo ſpes
eẽt baptiꝫatoꝝ/a q̃ ſe baptiꝫatos agnoſce/
rent. Noluit ḡ ſeruũ ponere ſpem in ſeruo:
Ideoq; clamabat apl'ſ/cum videret hoĩes
volẽteſ ponere ſpẽ in ſeipõ: Nũq̃d paul⁹ ꝑ
1.Corĩ.1.b. vobis crucifix⁹ eſt: aut in noĩe pauli bapti/
ꝫati eſtiſ? Baptiꝫauit ḡ paulus tanq̃ mini
ſter/non tanq̃ ipſa ptãs: Baptiꝫauit autẽ
dñs tanq̃ poteſtas. Intendite: Et potuit
De conſe.diſ. hãc ptãtem ſeruis dare/ ſed noluit. Si eñ
4.c.aliud. daret hãc ptãtẽ ſeruis: id ẽ/ vt ꝛ ipſoꝝ eſſet
quod dñi erat: tot eſſent baptiſmata quot
eſſẽt ſui: vt quõ dictũ ẽ: baptiſma iohãnis:
ſic diceretur baptiſma petri: ſic baptiſma
pauli: ſic baptiſma iacobi: baptiſma tho/
mę/ matthęi/ bartholomei. Illud eñ ba/
ptiſma iohãnis dictũ ẽ. Sed forte aliq̃s re/
ſiſtit et dic̃: Proba nobis q꞉ illõ baptiſma
iohãnis dictũ ẽ. Probabo/ ipſa ꝟitate di/
cẽte/qñ iterrogauit iudęos: Baptiſma io/
Matth.21.c. hãnis vñ ẽ: de cęlo/ an ex hominib⁹? Ergo
ne tot baptiſmata dicerent̃ q̃t eẽnt ſerui q̃
baptiꝫarẽt/accepta ptãte a dño: ſibi tenu/
it dñs baptiꝫandi ptãtem: ſuis miniſteriũ
dedit. Dic̃ ſe ſeruus baptiꝫare: recte dic̃/ſi/
cut apl'us dicit: Baptiꝫaui aũt ꝛ ſtephanę
1.Corĩ.1.b. domũ/ ꝟ tãq̃ miniſter. Ideo ſi ſit ꝛ mal⁹: et
ꝯtingat illi habere miniſteriũ: ꝛ ſi eũ hoĩes
nõ nouerũt/et de⁹ eũ nouit: ꝑmittit de⁹ ba/
ptiꝫare ꝑ eũ q̃ ſibi tenuit ptãtẽ. Hoc aũt io
hãnes nõ nouerat in dño: q꞉ dñs erat/no/
uerat: q꞉ ab ipſo debebat baptiꝫari noue/
rat: ꝛ ꝯfeſſus eſt/ q꞉ ꝟitas erat ille: ꝛ ille ve/
rax miſſus a ꝟitate h̃ nouerat. Sꝫ q̃d in eo
nõ nouerat? Quia ſibi retẽtur⁹ erat baptiſ/
matiſ ſui ptãtẽ/ ꝛ nõ eã trãſmiſſur⁹/ ꝛ trãſla/
tur⁹ in aliquẽ ſeruũ: Sed ſiue baptiꝫaret in
miniſterio ſeru⁹ bon⁹/ſiue baptiꝫaret i mi/
niſterio ſu⁹ malus: neſciret ille q̃ baptiꝫa/
ret̃ baptiꝫari/niſi ab illo qui ſibi tenuit ba
ptiꝫãdi ptãtẽ. Et vt noueritis frẽs/ q꞉ hoc
in illo nõ nouerat iohãnes: et hoc didicit ꝑ
columbã: Dñm eñ nouerat: ſꝫ eũ baptiꝫã/
di ſibi ptãtẽ retentuꝝ: et nulli ſeruo eã da/
tuꝝ/ nõdũ nouerat. Scdm h̃ dixit: Et ego
neſciebã eũ. Et vt noueritis/ q꞉ ibi hoc di/ Ioh.1.d.
dicit: attẽdite ſequẽtia: Sed q̃ miſit me ba E
ptiꝫare i aqua/ipſe mihi dixit: Sup quẽ vi/
deris ſpiritũ deſcendentẽ ſicut columbã/et
manentẽ ſup eũ: hic ẽ qui baptiꝫat in ſpũ/
ſancto. Quid ipſe ẽ? Dñs. Sed iã nouerat
dñm. Ergo putate huc uſq; dixiſſe iohãnẽ:
Ego nõ nouerã eũ: ſed q̃ me miſit baptiꝫa/
re in aq̃/ipſe mihi dixit. Quęrim⁹ q̃d dixe/
rit: Sequit̃: Sup quẽ videriſ ſpiritũ deſcen
dentẽ tanq̃ columbã ꝛ manentẽ ſup eum:
Nõ dico ſequẽtia: Interim attẽdite: Sup
quem videris ſpiritum deſcẽdentem ſicut
columbã/ ꝛ manentẽ ſup eũ: ipſe ẽ. Sed q̃d
ipſe ẽ? Quid me voluit ꝑ columbã docere
qui me miſit: q꞉ ipſe erat dñs? Iã nouerã a
quo miſſus erã: Iam nouerã eum cui dixi:
Tu ad me venis baptiꝫari: ego a te debeo
baptiꝫari. Uſq; adeo ergo nouerã dñm/ vt
ego ab eo vellẽ baptiꝫari: non vt a me ipſe
baptiꝫaret̃. Et tũc mihi dixit: Sine modo:
impleat̃ oĩs iuſticia. Pati veni: baptiꝫare Matth.3.d.
nõ veni. Impleat̃ omnis iuſticia: ait mihi
de⁹ me⁹/impleat̃ oĩs iuſticia: Doceã/ per/
ferã plenã humilitatẽ. Noui† ſuꝑbiẽtes in
futuro ꝓpĩo meo: noui aliq̃s in aliqua excel Al. ſuperue/
lẽtiori grã futuros hoĩes: vt cũ viderint idi nientes.
otas aliq̃s baptiꝫari: illi q꞉ melioreſ ſibi vi/
dent̃/ſiue ꝯtinẽtia/ſiue elemoſyniſ/ſiue do/
ctrina: dedignabunt̃ fortaſſe accipe/q̃d illi
inferiores acceperũt: Oportet vt ſanẽ eos:
vt nõ dedignent̃ venire ad baptiſma dñi:
q꞉ ego veni ad baptiſma ſerui. Iam ḡ hoc
nouerat iohãnes/ ꝛ nouerat dñm. Quid ḡ
docuit colũba? Quid voluit ꝑ colũbã: id ẽ
ꝑ ſpiritũſctm̃/ſic venientẽ docere q̃ miſerat
eũ/ cũ ait: Sup quẽ videriſ ſpm̃ deſcẽdentẽ
ſicut columbã/ ꝛ manẽtẽ ſup eũ: ipſe ẽ dñs.
Quis ipſe ẽ? Dñs: Noui. Sed nunq̃d hoc
iam noueras: q꞉ dñs iſte habẽs baptiꝫan/
di poteſtatem/eam poteſtatem nulli ſeruo
datur⁹ ẽ ſed ſibi eã retẽtur⁹ eſt: vt oĩs q̃ ba/
ptiꝫat̃ ꝑ ſerui miniſteriũ/ nõ imputet ſeruo
ſed dño? Nunq̃d hoc iã noueras? Non hoc
nouerã ab eo q̃ mihi dixit: Sup quẽ vide/
ris ſpiritũ deſcẽdentẽ ſicut columbã/ ꝛ ma/
nentẽ ſup eũ: ipſe ẽ qui baptiꝫat in ſpũſctõ.
Nõ ait/ipſe eſt dñs: nõ ait/ipſe ẽ chriſt⁹: nõ
ait/ipſe ẽ ieſus: non ait/ipſe eſt qui nat⁹ eſt
de ꝟgine maria: poſterior te ꝛ prior te: non
ait hoc. Iã eñ hoc nouerat iohãnes. Sed
q̃d nõ nouerat? Tantã ptãtẽ baptiſmatis

ipſum dñm habiturum ꝛ ſibi retētuꝝ/ſiue
pſentē in terra/ſiue abſentē corpe i cęlo: et
pſentē maieſtate ſibi retentuꝝ baptiſmatl
poteſtatem: Ne paulus diceret baptiſma
meū: ne petrꝰ diceret baptiſma meū: ideo
videte ꝛ intēdite voces apoſtoloꝝ. Nemo
apſoꝝ dixit baptiſma meū. Quis vnū oīn
nīū eſſet euangeliū: tamē inuenies dixiſſe
euangeliū meū: nō inuenis dixiſſe baptiſ-
ma meū. Hoc ergo didicit iohānes fratres
mei. Qđ didicit iohannes p columbā: di-
ſcamus ꝛ nos. Nō eñ colūba iohannē do-
cuit/ꝛ eccleſiā non docuit: cui eccleſię dictū
Cant. 6. b. eſt: Una eſt colūba mea. Columba doceat
columbā. Nouerit columba qđ iohannes
didicit p columbā. Spūſſanctꝰ in ſpecie co-
lūbę deſcēdit. Hoc aūt qđ diſcebat iohan-
nes p columbā/quare in columba didicit?
Oportebat enim vt diſceret: nec hoc forte
oportebat vt niſi p colūbā diſceret. Quid
dicā de columba fratres mei? Aut qñ mihi
ſufficit facultas vel cordis vel linguę dice-
re quō volo? Et forte non digne volo quō
dicendū eſt: nec ſic tñ poſſū dicere quō vo-
lo: quanto minꝰ quō dicendū ē. Ego a me-
liore hoc audire vellē: nō vobis dicere. Di-
ſcit iohānes eū quē nouerat: ſed i eo diſcit
De conſe. diſ. 4. c. baptiſmꝰ in quo eū nō nouerat. In quo nouerat nō
diſcit. Et qđ nouerat? Dñm. Quid nō no-
4. ſen. diſ. 5. ca. 2. uerat? Poteſtatē dñici baptiſmi in nullū
hominē a dño trāſiturā: ſed miniſteriū pla
ne tranſituꝝ: poteſtatē a dño l neminē mi-
niſtroꝝ: miniſteriū ꝛ in bonos ꝛ in malos.
Non exhorreat columba miniſteriū malo-
rum: reſpiciat dñi poteſtatē. Quid tibi fa-
cit malꝰ miniſter/ vbi bonꝰ ē dñs? Quid te
impedit malicioſus pco vbi beniuolꝰ ē iu-
dex? Johānes didic p columbā hoc. Quid
eſt quod didicit? Ipſe repetat: Ipſe mihi
dixit inquit: Sup quē videris ſpiritū de-
ſcendentē ſicut columbā/et manentē ſuper
eū: hic eſt qui baptiçat in ſpūſancto. Non
ergo te decipiant o columba ſeductores/ q
dicūt nos baptiçamus. Columba agnoſce
quid docuit columba: Hic ē q baptiçat in
ſpirituſancto. Per columbā diſcit qꝛ hic ē:
Et tu eius poteſtate putas te baptiçari cu-
ius miniſterio baptiçaris? Si hoc putas:
nondū es in corpe columbę: Et ſi nō es in
corpe columbę: nō mirādū qꝛ ſimplicitatē
non habes. Simplicitas eñ maxime p co-
lumbā demōſtrat. Quare p ſimplicitatem

columbę didicit iohānes: qꝛ hic ē q baptiçat
in ſpirituſctō fratres mei: niſi qꝛ colūbę nō
erāt q eccleſiā diſſipauert? Accipitres erāt:
milui erant. Non laniat columba: ꝛ vides
illos inuidiā nobis facere quaſi de pſecuti-
onibus quas paſſi ſunt. Corporales qui-
dē paſſi quaſi pſecutiones/cū eſſent flagel-
la dñi manifeſte dantis diſciplinā ad tem-
pus ne damnet in ęternū: ſi eam nō cogno
uerint/ſeqꝫ correxerint. Illi vero pſequun-
tur eccleſiā qui dolis pſequunt. Illi graui-
us cor feriunt/qui linguę gladio feriūt. Il
li acerbiꝰ ſanguinē fundūt/qui chriſtū quā-
tum in ipſis eſt in hōmie occidūt. Perter-
riti vident quaſi iudicio poteſtatū. Quid
tibi facit poteſtas ſi bonus es? Si aūt ma
lus es/time poteſtatē: Non eñ fruſtra gla Roma. 13.
dium portat/ dicit apls. Tuū gladiū noli
educere quo pcutis chriſtū. Chriſtiane/qđ
tu pſequeris in chriſtiano? Quid in te per-
ſecutus eſt imperator? Carnē perſecutus eſt:
tu in chriſtianos ſpiritū pſequeris. Nō oc-
cidis tu carnē: et tamē nec carni parcunt:
ꝛ tamē quotquot potuerūt cędendo neca-
uerunt: nec ſuis nec alienis pepcerūt. No-
tū eſt hoc omnibus. Inuidioſa ē poteſtas
quia legitima eſt. Inuidioſe facit qui iure
facit: ſine inuidia facit/qꝛ pter leges facit.
Attendat vnuſquiſqꝫ veſtrū fratres mei/ B
quid habeat chriſtianus. Quod homo ē/
cōmune cū multis: quod chriſtianus ē/ſe-
cernit a multis: ꝛ plus ad illū ptinet quod
chriſtianus ꝙ quod homo: Nā quod chri-
ſtianus/renouat ad imaginē dei/a quo ho
mo factꝰ eſt ad imaginē dei: quod autē ho-
mo/poſſet et malus: poſſet et paganꝰ: poſ-
ſet et idolatra. Hoc tu pſequeris in chriſti-
ano quod meliꝰ habet. Hoc eñ illi vis au-
ferre vnde viuit. Uiuit eñ tēporaliter ſm
ſpiritū vitę/quo corpus animat: viuit au-
tem ad ęternitatē ſm baptiſma quod acce-
pit a dño. Hoc illi vis tollere quod accepit
a dño. Hoc illi vis tollere vnde viuit. La-
trones eos quos volūt ſpoliare ſic volūt:
vt ipſi plus habeāt: et illi nihil habeāt: Tu
et tollis huic: et apud te nō erit plus. Non
eñ plus tibi fit quia huic tollis. Sed vere
hoc faciunt. Qui? Hi q tollunt animā: et
alteri tollūt: et ipſi duas animas non ha-
bent. Quid ğ vis auferre? Unde tibi diſ-
plicet: quē vis rebaptiçare? Dare non po-
tes quod iā habet: ſed facies negare quod

habet. Quid acerbius faciebat paganus/
perſecutoꝛ eccleſię? Exercebant gladij ad-
uerſus martyres: emittebant beſtię: ignes
admouebant. Ut quid iſta? Ut diceret q̇
iſta patiebatur: non ſũ chꝛiſtianꝰ. Quid do-
ces tu cũ quẽ vis rebaptiȥare / niſi vt ꝑmo
dicat: nõ ſum chꝛiſtianus? Ad quod aliqñ
ꝑſecutoꝛ ꝓferebat flãmã: ad hoc tu produ-
cis linguã. Seducẽdo facis/quod ille occi-
dendo nõ fecit. Et quid ẽ quod daturꝰ es:
et cui daturus es? Si tibi verũ dicat: et nõ
ſeductus a te mentiatur: dicturus ẽ/ habeo.
Interrogas: Habes baptiſma? Habeo di-
cit. Q̄diu habeo/dicit: inquis: nõ ſum da-
turꝰ: Et noli dare. Quod eñ vis dare/hę-
rere in me nõ poteſt: quia quod accepi: au-
ferri a me nõ poteſt. Sed tamẽ expecta: vi-
deã quid me vis docere. Dic inquit ꝑmo:
non habeo/ſed hoc habeo. Si dixero/ non
habeo: mentiar. Quod habeo/habeo. Nõ
habes inquit. Doce quia nõ habeo. Ma-
lus tibi dedit. Si malus chꝛiſtꝰ/malus mi-
hi dedit. Nõ inq̄t malus chꝛiſtꝰ. Sꝫ nõ tibi
chꝛiſtũ dedit. Quis ẽ mihi dedit? Reſpõ-
de. Ego me a chꝛiſto ſcio accepiſſe. Dedit
tibi inq̄t/ ſed traditor neſcio q̄s/nõ chꝛiſtꝰ.
Uidero q̄s fuerit miniſter: videro q̄s fue-
rit ꝑco. De officiali non diſputo: iudicẽ at-
tendo. Et foꝛte qḋ obijcis officiali menti-
ris. Sed nolo diſcutere cauſã officialis ſui.
Cognoſcat dñs amboꝛũ. Foꝛte ſi exigã vt
ꝓbes/non ꝓbas: immo mentiris. Ꝓba-
tũ eſt te ꝓbare non potuiſſe: Sed non ibi
pono cauſã meã: ne cũ ſtudioſe cępero de-
fendere hoĩes innocẽtes: putes me ſpem
meã vel in hominibꝰ innocẽtibus poſuiſſe.
Fuerunt hoĩes q̄leſlibet. Ego a chꝛiſto ac-
cepi: a chꝛiſto baptiȥatus ſum. Nõ inquit:
ſed ille ep̄s te baptiȥauit: ⁊ ille ep̄s illis cõ-
municat. A chꝛiſto ſũ baptiȥatus/ ego no-
ui. Unde noſti? Docuit me colũba quã vidit
iohãnes. O milue male/non me dilanies a
viſceribus columbę. In colũbę mẽbꝛis nu-
meroꝛ: q2 qḋ columba docuit hoc noui. Et
docuit hoc? Neſcio. Tu mihi dicis: ille te
baptiȥauit/aut ille te baptiȥauit: ꝑ colũbã
mihi ⁊ tibi dicitur: Hic ẽ q̇ baptiȥat. Cui cre-
do? Miluo an colũbę? Certe tu mihi dic/
vt ꝑ illã lucernã cõfundaris: q̄ confuſi ſunt
et pꝛioꝛes tui inimici patres tui phariſęi: q̇
Matth. 21. c. cũ interrogarẽt dñm: In q̄ ꝑtãte iſta face-
ret: interrogo et ego vos inq̄t vnũ/ iſtũ ſer-
monẽ: dicite mihi: Baptiſmũ iohannis vñ
erat: de cęlo an ex hominibꝰ? Et illi qui ꝑ-
parabãt iaculari dolos/irretiti ſunt quęſti-
one: cęperũt voluere apḋ ſemetipſos ⁊ di-
cere: Si dixerimus q2 de cęlo ẽ: dicturus ẽ
nobis: quare nõ credidiſtis ei? Iohãnes eñ
dixerat de dño: Ecce agnus dei: ecce q̇ tol-
lit peccata mundi. Quid ẽ quęritis: in qua
ꝑtãte iſta facio? O lupi: i poteſtate agni fa-
cio q̄ facio. Sed vt noſſetis agnũ: q̄re non
credidiſtis iohãni qui dixit: Ecce agnꝰ dei:
ecce q̇ tollit peccata mũdi? Sciẽtes ergo il-
li q̄d dixiſſet iohãnes ḋ dño: dixerũt apud
ſe: Si dixerimꝰ q2 de cęlo ẽ baptiſmũ iohã-
nis/dicet nobis: quare ẽ nõ credidiſtis ei?
Si dixerimꝰ q2 ex hominibꝰ ẽ: lapidabimur
a ꝑpl'o: q2 ſicut ꝓphetã habẽt iohãnẽ. Hinc
timebant hoĩes: hinc veritatẽ fateri ꝯfun-
debantur. Tenebꝛę tenebꝛas reſpõderunt: ſed
a luce ſuꝑatę ſunt. Quid eñ reſpõderunt?
Neſcimꝰ. Quod ſciebãt dixerũt/ neſcimꝰ.
Et dñs: Nec ego vobis dico inquit/in qua
poteſtate iſta facio. Et ꝯfuſi ſunt pꝛimi ini-
mici. Unde? De lucerna. Quis erat lucer-
na? Iohannes. Pꝛobamꝰ q2 lucerna erat?
Pꝛobamus. Dñs eñ dicit: Ille erat lucer- Ioh. 5. f.
na ardẽs et lucẽs. Pꝛobamus: q2 ⁊ de ipſo
cõfuſi ſunt inimici. Pſalmũ audi: Paraui Pſ. 131.
lucernã chꝛiſto meo: inimicos eiꝰ induam
cõfuſione. Adhuc in huiꝰ vitę tenebꝛis ad
lucernã fidei ambulamus. Teneamꝰ ⁊ nos
lucernã iohãnẽ: ꝯfundamꝰ ⁊ inde inimicos
chꝛiſti: imo ipſe ꝯfundat inimicos ſuos per
lucernã ſuã. Interrogemus ⁊ nos qḋ dñs
iudęos: interrogemus ⁊ dicamus: Baptiſ-
ma iohãnis vnde ẽ/ de cęlo an ex homini-
bus? Quid dicturi ſũt? Uidete ſi nõ ⁊ ipſi
tanq̄ inimici de lucerna ꝯfundantur. Quid
dicturi ſũt? Si dixerint ex hominibꝰ: ⁊ ipſi
ſui eos lapidabũt. Si aũt dixerint/ ḋ cęlo:
dicamꝰ eis: quare ergo nõ credidiſtis ei? Et
dicũt foꝛtaſſe: credimꝰ ei. Quõ ergo dicitis
quia vos baptiȥatis: ⁊ iohãnes dicit: hic ẽ
qui baptiȥat? Sed miniſtros inquiũt tãti h
iudicis iuſtos opoꝛtet eſſe ꝑ q̄s baptiȥat.
Et ego dico ⁊ oẽs dicimus: q2 iuſtos opoꝛ De conſe. diſ.
tet eſſe tãti iudicis miniſtros. Sint mini- 4. c. baptiſmꝰ
ſtri iuſti ſi volũt. Si autẽ noluerint eſſe iu- 4. ſen. diſ.
ſti qui in cathedra moyſi ſedẽt: ſecurꝫ me fe- 5. c. i.
cit magiſter meus: de quo ſpũs eius dixit:
Hic eſt qui baptiȥat. Quõ ſecurꝫ me fecit?
Scribę inq̄t ⁊ phariſęi ſuꝑ cathedrã moyſi Matth. 23. a.

ſedēt:q̄ dicūt facite:q̄ aūt faciūt/facere no/
1.q.1.c.ſi iuſtꝰ lite:dicūt eñ et non faciūt. Si fuerit mini/
ſter iuſtus/cōputo illū cū paulo: cōputo il/
lū cū petro: cū iſtis computo iuſtos mini/
ſtros: qꝛ vere iuſti miniſtri gloriā ſuā nō q̄/
De conſe.diſ. rūt. Miniſtri eñ ſunt:ꝑ iudicibꝰ haberi no
4.c.aliud i ſi. lūt: ſpē in ſe poni exhorreſcūt. Ergo cōpu/
to cū paulo iuſtū miniſtrū. Quid eñ dicit
1.Cor.3.b. paulꝰ? Ego plātaui: apollo rigauit:ſed de/
us incrementū dedit. Neq̃ q̄ plātat ē ali/
quid/neq̃ qui rigat: ſed q̄ incrementū dat
deꝰ. Qui vō fuerit ſuꝑbus miniſter/cū di/
abolo computaꝛ: ſed nō cōtaminaꝛ donū
chriſti. Qō ꝑ illū fluit purū eſt: qō ꝑ illum
tranſit liquidū/ venit ad fertilē terrā: Pu/
ta qꝛ ipſe lapideus ē:qꝛ ex aqua fructū fer/
re nō pōt. Per lapideū cānale trāſit aq̄ ad
areolas:in cānali lapideo nihil generans:
ſed tñ hortis plurimū fructū affert. Spiri/
talis eñ virtꝰ ſacramēti ita ē vt lux:ꝛ ab il/
luminandis pura excipiꝛ: et ſi ꝑ immūdos
trāſeat/nō inq̄naꝛ. Sint plane miniſtri iu/
ſti:ꝛ gloriā ſuā non quęrāt:ſed illius cuius
miniſtri ſunt. Non dicāt:baptiſma meū ē:
qꝛ nō ē ipſoꝝ. Attēdāt ipſū iohannē. Ecce
iohānes plenꝰ erat ſpūſancto:et baptiſma
de cęlo habebat/nō ex homibꝰ. Sed q̄tenꝰ
habebat? Ipſe dixit: Parate viā dño. Ubi
aūt cognitꝰ eſt dñs/ipſe factꝰ ē via:non iam
opus erat baptiſmate iohannis/q̄ pararet
via dño. Tamē q̄d nobis ſolent dicere? Ec
ce poſt iohannē baptiçatū eſt: Anteq̄ eñ
hñ iſta quęſtio tractareꝛ in eccleſia catholi
ca/multi in ea errauerūt/ ꝛ magni et boni.
Sed qꝛ de mēbris colūbę erāt/nō ſe p̄cide/
Phil.3.c. rūt:ꝛ factū ē in eis quod dixit apl's: Si q̄d
aliter ſapitis:hoc quoq̃ vobis deus reue/
lauit. Unde iſti qui ſe ſeꝑauerunt/ indoci/
les facti ſūt. Quid ergo ſolēt dicere? Ecce
poſt iohannē baptiçatū eſt:poſt hęreticos
nō baptiçaꝛ? Quia quidā q̄ habebant ba/
Act.19.a. ptiſma iohānis:iuſſi ſunt a paulo baptiça/
ri: nō eñ habebāt baptiſma chriſti. Quid
ꝗ exaggeras meritū iohānis/ et q̄ſi abijcis
infęlicitatē hęreticoꝝ? Et ego tibi cōcedo
ſceleratos eſſe hęreticos. Sed hęretici ba/
ptiſma chriſti dederūt: quod baptiſma nō
dedit iohānes. Recurro ad iohannē et di/
co: Hic eſt q̄ baptiçat. Si eñ melior iohan
nes q̄ hęreticꝰ: quō melior iohānes q̄ ebri
oſus? quō melior iohānes q̄ homicida? Si
poſt deteriorē baptiçare deberemꝰ/qꝛ poſt
meliorem baptiçarūt apl̄i. Quicūq̃ apud
ipſos baptiçati fuerint ab ebrioſo:nō dico
ab homicida:nō dico a ſatellite alicuiꝰ ſce/
lerati:nō dico a raptore rerū alienaꝝ: non
dico ab opp̄ſſore pupilloꝝ:non a ſeꝑatore
cōiugū: Nihil hoꝝ dico: quod ſolenne eſt
dico:quod quotidianū eſt dico:qō vocan/
tur oēs dico: et in iſta ciuitate/q̄ſi ab eis
dꝛ: alijs ieiunātibꝰ/hñ ſit nobis:et tali die
feſto ianuariaꝝ non debes ieiunare:ea di/
co/leuia/quotidiana: ab ebrioſo homie cū
baptiçaꝛ:quis eſt melior/ iohānes an ebri/
oſus? Reſponde ſi potes: ꝙ ebrioſus tuus
melior ſit q̄ iohānes. Nūq̄ hoc audebis.
Ergo tu quia ſobrius es/baptiça poſt ebri
oſum tuū. Si eñ poſt iohannē baptiçaue/
runt apl̄i:quanto magis debet poſt ebrio/
ſum ſobrius baptiçare? An dicis:in vnita/
te mecū eſt ebrioſus? Ergo iohānes amicꝰ
ſponſi/non erat in vnitate cū ſponſo? Sed
tibiipſi dico quiſquis es: Tu es melior/an
iohānes? Non audebis dicere: ego ſū meli
or q̄ iohānes. Ergo poſt te baptiçēt tui/ſi
forte fuerint meliores. Si eñ poſt iohan/
nē baptiçatū eſt: erubeſce qꝛ poſt te nō ba/
ptiçaꝛ. Dicturꝰ es: Sed ego baptiſmū chri
ſti habeo ꝛ doceo. Aliq̄ñ ergo cognoſce iu
dicē/ꝛ noli p̄co ſuꝑbus eſſe. Baptiſma chri
ſti das:ideo poſt te non baptiçaꝛ. Poſt io/
hannē ideo baptiçatū ē:qꝛ baptiſma chri/
ſti non dabat/ſed baptiſma ſuū:qꝛ ſic acce/
perat vt ipiꝰ eſſet. Nō ergo tu melior q̄ io
hannes:ſed baptiſma quod ꝑ te daꝛ/meliꝰ
q̄ iohannis. Ipſū eñ chriſti ē/iſtud aūt io
hānis. Et qō dabaꝛ a paulo/ ꝛ qō dabaꝛ a
petro chriſti eſt: ꝛ qō datū eſt a iuda chriſti
erat. Dedit iudas/ꝛ non baptiçatū eſt poſt 1.q.1.c.dedit baptiſmū.
iudā: dedit iohānes/ꝛ baptiçatū eſt poſt io
hannem: quia ſi datū eſt a iuda/baptiſmū
chriſti erat:quod autē a iohāne datū eſt/io
hannis erat. Non iudā iohāni/ ſed baptiſ/
mū chriſti etiā ꝑ iudę manus datū/ baptiſ/
mo iohānis etiā ꝑ manus iohānis dato re/
cte p̄ponimus. Etenī dictū eſt de dño an/
teq̃ patereꝛ:quia baptiçabat plures q̄ io/ Ioh.4.a.
hannes. Deinde ſubiunctū eſt: Quis ipſe
nō baptiçaret/ſed diſcipuli eius: Ipſe/ꝛ nō
ipſe. Ipſe poteſtate/illi miniſterio. Serui/
tutē ad baptiçandū illi admouebāt: pote/
ſtas baptiçandi in chriſto ꝑmanebat. Er/ De conſe.diſ. 4.c.aliud.
go baptiçabāt diſcipuli eius: et ibi adhuc
erat iudas inter diſcipulos eius. Si quos

ergo baptiȥabat iudas/nō ſunt iteꝝ bapti
ȥati: etq̄s baptiȥauit iohānes/iterū bapti
ȥati ſūt? Plane iteꝝ: ſed nō idē erat baptiſ-
mꝰ. Quos eñ baptiȥauit iohānes/iohan-
1.q.1.c.dedit. nes baptiȥauit: q̄s autē baptiȥauit iudas/
chriſtus baptiȥauit. Sic ꝙ̄ q̄s baptiȥauit
ebrioſus: quoſ baptiȥauit homicida: quos
baptiȥauit adulter: ſi baptiſma chriſti erat
De conſe diſ. 4.c.baptiſmꝰ chriſtꝰ baptiȥauit. Nō timeo adulteꝝ/non
ebrioſum/nō homicidā: qꝛ columbā atten-
do/ꝑ quā mihi dicit: Hic eſt qui baptiȥat.
I Ceteꝝ fratres mei/delyꝝ ē dicere/qꝛ meli-
oris meriti fuit: nō dico iudas/ſed quilibet
Matth.11.b. hominū: ꝙ̄ ille de quo dictū eſt: In natis
mulierū nemo ſurrexit maior iohanne ba-
ptiſta. Non ergo huic quiſꝗ̄ ſeruꝰ/ſed ba-
ptiſma dñi etiā ꝑ ſeruū malū datū/baptiſ-
mati etiam amici ſerui ꝑponit. Audi qua-
les cōmemorat apl's paulus falſos fratres
in inuidia ꝑdicantes verbū dei. Et quid de
Phil.1.c. illis dicit? Et in hoc gaudeo/ſed et gaude-
bo. Chriſtū eñ annūciabāt/ꝑ inuidiā qui-
dē/ſed tñ chriſtū: non ꝑ quid/ſed quē vide.
Al. tibi be chriſtum in vitā: inuidiā noli. Per inuidiā tibi ꝑdicat chriſtus: vide †chri
ſtū: vita ꝑdicatū ꝑ inuidiam. Noli imitari
malū ꝑdicatorē: ſed imitare bonū quod ti-
bi ꝑdicat. Chriſtus ergo a quibuſdā ꝑ inui
diā prędicabat. Et quid eſt inuidere? Hor-
rendum malum: Ipſo malo diabolus de-
iectus ē: ipſo deiecto deiecit multos. Ma-
ligna peſtis ē: et habebāt illā quidā chriſti
ꝑdicatores: quos tñ ꝑdicare ꝑmittit apo-
ſtolꝰ. Quare? Quia chriſtū ꝑdicabāt. Qui
autē inuidet/odit: et qui odit/quid de illo
1.Ioh.3.c. dicit? Audi apl'm iohānē: Qui odit fratrē
ſuum/homicida ē. Ecce poſt iohannē ba-
ptiȥatū eſt: poſt homicidā non baptiȥatū
eſt: qꝛ iohānes dedit baptiſmū ſuū: homi-
cida dedit baptiſmū chriſti. Qd̄ ſacramen
tū tā ſanctū eſt/vt nec homicida miniſtrā-
te polluat. Nō reſpuo iohannē/ſed potius
credo iohāni. Quid credo iohāni? Qd̄ di-
dicit ꝑ columbā. Quid didicit ꝑ columbā?
Hic eſt qui baptiȥat in ſpūſancto. Iā ergo
fratres/tenete hoc: ꝛ cordibꝰ veſtris inſigi-
te. Si eñ hodie voluero plenius dicere/q̄-
re ꝑ columbā: tempꝰ non ſufficit. Quia eñ
res dicenda inſinuata ē iohāni ꝑ columbā
quā non nouerat in chriſto iohānes: ꝗuis
iā noſſet chriſtū: expoſui quantū arbitror
ſanctitati veſtrę. Sed quare hanc ipſam rē
ꝑ columbā oportuit demōſtrari: ſi breuiter
dici poſſet/dicerē. Sed qꝛ diu dicendū eſt:
et onerare vos nolo: quō adiutus ſum ora-
tionibꝰ veſtris/vt illud qd̄ ꝓmiſi/implerē:
adiuuate etiā atꝗ̄ etiā pia intētione/ꝛ vo-
tis bonis: ꝛ illud apparebit vobis/quare io
hannes quod didicit in dño: qꝛ ipſe eſt qui
baptiȥat in ſpirituſancto: ꝛ nulli ſeruo ſuo
talē legauit poteſtatē baptiȥādi: nō debu-
it diſcere niſi ꝑ columbā.

De eo quod dictum eſt/colum-
bam ſuper dominū deſcendiſſe:
vſq; ad id quod ait: Ego vidi et
teſtimoniū perhibui/quia hic eſt
filius dei: Tractatus. VI.

A Pateor ſanctita A
ti veſtrę: timuerā ne frigꝰ hoc
frigidos vos ad conueniendū
faceret: Sed qꝛ iſta †celebrita- Al. fedelitate.
te ꝛ frequētia veſtra/ſpiritu vos feruere de-
monſtraſtis: nō dubito quin etiā oraſtis ꝓ
me/vt debitū vobis exoluā. Promiſeram
eñ in noīe chriſti diſſerere hodie/cū angu-
ſtia tp̄is tūc impediret: ne id poſſemꝰ expli-
care tractādo: quare deus ꝑ columbę ſpeci-
em oſtēdere voluerit ſpiritū ſanctū. Hoc vt
expliceꝛ/illuxit nobis dies hodiernꝰ: ꝛ ſen-
tio audiēdi cupiditatē/ꝛ pia deuotiōe vos
celebrius ꝯgregatos. Expectationē veſtrā
deus impleat ex ore noſtro. Amaſtis eñ vt
veniretis: Sed amaſtis: Quid? Si nos: et
hoc bñ: nā volumus amari a vobis/ſed no
lumꝰ in nobis. Quia ꝙ̄ in chriſto vos ama-
mus/in chriſto nos redamate: ꝛ amor no-
ſter ꝓ inuicē gemat ad deū: Ipſe eñ gemi-
tus colūbę ē. Si ergo gemitꝰ colūbę eſt/qd̄
oēs nouimus. Gemūt aūt colūbę in amo-
re. Audite qd̄ dicat apl's: ꝛ nolite mirari qꝛ
in colūbę ſpecie voluit demōſtrari ſpūſſan
ctus. Quid eñ oremꝰ/ſicut oportet inquit Rom. 8.c.
neſcimꝰ: ſed ipſe ſpūs interpellat ꝓ nobis
gemitibꝰ ienarrabilibꝰ. Quid ergo fratres
mei? Hoc dicturi ſumꝰ: qꝛ ſpūs gemit: vbi
ꝑfecta ꝛ ęterna beatitudo ē ei cū patre ꝛ fi-
lio? Spūs eñ ſanctꝰ deus/ſicut dei filiꝰ deꝰ/
ꝛ pater deus. Ter dixi deꝰ: ſed nō dixi tres
deos. Magis eñ deꝰ ter ꝙ̄ dii tres: qꝛ pa-
ter ꝛ filius ꝛ ſpūſſanctꝰ vnꝰ deus. Hoc opti-
me noſtis. Nō ergo ſpūſſanctꝰ i ſemetipſo
apud ſemetipſū in illa trinitate/i illa bea-
titudine/in illa ęternitate ſubſtātię gemit:
ſed in nobis gemit: quia gemere nos facit.

Nec parua res eſt/ q nos docet ſpiritusſan
ctus gemere: Inſinuat eñ nobis qꝛ pere-
grinamur: ꝛ docet nos in patriã ſuſpirare:
et ipſo deſiderio gemim⁹. Cui bñ eſt in hoc
ſeculo: immo qui putat q ei bñ ſit: qui leti-
cia reꝝ carnaliũ/ ꝛ abundãtia tẽporaliũ/ et
vana felicitate exultat/ habet vocẽ corui.
Vox eñ corui clamoſa eſt/ nõ gemebũda.
Qui aũt nouit in pſſura ſe eſſe mortalitatꝭ
hui⁹/ peregrinari ſe a dño: nondũ teneri il-
lam ppetuã que nobis pmiſſa ẽ beatitudi-
nem: ſed habere illã in ſpe quã habiturus
eſt in re: cũ dñs venerit in manifeſtatiõe p-
clarus: qui prius in humilitate venit occul
tus: q hec nouit/ gemit. Et q̃diu pꝑter hec
gemit/ bñ gemit. Spũs illũ docuit gemere:
a columba didicit gemere. Multi eñ ge-
mũt i infelicitate terrena: vl quaſſati dam-
nis/ vel egritudine corporis pgrauati/ vel
carceribus incluſi/ vel catenis colligati/ vl
fluctibus maris merſi ac iactati: vl aliqui-
bus inimicoꝝ inſidijs circũſepti gemunt:
Sed nõ columbe gemitu gemũt: nõ amo-
re dei gemũt: non ſpiritu gemũt. Ideo ta
les cũ ab ipſis pſſuris fuerint liberati: exul
tãt in grandib⁹ vocibus: Ubi apparet quia
corui ſunt/ non colũbe. Ideo merito de ar-
Gen.8. ca miſſus eſt coruus/ ꝛ nõ eſt reuerſus: miſ-
ſa ẽ columba/ ꝛ reuerſa ẽ. Illas duas aues
miſit noe. Habebat ibi coruũ/ habebat et
colũbã. Utrũq3 h gen⁹ arca illa cõtinebat.
Et ſi arca figurabat eccleſiã: videtis vtiq3
qꝛ neceſſe eſt vt in iſto diluuio ſeculi vtrũ-
q3 genus contineat eccleſia: et coruũ et co-
Phil.2.c. lumbã. Qui ſunt corui? Qui ſua querũt.
Qui colũbe? Qui ea que chriſti ſunt que-
B runt. Propter ea ergo cũ mitteret ſpiritũ-
ſanctũ: duob⁹ modis eũ oſtẽdit viſibiliter:
Per columbã et p ignẽ. Per columbã ſup
dñm baptiçatũ: p ignẽ ſup diſcipulos con-
gregatos. Cũ eñ aſcendiſſet dñs in celum
poſt reſurrectionẽ/ pactis cũ diſcipulis ſu-
is quadraginta diebus: impleto die pen-
tecoſtes: miſit eis ſpiritũſanctũ/ ſicut pmi-
ſerat. Spiritus ergo tunc veniens imple-
uit locũ illũ/ factoq3 pmo ſonitu de celo tã-
q̃ ferretꝛ flatus vehemẽs: ſicut i actib⁹ apo-
Act.2.a. ſtoloꝝ legimus: Viſe inquit illis ſunt lin-
gue diuiſe velut ignis: q et inſedit ſup vnũ-
quẽq3 eoꝝ: Et ceperũt linguis loqui/ ſicut
ſpũs dabat eis pnũciare. Hanc videmus
columbã ſup dñm: has linguas diuiſas ſu-
per diſcipulos congregatos. Ibi ſimplici-
tas/ hic feruor oſtenditꝛ. Sũt eñ qui dicun
tur ſimplices/ ꝛ pigri ſunt: Vocantꝛ ſimpli-
ces/ ſunt autẽ ſegnes. Nõ talis erat ſtepha
nus plenus ſpũſancto. Simplex erat: quia
nemini nocebat. Feruẽs erat/ quia impios
arguebat. Non eñ tacuit iudeis: cui⁹ ſunt
verba illa flãmantia: Dura ceruice/ ꝛ incir- Act.7.f.
cumciſi corde et auribus: vos ſemp reſtiti-
ſtis ſpirituiſãcto. Magnus impet⁹: ſed co-
lumba ſine felle ſeuit: Nã vt noueritis/ qꝛ
ſine felle ſeuiebat: illi auditis his verbis q
corui erant: ad lapides ſtatim aduerſus co
lumbã cucurrerũt. Cepit ſtephanus lapi-
dari: et qui pauloante fremẽs ꝛ feruẽs ſpi-
ritu/ tanq3 in inimicos impetũ fecerat: ꝛ tã-
q̃ violẽtus inuectus erat in verbis igneis
atq3 flãmantibus vt audiſtis: Dura ceruì-
ce et incircũciſi corde et auribus: vt qui ea
verba audiret: putaret ſtephanũ ſi ei lice-
ret/ ſtatim illos velle conſumi: venientib⁹
in ſe lapidib⁹ ex manibus eorũ genuflexo
ait: Dñe/ ne ſtatuas illis hoc delictũ: Inhe
ſerat ↄmitati columbe. Prior eñ illud fe- Al. vnitati
cerat magiſter/ ſup quẽ deſcẽderat colũba:
Qui pendẽs in cruce ait: Pater ignoſce il- Luc.23.e.
lis/ quia neſciunt quid faciũt. Ergo ne ſpi-
ritu ſanctificati dolũ habeant/ in columba
demõſtratũ eſt: Ne ſimplicitas frigida re-
maneat/ in igne demonſtratũ eſt. Nec mo-
ueat quia lingue diuiſe ſunt: Diſtãt eñ lin
gue: ideo diuiſis linguis apparuit. Lingue Act.2.a.
inquit diuiſe velut ignis: qui et inſedit ſup
vnumquẽq3 eorũ. Diſtant inter ſe lingue:
ſed linguaꝝ diſtantie non ſunt ſchiſmata.
In linguis diuiſis noli diſſipationẽ time-
re: vnitatẽ cognoſce in columba. Sic ergo
ſic oportebat demõſtrari ſpiritũſanctũ ve-
nientẽ ſup dñm: vt intelligat vnuſquiſq3 ſi
habeat ſpiritũſanctũ/ ſimplicẽ ſe eſſe debe-
re ſicut columbã: habere cũ fratribus verã
pacẽ/ quã ſignificãt oſcula colũbaꝝ. Habẽt
eñ oſcula ꝛ corui: S3 in coruis falſa pax: in
columba vera pax. Nõ omis ergo q dicit: 2.q.7.c. non omnis qui.
pax vobiſcũ/ quaſi columba audiẽdus eſt.
Unde ergo diſcernunt oſcula coruoꝝ ab
oſculis columbaꝝ? Oſculantꝛ corui/ ſed la-
niãt. A laniatu innocẽs eſt natura colũba-
rũ. Ubi ergo laniat⁹/ nõ eſt vera in oſculis
pax. Illi habẽt verã pacẽ/ q eccleſiã non la-
niauerũt: nã corui de morte paſcuntꝛ. Hoc
columba non habet: de frugib⁹ terre viuit.

Innocens eius victus eſt. Quod vere fra/
tres mirandū eſt in columba: Sunt paſſe/
res breuiſſimi/ q̄ vel muſcas occidūt: nihil
hoꝝ colūba: Nō eñ de morte paſcit. Qui
laniauerunt eccleſiā/ de mortibus paſcun/
tur. Potēs eſt dñs: rogemus vt reuiuiſcāt
qui deuorantur ab eis et ſentiunt. Multi
eñ agnoſcunt/ qꝛ reuiuiſcūt: nā ad eoꝝ ad/
uentū quotidie gratulamur i nomine chri/
ſti. Uos eñ ſic eſtote ſimplices/ vt ſitis pru
dentes et feruentes: et feruor veſter in lin
guis ſit. Nolite tacere: Ardentib⁹ linguis
C loquētes/ accendite frigidos. Quid eñ fra
tres mei: quis nō videat quod illi non vi/
dent? Nec mirū: quia inde reuerti nolūt ſi/
cut coruus qui de arca miſſus ē. Quis eñ
nō videat quod illi nō vident? Et ipſi ſpi/
rituiſancto ingrati ſunt. Ecce colūba deſcē
dit ſup dominū/ ⁊ ſup dñm baptiçatū: ⁊ ap
paruit ibi ſancta illa et vera trinitas/ que
nobis vnus deus eſt. Aſcēdit eñ dñs ab
aqua/ ſicut in euāgelio legim⁹: et ecce aper/
ti ſunt celi: et vidi ſpiritū deſcendentē ve/
lut columbā: et manſit ſup eum. Et ſtatim
Matth.3.d. vox conſecuta ē: Tu es filius meus dilect⁹
in quo mihi bene cōplacui. Apparuit ma/
nifeſtiſſima trinitas: pater in voce/ filius in
homine/ ſpūſſanctus in columba. In trini/
tate iſta quo miſſi ſunt apl'i/ videamus qꝺ
videmus: Et quod mirum eſt/ quia illi nō
vident: Non eñ vere nō vident: ſed ad id
quod facies eorū fert/ oculos claudunt. A
quo miſſi ſunt diſcipuli: i nomine patris et
filij et ſpūſſancti? Ab illo de quo dictū eſt:
Hic ē qui baptiçat. Dictū eſt eñ miniſtris
ab eo q̄ ſibi tenuit hanc poteſtatē. Hoc eñ
in illo vidit iohannes: et cognouit qꝺ non
nouerat: nō quia eū non nouerat filiū dei:
aut eū non nouerat dominū: aut nō noue/
rat chriſtū. Aut vero et hoc non nouerat/
quia ipſe baptiçatur⁹ eſſet in aqua/ et chri/
ſtus in ſpūſancto? Nā ⁊ hoc nouerat. Sed
quia nō ita vt ſibi teneret poteſtatē/ et in
nullū miniſtrorū eā transferret: hoc ē quod
De conſe.diſ. 4.c.aliud. didicit in columba. Per hāc eñ poteſtatē
quā chriſtus ſolus ſibi tenuit/ ⁊ in neminē
miniſtrorū trāſfudit: q̄uis p miniſtros ba/
ptiçare dignatus ſit: p hanc ſtat vnitas ec/
cleſie/ que ſignificat p columbā/ de qua di/
Cant.6.c. ctū eſt: Una eſt columba mea/ vna ē ma/
tris ſue. Si eñ vt iā dixi fratres mei/ tranſ/
ferret poteſtas a dño ad miniſtrū: tot ba/
ptiſmata eſſent/ quot miniſtri eſſent: et iā
non ſtaret vnitas baptiſmi. Intēdite fra/
tres: Anteq̄ veniret dñs noſter ieſus chri/
ſtus ad baptiſmū: nā poſt baptiſmū deſcē
dit colūba/ in qua cognouit iohānes quid/
dā ꝓpriū/ cū ei dictū eſt: Sup quē videris
ſpiritū deſcendentē ſicut columbā/ et ma/
nentē ſup eū: ipſe eſt qui baptiçat in ſpū/
ſctō. Nouerat aūt qꝛ ipſe baptiçabat i ſpū/
ſancto: ſed qꝛ tali ꝓprietate vt poteſtas ab
eo nō tranſiret in alterū: q̄uis eo donante
hoc ibi didicit. Et vnde ꝓbam⁹: qꝛ iam et
hoc nouerat iohannes/ qꝛ baptiçatur⁹ erat
dñs in ſpūſancto: vt hoc intelligat didi/
ciſſe in colūba/ ꝙ ita eſſet baptiçatur⁹ dñs
in ſpūſancto/ vt in neminē aliū hominē po
teſtas illa trāſiret? Uñ ꝓbamus? Colum/
ba iā baptiçato dño deſcēdit. Ante aūt q̄
veniſſet dñs vt baptiçaret a iohāne in ior/
dane/ diximus qꝛ nouerat eū/ illis vocibus
vbi ait: Tu ad me venis baptiçari: ego a te Matth.3.d.
debeo baptiçari. Sed ecce dñm nouerat:
nouerat filiū dei. Unde ꝓbamus ꝙ iā no/
uerat qꝛ ipſe baptiçaret in ſpūſācto? An/
teq̄ veniret ad fluuiū/ cū multi ad iohannē
currerent baptiçari/ ait illis: Ego quidē ba
ptiço vos in aqua: qui autē poſt me venit
maior me eſt: cui⁹ nō ſum dignus corrigiā
calciamēti ſoluere: ipſe vos baptiçabit in
ſpirituſctō et igni: Iā et h̄ nouerat. Quid D
ergo p columbā didicit/ ne mendax poſtea
inueniret: quod auertat a nobis deus opi/
nari/ niſi quandā ꝓprietatē in chriſto talē
futurā: vt q̄uis multi miniſtri baptiçaturi
eſſent/ ſiue iuſti ſiue iniuſti: nō tribueret ſā/
ctitas baptiſmi niſi illi ſup quē deſcēdit co
lumba: de quo dictū eſt: Hic eſt qui bapti/
çat in ſpūſancto. Petrus baptiçat/ hic eſt q̄
baptiçat. Paulus baptiçat/ hic eſt qui ba/
ptiçat. Iudas baptiçat/ hic eſt qui bapti/
çat. Nam ſi p diuerſitate meritoꝝ baptiſ/
ma ſanctū eſt: quia diuerſa ſunt merita/ di/
uerſa erūt baptiſmata: Et tanto quiſq̄ ali
quid melius putat accipere/ quāto a meli/
ore videt accepiſſe. Ipſi ſpiritales ſancti/
intelligite frēs mei: boni ptinētes ad colū/
bam: ptinētes ad ſortē ciuitatl illi⁹ hieruſa
lē: ipſi boni in eccleſia: de quib⁹ dicit aplſ:
Nouit dñs qui ſunt eius: diuerſaꝝ gratia/ 2.timoth.2.c
rū ſunt: nō oēs paria merita habēt. Sūt
alij alijs ſanctiores: ſūt alij alijs meliores.
Quare ergo ſi vn⁹ ab illo/ ꝟbi gratia/ iuſto

ſancto/baptiçek:ali⁹ ab alio inferioris me/
riti apud deū/inferioris gradus/inferioris
continentię/inferioris vitę: vnū tamen et
par et ęquale ē quod acceperūt/ niſi qꝛ hic
eſt qui baptiçat? Quomodo ergo cū ba-
ptiçat bonus et melior/non ideo iſte bonū
accepit/et ille melius. Sed q̄uis bonus et
melior fuerint miniſtri: vnū et ęquale eſt
quod acceperūt:nō eſt melius in illo/ et in-
De conſe diſ. 4.c. cū bapti/ zat. ferius in iſto. Sic et cū baptiçat malus ex
aliqua vel ignorantia eccleſię vel toleran-
tia:aut enī ignorant mali / aut tolerant vt
4.ſen.diſ. 5.ca.1. palea quouſq; in vltimo ventilet area: il-
lud quod datū eſt/vnū eſt: nec impar pro-
pter impares miniſtros: ſed par et ęquale/
ꝓpter:hic eſt qui baptiçat. Ergo dilectiſſi-
mi videamus quod videre illi nolūt : non
quod nō videant/ſed quod ſe videre dole-
ant: quaſi clauſū ſit contra illos quo miſ-
ſi ſunt diſcipuli/in nomine patris et filij et
ſpiritusſancti: vt baptiçarēt tanq̄ miniſtri.
Matth.28.d. Quo miſſi ſunt? Ite dixit baptiçate gen-
tes. Audiſtis fratres quomō venit illa hę-
Ps.2. reditas: Poſtula a me et dabo tibi gentes
hęreditatē tuā: ⁊ poſſeſſionē tuā terminos
Eſaie.2.a. terrę. Audiſtis quomō de ſion ꝓdit lex:et
verbū dn̄i de hieruſalē. Ibi enī audierunt
diſcipuli: Ite baptiçate gētes i nomine pa
tris et filij et ſpūſſancti. Intēti facti ſum⁹
cū audiremus: Ite baptiçate gētes. In cu
ius noīe? In noīe pr̄is et filij ⁊ ſpiritusſan-
cti. Iſte vn⁹ de⁹:qꝛ nō in noīb⁹ pr̄is ⁊ filij ⁊
ſpūſſancti/ ſed in noīe pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſſan
cti. Ubi vnū nomē audis/vn⁹ ē de⁹: Sicut
de ſemine abrahę dictū ē:et exponit paulus
Gal.3.c. apl's: In ſemie tuo bn̄dicēt oēs gētes: Nō
dixit in ſeminib⁹ tanq̄ in multis/ſed tanq̄
in vno:et ſemine tuo quod ē chriſtus. Si-
cut ergo quia ibi nō dicit in ſeminib⁹: do-
cere te voluit apl's/ qꝛ vnus eſt chriſt⁹. Sic
et hic cū dictū eſt in nomine/nō in nomini-
bus/ quomō ibi in ſemine/nō in ſeminib⁹:
probat vnus de⁹ pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanct⁹.
Sed ecce inquiūt diſcipuli ad dn̄m: Audi-
uimus in quo nomine baptiçemus: mini-
ſtros nos feciſti/⁊ dixiſti nobis: Ite bapti-
çate in nomine patris et filij et ſpūſſancti.
Quo ibimus? Quo? Nō audiſtis? Ad hę-
reditatē meā. Interrogatis quo ibimus.
Ad id quod emi ſāguine meo. Quo ergo?
Ad gentes. Ad gētes inquit. Putaui quia
dixit:ite baptiçate ap'hros in nomine pa-
tris et filij ⁊ ſpūſſancti. Deo gratias. Sol-
uit dn̄s queſtionē:docuit colūba. Deo gra
tias:ad gentes apl'i miſſi ſunt. Si ad gen-
tes/ad oēs linguas. Hoc ſignificauit ſpūſ- Act.2.a.
ſanctus diuiſus in linguis:vnitus in colū-
ba. Hoc linguę diuidunt/hoc columba co-
pulat. Linguę gentiū concordarūt: et vna
lingua ap'hricę diſcordauit. Quid euidēti⁹
fratres mei? in columba vnitas/in linguis
gentiū ſocietas. Aliqn̄ enī linguę ꝑ ſupbiā
diſcordauerūt:et tūc ſūt factę linguę ex vna
multę. Poſt diluuiū enī quidā ſupbi homi
nes velut aduerſus deū ſe munire conātes
quaſi aliquid eſſet excelſius deo / aut aliqd
tuti⁹:ſupbię erexerunt turrim:quaſi ne di-
luuio ſi poſtea fieret delerentur. Audierāt
enī ⁊ recēſuerant/quia omis iniquitas erat
deleta diluuio. Ab iniquitate tēperari nō-
lebant: altitudinē turris cōtra diluuiū re-
quirebant:ędificauerūt turrim excelſā. Ui
dit deus ſuperbiā ipſoꝝ:⁊ hunc errorē illis
immitti iuſſit/vt nō ſe cognoſcerēt loquen
tes: Et factę ſunt diuerſę linguę de ſuper-
bia. Si ſuperbia fecit diuerſitates lingua-
rum:humilitas chriſti congregauit diuer-
ſitates linguaꝝ. Iā quod illa turris diſſō-
ciauerat: eccl'ia collegit. De vna lingua fa-
ctę ſūt multę: Noli mirari / ſupbia h̄ fecit.
De multis linguis fit vna:noli mirari/cha
ritas fecit : quia etſi ſoni diuerſi linguarū
ſunt:in corde vnus deus inuocat/vna pax
cuſtodit. Unde debuit ergo chariſſimi de- E
mōſtrari ſpūſſanct⁹/ vnitatē quandā deſi-
gnās niſi ꝑ columbā: vt pacatę eccleſię di-
ceret: Una ē columba mea? Unī debuit hu Cant.6.c.
militas niſi ꝑ auē ſimplicē ⁊ gementē/ nō ꝑ
auē ſuperbā ⁊ exultantē ſicut coru⁹? Et for-
te dicent: Quia ē columba ⁊ vna columba
ꝓter vnā columbā baptiſmus eſſe nō pōt:
Ergo ſi apud te ē columba / vel tu es colū-
ba: quādo ad te venio/ tu da mihi qđ non
habeo. Scitis hoc ipſorū eſſe. Ecce modo
vobis apparebit/nō eſſe de voce columbę/
ſed de clamore corui: Nā pauluiū attēdat
charitas veſtra: et timete inſidias/ imo ca-
uete:et excipite verba contradicētiū reſpu
enda/nō tranſglutiēda/et viſcerib⁹ danda.
Facite inde quod fecit dn̄s/ quādo illi ob-
tulerunt amaꝝ potū: Guſtauit et reſpuit.
Sic et vos:audite et abijcite. Quid enī di-
cunt? Uideamus. Ecce inquit tu es colum
ba. O catholica tibi dictū ē: Una ē colūba

mea/vna matris ſuę. Tibi certe dictũ ē/ex-
pecta: noli me interrogare. Si mihi dictũ
eſt ꝓba ꝑmũ: ſi mihi dictũ eſt/cito volo au-
dire. Inquit: Tibi dictũ eſt. Reſpōdeo vo
ce catholica. Mihi. Hoc aũt fratres/ quod
ore meo ſolus ſonuit: ſonuit vt arbitror ꝛ
cordibus veſtris: ꝛ omnes pariter diximꝰ:
Eccłię catholicę dictũ eſt: Una eſt colũba
mea: vna ē matris ſuę: Preter ipſã ꝙ colũ-
bam inq̄t baptiſma nõ eſt. Ego ꝙ̄ ꝑter ipſã
columbã ſũ baptiçatꝰ: ꝙ nõ habeo baptiſ-
mũ? Si baptiſmũ nõ habeo: q̄re mihi non
das q̄ñ ad te venio? Et ego interrogo. In-
terim ſequeſtremꝰ: cui dictũ eſt: Una eſt co
lũba mea/ vna eſt m̄ris ſuę. Adhuc q̄rimꝰ:
Aut mihi dictũ ē/ aut tibi dictũ ē? Seque-
ſtremꝰ cui dictũ ſit. Hoc ꝙ q̄ro: ſi colũba eſt
ſimplex/innocēs/ ſine felle/ pacata in oſcu-
lis/nõ ſeua in vnguibꝰ: q̄ro vtꝝ ad huiꝰ co
lũbę mēbra ꝑtineãt auari/raptores/ſubdo
li/ebrioſi/flagitioſi: mēbra ſũt colũbę huiꝰ?
Abſit inquit. Et reuera fratres/ quis hoc
dixerit vt nihil aliud dicã: Raptores ſolos
ſi dicã/ mēbra accipitris poſſunt eſſe/ non
mēbra columbę. Milui rapiũt: accipitres
rapiunt/corui rapiũt: Columbę nõ rapiũt/
non dilaniãt. Ergo raptores nõ ſunt mē-
bra columbę. Nõ apud vos fuit vel vnus
raptor? Quare manet baptiſmus quē de-
fratris ipſius. Lege et inuenies: q: abraā
Gen.11.d. patruus erat loth: et dicti ſunt fratres: Vñ
Gen.28.a. niſi q: cognati? Itē iacob labā ſyrū habe/
bat auūculū: Frater eñ erat laban matris
iacob: id eſt/ rebeccę vxoris iſaac. Lege ſcri
Gen.29.d. pturā/ et inuenies q: fratres dicunt̄ auun
culus et ſororis fili⁹. Qua regula cognita/
inuenies oēs cōſanguineos marię fratres
eſſe chriſti. Sed illi diſcipuli magis erāt fra
tres: q: ⁊ illi cognati fratres nō eſſent/ ſi di/
ſcipuli nō eſſēt. Et ſine cauſa fratres/ ſi ma
giſtrū nō cognoſcerēt fratrē. Nā quodā lo
Matth.12.d. co cū ei nunciaſſent matrē et fratres ei⁹ fo/
ris ſtātes: Ille autē cū diſcipulis ſuis loq̄/
bat̄/ ait: Quę mihi mater/ vel qui fratres?
Et extēdēs manū ſup diſcipl'os ſuos dixit:
Hi ſūt fratres mei: Et q̄cūq̄ fecerit volūta
tē patris mei q̄ in celis ē: ille mihi mater et
frater ⁊ ſoror ē. Ergo ⁊ maria q: fec̄ volūta
tē pr̄is/ hoc in ea magnificauit dñs: q: fecit
voluntatē patris: nō q: caro genuit carnē.
Intēdat charitas veſtra: Propterea cum
dñs† i turba admirabilis videret̄/ faciēs ſi/ Al.† inter turbas.
gna ⁊ ꝓdigia: ⁊ oſtendēs quid lateret i car/
ne: admiratę quędā animę dixerunt: Felix Luc.11.d.
venter q̄ te portauit. Et ille: Immo felices
qui audiunt verbū dei/ et cuſtodiūt illud:
hoc eſt dicere: Et mater mea quā appella/
tis felicē: inde felix/ q: verbū dei cuſtodit:
nō q: in illa verbū caro factū eſt/ ⁊ habita/
uit in nobis: ſed quia cuſtodit ipſū verbū
dei ꝑ quod facta eſt: et quod in illa caro fa/
ctū eſt. Homines nō gaudeāt ꝓle tēporali:
exultent ſi ſpū iungunt̄ deo. Hec diximus
ꝓpter id quod ait euāgeliſta: quia cū ma/
tre ſua et fratrib⁹ ſuis et diſcipulis habita/
uit in capharnaū paucis diebus. Deinde
quid ſequit̄? Et prope erat paſcha B
iudeorū: et aſcēdit† hieroſolymā. Al. hieruſalem
Aliā rē nobis euāgeliſta narrat: ſicut ſe ha
bebat recordatio annūciāt̄. Et inuenit
i tēplo† boues ⁊ oues ⁊ colūbas Al. hz ven/dentes.
et nūmularios ſedētes. Et cū feciſ
ſet q̄ſi flagellū de† reſticul': oēs eie Al. funiculis
cit de templo. Boues quoq̄ et
oues/ et nūmulariorum effudit ęs:
et menſas ſubuertit: et his q̄ colū
bas vēdebant dixit: Auferte iſta
hinc: ⁊ nolite facere domū patris
mei domū negociatiōis. Quid au/
diuim⁹ fratres? Ecce tēplū illud figura ad/
huc erat: ⁊ eiecit inde dñs omes q̄ ſua quę/
rebant: q̄ ad nūdinas venerāt: ⁊ quę ibi vē
debant illi/ quę opus habebāt hoīes in ſa/
crificijs illius tp̄is. Nouit eñ charitas ve/
ſtra qđ ſacrificia illi populo ꝓ ei⁹ carnalita/
te et corde adhuc lapideo talia data ſūt/ q̄/
bus teneret̄ ne in idola defluerent: ⁊ immo/
larent ibi ſacrificia: boues et oues et colū/
bas. Noſtis: quia legiſt̄. Nō ergo magnū
peccatū ſi hoc vendebāt in tēplo/ qđ eme/
batur vt offerret̄ in templo: ⁊ tñ eiecit inde
illos. Quid ſi ibi ebrioſos inueniret: quid
faceret dñs/ ſi vendētes ea quę licita ſunt:
et contra iuſticiā non ſunt? Quę eñ hone/
ſte emunt̄/ nō illicite vendūtur. Expulit ta
men: et nō eſt paſſus domū orationis fieri
domū negociationis. Si negociatiōis do/
mus: nō debet fieri domus dei: potatiōis
debet fieri? Nos aūt quādo iſta dicim⁹/ ſtri
dēt dentib⁹ ſuis aduerſus nos: et conſolat̄

Pſ.36. nos pſalmus quē audiſtis: Striderunt in
me dentib⁹ ſuis. Nouim⁹ et nos audire vñ
curemur: Et ſi igeminant flagella chriſto:
Pſ.34. q̄ flagellat ſermo ipſius: Cōgregata ſunt
inq̄t in me flagella ⁊ neſciebant. Flagella-
tus eſt flagellis iudeoꝝ: flagellat blaſphe-
mijs falſoꝝ chriſtianorū. Multiplicāt fla-
gella dño deo ſuo ⁊ neſciunt. Faciam⁹ nos
quantū ipſe adiuuat: Ego aūt cū mihi mo
leſti eſſent/induebā me cilitio: ⁊ humiliabā
in ieiunio aīam meā. Dicimus tñ fratres:
nō eñ et ipſe pepercit illis qui flagellādus
erat ab eis. Prior illos flagellauit: ſignum
quoddā nobis oſtendit/ꝙ fecit flagellū de
reſticulis: et inde indiſciplinatos negocia-
tionē in dei templo facientes flagellauit.
Eteñ vnuſquiſq̄ in peccatiſ ſuis reſtē ſibi
Eſaie.5.c. texit. Propheta dicit: Ue his q̄ trahūt pec
cata ſua ſicut reſtē longā. Et quis facit re-
ſtem longam? Qui peccato addit peccatū.
Quō addunt peccata peccatis? Cū pecca-
ta que facta ſūt cooperiunt alijs peccatis.
Furtū fecit/ne inueniat q̄ fecit: querit ma
thematicū. Sufficeret furtū feciſſe. Quare
vis adiungere peccatū peccato? Ecce duo
peccata. Cū ad mathematicū ꝓhiberis ac-
cedere/blaſphemas epm: Ecce tria pecca-
ta. Cū audis: mitte illum foras de eccleſia:
dicis/ duco me ad partē donati: Ecce ad-
dis quartū. Creſcit reſtis. Time reſtē: Bo-
nū eſt tibi vt hic inde cū flagellaris/ corri-
Math.22.b. garis/ne in fine dicat: Ligate illi pedes et
manus: ⁊ ꝓijcite eū i tenebras exteriores.
Al. † Funib⁹ †Criniculis eñ peccatorū ſuorū vnuſquiſ-
Prouer.5.d. q̄ conſtringitur. Illud dñs dicit: illud alia
ſcp̄tura dicit. Sz vtrūq̄ dñs dicit. De pec
catis ſuis ligant homines: et mittunt i te-
nebras exteriores. Qui ſunt tamē qui vē-
C dunt boues? Ut in figura queramus my-
ſteriū facti: qui ſunt qui oues vendūt ⁊ co-
lumbas? Iſti ſunt qui ſua querūt in eccle-
ſia/nō que ieſu chriſti. Uenale habent to-
Phil.2.c. tū: quia nolūt redimi. Emi nolūt/ et vēde-
re volunt. Bonū ē eñ eis vt redimant ſan
guine chriſti/ vt perueniāt ad pacē chriſti.
Quid eñ ꝓdeſt acquirere i hoc ſeculo qō-
libet tēporale et trāſitoriū/ſiue ſit pecunia/
ſiue ſit voluptas vētris et gutturis/ſiue ſit
honor in laude humana? Nonne oīa fu-
mus ⁊ vent⁹? nōne omnia trāſeūt ⁊ decur-
runt? Et ve his qui inheſerint tranſeūtib⁹:
quia ſimul tranſeūt. Nonne oīa vt fluui-
us ꝓceps currēs in mare? Et ve ei q̄ cecide-
rit: q̄ in mare trahet: ergo tenere debem⁹
oēs affectus a talibus ꝯcupiſcētijs. Fra-
tres mei/qui talia querūt/vendūt: Nam ⁊ Act.8.c.
ſimon ille ideo volebat emere ſpiritūſan-
ctū: quia vendere volebat ſpiritūſanctū: ⁊
putabat apl̄os mercatores tales eſſe/qua-
les dñs de tēplo flagello eiecit. Talis eñ
ipſe erat: ⁊ qō vēderet/emere volebat. De
illis erat q̄ colūbas vendebāt: eteñ i colū-
ba apparuit ſpūſſanctus. Qui ergo vēdūt
columbas fratres? Qui dicūt: nos damus
ſpiritūſanctū. Quare eñ hoc dicūt/et quo
ꝓcio vendūt? Preciū honoris ſui accipiūt.
Accipiūt preciū cathedras temporales: vt
videant ipſi vēdere columbas. Caueant a
flagello de reſticulis. Columba nō eſt ve-
nalis: gratiſ dat/q̄ gratia vocat. Ideo fra-
tres mei/quō eos videtiſ qui vendūt †ꝓpo Al.† popula-
lanos? Quiſq̄ qō vēdit laudat: Quot ꝓ- rios.
poſita fecerūt? Alteꝝ ꝓpoſitū habet cartha-
gine primianus/ alteꝝ habet maximian⁹:
alteꝝ habet i mauritania rogat⁹: alteꝝ ha-
bēt in numidia illi ⁊ illi/ quos iā nec nomi-
nare ſufficimus. Circūit ergo aliq̄s emere
columbā. Unuſquiſq̄ ad ꝓpoſitū ſuū lau-
dat quod vēdit. Auertat illius cor ab oñi
vendēte: veniat vbi gratis accipit. Nec ſic
erubeſcāt fratres: q̄ ꝑ ipſas diſſenſiōes ſu-
as amaraſ ⁊ malicioſas/cū ſibi tribuūt qō
non ſunt: cū extollunt putant ſe aliq̄d eſſē Gal.6.a.
cū nihil ſint: tot ꝑtes de ſe fecerūt. Sed q̄d
in eis impletū eſt ꝙ nolunt corrigi/niſi qō
audiſtis in pſalmo? Diſciſſi ſūt nec cōpun- Pſ.34.
cti ſunt. Qui ergo boues vendūt? Boues
intelligunt/q̄ nobis ſcripturas ſanctas diſ-
penſauerūt. Boues erant apoſtoli: boues
erāt ꝓphete. Unde dicit apl̄s: Boui tritu- 1.Cor.9.b.
ranti os non infrenabis. Nunquid de bo-
bus ꝑtinet ad dñm? An ꝓpter nos dicit?
Propter nos eñ dicit: q̄ debet in ſpē qui
arat arare: ⁊ triturās in ſpe participādi. Er
go illi boues reliq̄rūt nobis memoriā ſcri-
pturaꝝ. Non eñ d̄ ſuo diſpēſauerūt: quia
gloriā dñi queſierūt. Quid eñ audiſtis in
ipſo pſalmo? Et dicāt ſemꝑ magnificet do- Pſ.34.
min⁹: qui volūt pacē ſerui eius. Seru⁹ dei/
populus dei/eccleſia dei. Qui volūt pacē
eccleſie ipſius/magnificent dñm/nō ſeruū:
et dicant ſemper magnificetur dñs qui vo
lunt pacē ſerui ei⁹: Ipſius populi ipſi⁹ ſer-
ui. Uox ē illa euidēs quā in lamētationib⁹

audiſtis in pſalmo: et mouebamini cū au-
diretis q2 inde eſtis: qđ cantabat ab vno/
de omib⁹ cordib⁹ reſonabat. Felices qui ſe
in illis vocibus tanq̄ in ſpeculo cognoſce-
bāt. Qui ḡ voluñt pacē ſerui ei⁹: pacē popu
li eius: pacē vnius illius quā dicit vnicā: ⁊
quā vult erui de leone: ⁊ đ manu canis vni-
Ps. 21. cā meā: q dicunt ſemp magnificet dñs: Er-
go illi boues dñm magnificauerūt/non ſe.
Uidete bouē magnificantē dñm ſuū: quia
Eſaie. 1. a. agnouit bos poſſeſſorē ſuū. Attēdite bouē
timentē: ne deſerat poſſeſſor bouis/⁊ i bo-
ue p̄ſumat: quđ expaueſcit eos q voluñt in
1. Cor. 1. b. illo ponere ſpem. Nunquid paul⁹ p vobis
crucifix⁹ ē: aut in nōie pauli baptiȥati eſtis?
Qđ dedi: nō ego dedi: gratis accepiſtis: co-
1. Cor. 3. b. lumba de cęlo deſcēdit. Ego inqt plātaui:
apollo rigauit: ſed deus incremētū dedit.
Neq3 qui plantat ē aliqd/neq3 q rigat: ſed
Ps. 34. qui incrementū dat de⁹. Et dicāt/ſemp ma
gnificet dñs: qui volunt pacē ſerui ei⁹. Iſti
autē de ſcripturis ipſis fallūt populos: vt
accipiāt ab ipſis honores et laudes: ⁊ non
cōuertant homines ad veritatē. Quia vo
ipſis ſcripturis fallūt populos a qb⁹ q̄runt
honores: vēdūt boues/vendūt ⁊ oues: id ē
ipſas plębes. Et cui vendunt? Diabolo.
Nāq3 fratres mei/ſi chriſti vnica eccleſia ē
et vna eſt: quicqd inde pręcidit/quis tollit
1. Petri. 5. c. niſi leo ille rugiēs ⁊ circumiens q̄rens quē
deuoret? Ue his qui p̄cidunt: Nā illa inte-
2. Timoth. 2. c. gra pmanebit: Nouit eñ dñs qui ſūt eius.
Tamē quantū in ipſis ē/vendūt boues et
oues: vendūt ⁊ columbas: obſeruāt flagel
lū peccatoꝝ ſuoꝝ. Certe qñ aliqd tale pa-
tiunt pp̄ter iſtas iniqtates ſuas: agnoſcāt
q2 dñs fecit flagellū de reſticulis: et adhuc
admonet eos vt mutēt ſe: ⁊ nō ſint negoci-
atores: nam ſi ſe nō mutauerint/audiēt in
Matth. 22. b fine: Ligate illis man⁹ ⁊ pedes: ⁊ pijcite in
Ps. 68. tenebras exteriores. Tūc dictū eſt: Zelus
D dom⁹ tuę comedit me. Recordati ſunt
Al. q2 ſcri-ptū ē: ȥelus dom⁹ me co-medit me. diſcipuli q2 † zelus dom⁹ dei eie-
cit illos de tēplo dñi. Fratres/vnuſ-
quiſq3 chriſtianus in membris chriſti ȥelo
domus dei comedat. Quis comedit ȥelo
dom⁹ dei? Qui omnia quę forte ibi videt
pueria/ſatagit emendare/cupit corrigere/
nō quieſcit. Si emendare non pōt/tolerat/
gemit: non excutit de area granū: ſuſtinet
paleā/vt intret in horreum cū palea fuerit
ſepata. Tu ante horreū ſi granum es/noli
excuti de area: ne prius ab auibus colliga-
ris/q̄ in horreū congregeris. Aues eñ cęli
aereę poteſtates expectant aliquid rapere
de area: ⁊ non rapiūt niſi quod inde fuerit
excuſſū: Ergo ȥelus dom⁹ tuę comedat te.
Unūquēq3 chriſtianū ȥelus domus dei co
medat: in qua domo dei mēbrū ē. Non eñ
magis eſt domus tua/q̄ dom⁹ vbi habes
ſalutē ſempiternā. Domū tuam intras p-
pter requiē tēporalē: domū dei intras pro-
pter requiē ſempiternā3. Si ergo in domo
tua ne quid pueruſum fiat ſatagis: in domo
dei vbi ſalus pp̄oſita eſt et requies ſine fi-
ne/debes pati quantū in te ē/ſi quid forte
pueruſū videris? Unūquēq3 chriſtianū ȥelus
dom⁹ dei comedat: Uerbi grā. Uides fra-
trē currere ad theatrū: phibe/mone/ɔtriſta-
re: ſi ȥelus dom⁹ dei comedit te. Uides ali
os currere ⁊ inebriari velle: ⁊ h velle l locis
ſanctis/qđ nuſq̄ decet: phibe q̄s potes: te-
ne q̄s potes: terre q̄s potes: qb⁹ potes blā
dire/noli qeſcere: Tñ ſi amic⁹ ē/admoneat
leniter: vxor ē/ſeueriſſime refrenet: ancilla
eſt/etiā vberib⁹ cōpeſcat. Fac qcqd potes
p pſona quā portas: et pficis: ȥelus dom⁹
tuę comedit me. Si aūt fueris frigidus/mar
cidus: ad te ſolū expectās: ⁊ q̄ſi tibi ſuffici-
ens ⁊ dicēs in corde tuo: qd mihi eſt curare
aliena pctā? ſufficit mihi anima mea: ipſā Matth. 25. c.
integrā ſeruē deo. Eia/non tibi venit in
mentē ſeruus ille qui abſcondit talentū/et
noluit erogare? Nūqd eñ accuſatus eſt q2
perdidit: ⁊ nō quia ſine lucro ſeruauit? Sic
ergo audite fratres mei vt nō quieſcatis:
Ego vobis conſiliū daturus ſū: Det ille q
intus eſt: q2 et ſi p me dederit/ille dat. No-
ſtis qd agatis vnuſquiſq3 in domo ſua cū
amico ſuo/cū inqlino/cū cliente ſuo/cū ma
iore/cū minore. Quđ dat deus aditū: quđ
aperit ianuā vbo ſuo. Nolite quieſcere lu- E
crari chriſto: q2 lucrati eſtis a chriſto. † Di- Al. † Reſpon-derūt ḡ iudei et dixerunt
xerūt illi iudei: Quod ſignū oſtē-
dis nobis quia hec facis? † Et do- Al. † Reſpō-dit ieſus et di-xit eis
min⁹: Soluite templū hoc: et tri-
bus diebus excitabo illud. Dixe-
runt ergo iudei: Quadraginta et
ſex annis ędificatū ē templū hoc:
et tu dicis tribus diebus † excita- Al. † reȥdabiſ
bo illud? Caro erant: carnalia ſapiebāt:
Ille loquebat ſpiritaliter. Quis autē poſ-
ſit intelligere de quo templo dicebat? Sed
non multū quęrimus: Per euangeliſtam

nobis aperuit ꝺ quo templo diceret: Sol-
uite templū hoc: ⁊ tribus diebus excitabo
illud. Quadragintaſex annis edificatū eſt
Ar.†Jlle aūt templū: et triduo ſuſcitabis illud?† Dice-
bat autē/ait euāgeliſta: de tēplo cor-
poris ſui. Et manifeſtū eſt occiſum dn̄m
poſt triduū reſurrexiſſe. Hoc modo omni-
bus nobis notū eſt. Et ſi iudeis clauſū eſt/
quia foris ſtant: nobis tamē apertū eſt: qꝛ
nouimus in quē credidimꝰ. Jpſius templi
reſolutionē et reedificationē/anniuerſaria
ſolēnitate celebraturi ſumus. Ad quā vos
exhortamur/ vt ꝓparetis vos ſi q̄ eſtis ca-
thecumini/vt accipiatis gratiā. Jam nūc
tempus eſt: iam nūc parturiat quod tunc
naſcat: Ergo illud nouimꝰ. Sed forte hoc
exigit a nobis/ vtrū habeat aliquod ſacra-
mentū/ quadragintaſex annis edificatū tē-
plū. Sunt quidē multa que hinc dici poſ-
ſunt: Sed quod breuiter dici poteſt et faci-
le intelligi/ hoc interim dicamꝰ fratres. Di-
ximus eñ iā/niſi fallor/heſterno die/adam
vnū hominē fuiſſe: et ipſum eſſe totū ge-
nus humanū: Nā ita diximus ſi memini-
ſtis: quaſi fractus eſt et ſparſus colligit: et
quaſi conflatꝰ in vnā ſocietatē atq; ꝯcordi-
am ſpiritalē: Et gemit vnus pauꝑ modo
ipſe adā/ſed in chriſto innouat: qꝛ ſine pec
cato venit adā: vt peccatū adā ſolueret in
carne ſua: et vt reintegraret ſibi adā ima-
ginem dei. Adā ḡ caro chriſti de adā: ergo
de adam templū quod deſtruxerūt iudei:
et ſuſcitauit dn̄s triduo. Reſuſcitauit eñ
carnē ſuā. Videte/ qꝛ deꝰ erat equalis pa-
tri. Fratres mei dicit apoſtolꝰ: Qui eū ex-
citauit a mortuis. De quo dicit? De patre.
Phil.2.b. Factꝰ inquit obediens vſq; ad mortē/mor
tē autē crucis: Propter quod et deus illū
excitauit a mortuis: ⁊ dedit ei nomē quod
eſt ſuꝑ omne nomē. Reſuſcitatus et exal-
tatꝰ ē dn̄s. Reſuſcitauit eū a mortuis: qs?
Ps.40. pater: Cui dicit i pſalmis: Excita me ⁊ red
dam illis. Ergo pater eū reſuſcitauit/ non
ſe ipſe? Quid autē facit pater ſine verbo?
Quid autē facit pater ſine vnico filio ſuo?
Nam audi quia et ipſe deus erat: Soluite
templū hoc: et tribus diebus excitabo il-
lud. Nūquid dixit: ſoluite templū qꝺ tri-
duo pater meus reſuſcitet? Sed quō cū pa
ter ſuſcitat et filius ſuſcitat: ſic cū filꝰ ſuſci-
Joh.10.f. tat ⁊ pater ſuſcitat: quia filius dixit: Ego ⁊
pater vnū ſumus. Quid ergo ſibi vult nu-
merus quadragenarius ſenarius. Jnte-
rim ipſe adā quia ꝑ totū orbem terraꝝ eſt:
audiſtis iā heſterno die in quattuor litte-
ris grecis/ quattuor ṽboꝝ grecoꝝ. Si eñ
iſta verba quattuor ſcribas ſubinuicē: id ē
nomina quattuor partiū mundi: orientis/
occidētis/ aquilonis et meridiani: quod ē
totus orbis: vñ dicit dn̄s/a quattuor ven- Marc.13.e.
tis collectuꝝ electos ſuos cū venerit ad iu
diciū. Si ergo faciaſ iſta quattuor nomina
greca: αμαλολη qꝺ eſt oriēs: δυσισ quod
eſt occidens: αρχλοσ quod eſt ſeptentrio:
μεσημβρια qꝺ ē meridies. Anatole/dy-
ſis/arctos/meſembria: capita verboꝝ adā
habent. Quō ergo ibi inuenīemꝰ quadra-
genariū ſenariū numeꝝ? Quia caro chriſti
de adā erat. Ad litteras numeros compu-
tāt greci: quod ⁊ nos facimus. A litterā ipſi
lingua ſua ponūt α alpha: ⁊ vocat α alpha
vnū. Vbi autē in numeris ſcribūt β beta:
qꝺ ē b ipſoꝝ: vocat in numeris duo. Vbi
ſcribunt γ gāma: vocāt in numeris ipſoꝝ
tria. Vbi ſcribit δ delta: vocat i numeris
ipſoꝝ quattuor: ⁊ ſic ꝑ omnes litteras nu-
meros habēt. M. qꝺ nos dicimꝰ/ ⁊ illi di-
cūt μ mi/quadraginta ſignificat. Dicunt
eñ/ τεσσαρακοντα Jaȝ videte/ iſte littere
quē numeꝝ habeāt: ⁊ ibi inuenietis q̄dra-
gintaſex annis edificatū tēplū. Habet eñ
adā/α alpha/quod eſt vnū: habet δ delta
qꝺ ſunt q̄tuor: habes q̄nq;. Habet iterū
α alpha qꝺ eſt vnū/habes ſex. Habet et μ
mi/qꝺ eſt q̄draginta: habes q̄dragintaſex.
Hec fratres mei etiā ab anteriorībꝰ maio-
ribꝰ nr̄is dicta ſūt: et inuētus ē iſte numerꝰ
i litteris q̄dragenariꝰ ſenariꝰ. Et qꝛ dn̄s no
ſter ieſus chriſtus de adā corpꝰ accepit: nō
de adā peccatū traxit: templū corporeū in-
de ſumpſit: non iniquitatē que de templo
pellenda eſt. Jpſam autē carnē quā traxit
de adā: maria eñ de adā: ⁊ dn̄i caro de ma-
ria/iudei crucifixerūt: et ille reſuſcitaturus
erat ipſā carnē triduo/quā illi in cruce erāt
occiſuri. Jlli ſoluerūt templū quadragin-
taſex annis edificatū: et ille triduo reſuſci-
tauit illud. Benedicimus dn̄m deū noſtrū
qui ad leticiā ſpiritalē ꝯgregauit nos. Si-
mus in humilitate cordis ſemꝑ: et gaudiū
noſtrū penes ipſum ſit. Non de ꝓſperita-
te aliqua huius ſeculi inflemur: ſed noueri-
mus felicitatē noſtrā non eſſe niſi cum iſta
tranſierint. Modo gaudiū noſtrū fratres

mei in ſpe ſit: nemo gaudeat quaſi in re p̃ſenti/ ne hereat in via. Totum gaudiũ de ſpe futura ſit: totũ deſideriũ vite eterne ſit. Om̃ia ſuſpiria in chriſto anhelẽt. Ille vn⁹ pulcherrim⁹/ q̇ ⁊ fedos dilexit vt pulchros faceret/ deſiderek. Ad illum vnũ currak: illi ingemiſcak: ⁊ dicant ſemp magnificek dñs/ qui volunt pacẽ ſerui eius.

Ab eo quod ſcriptũ eſt: Cum autem eſſet in †hieruſalẽ ieſus in paſcha in die feſto: multi crediderũt in nomine eius: vſq̧ ad id quod ait: Amen amen dico tibi/ niſi q̇s renatus fuerit ex aqua et ſpiritu ſancto: non poteſt introire in regnum dei: Tractatus. XI.

Al. † hieroſolymis.

A

Pportune nobis dñs procurauit hodierna die lectiõis huius ordinẽ: Nam quia ex ordine euangelium ſm iohannẽ cõſiderare atq̧ tractare ſuſcepimus: credo ꝙ aduertat charitas veſtra. Opportune ergo occurrit/ vt hodie audiretis ex euangelio: quia niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpirituſancto/ nõ videbit regnũ dei. Tempus ergo eſt vt vos exhortemur: quia adhuc eſtis cathecumini: qui ſic crediditis ĩ chriſtũ/ vt adhuc veſtra peccata portetis. Nullus autẽ regnũ celorum videbit onerat⁹ peccatis: quia niſi dimiſſa fuerint/ non regnabit cũ chriſto. Dimitti autẽ nõ poſſunt/ niſi ei qui renat⁹ fuerit ex aqua et ſpirituſctõ. Sed modo verba quemadmodũ ſe habeãt aduertamus: vt hic inueniãt qui pigri ſunt/ quãta ſollicitudine ſibi feſtinandũ ſit ad on⁹ deponẽdũ: q̃ ſi ferrẽt aliquã ſarcinã grauẽ aut lapidis aut ligni/ aut alicui⁹ etiã lucri: ſi frumentũ portarẽt/ ſi vinũ ſiue pecuniã: currerent vt deponerẽt: Nũc onera q̃ portãt ſarcinã pctõrũ/ pigri ſunt currere. Currẽdũ eſt vt deponak. Hec ſarcina ꝑmit ⁊ mergit.

Al. tantẽ Ecce audiſtis q̃ cum† eſſet dñs ieſus chriſtus hieroſolymis in paſcha in die feſto: multi crediderunt in noĩe eius: videtes ſigna eius que faciebat. Multi crediderũt in noĩe eius.

Al. † ieſus Et quid ſequik? Ipſe aũt† chriſt⁹ non credebat ſemetipſum eis. Quid ſibi hoc vult? Illi credebãt in noĩe eius: ⁊ ipſe ieſus nõ credebat ſemetipſũ eis. An forte nõ crediderãt ei/ ⁊ fingebãt ſe crediſiſſe: et ꝓpterea ieſus nõ credebat ſemetipſũ eis? Sed nõ diceret euãgeliſta: multi crediderunt in nomine eius/ niſi verũ illis teſtimoniũ ꝑhiberet. Magna ergo res ⁊ mira res. Credunt homines in chriſtũ: et chriſtus ſe nõ credit hominib⁹: p̃ſertim quia filius dei eſt: vtiq̧ volens paſſus ẽ: ⁊ ſi nollet/ nunq̃ paterek: Qui ſi nollet nec naſcerek. Si antẽ hoc ſolũ vellet/ vt naſcerek tm̃ ⁊ non morerek: ⁊ quicq̇d vellet faceret: quia omnipotentis patris fili⁹ omnipotẽs eſt. Ex ipſis rebus ꝓbemus: quia cũ voluiſſent eum tenere/ diſceſſit ab eis. Loquitur euangeliũ: Et cũ voluiſſent eũ de vertice montis p̃cipitare: diſceſſit ab eis illeſus. Et qñ venerunt ad eũ comp̃hendendũ/ iam venditũ a iuda ꝓditore: cũ ille putaret in poteſtate ſe habere/ tradere magiſtrũ ſuũ et dñm ſuũ: et ibi oſtendit dñs volũtate ſe pati/ nõ neceſſitate: nam cũ eũ comp̃hẽdere iudei voluiſſent/ dixit illis: Quẽ queritis? At illi dixerunt: Ieſum naçarenũ. Et ille: Ego ſũ: Hac voce audita/ redierunt retro ⁊ ceciderũt. In eo ꝙ eos reſpõdens deiecit: oſtẽdit poteſtatẽ: vt ĩ eo ꝙ ab eis comp̃hẽſus eſt/ oſtẽderet voluntatẽ. Ergo ꝙ paſſus ẽ/ miſericordie fuit: Traditus eſt enĩ ꝓpter delicta noſtra: ⁊ reſurrexit ꝓpter iuſtificationẽ noſtrã. Audi verba ipſius: Poteſtatẽ habeo ponẽdi animã meã: ⁊ poteſtatẽ habeo iterũ ſumẽdi eam. Nemo tollet eam a me: ſed ego pono illam a meipſo/ et iterum ſumo eam. Cũ ergo haberet tantã poteſtatẽ cũ eã dictis p̃dicaret/ factis oſtẽderet: quid ſibi vult ꝙ non ſe credebat eis ieſus/ quaſi aliquid nolẽti nocituris: aut aliquid nolẽti facturis: p̃ſertim q̃ iam crediderãt in nomine ei⁹? Et de ipſis dicit euãgeliſta: Crediderunt in nomine eius: de quibus dicit: Ipſe aũt ieſus nõ credebat ſemetipſũ eis. Quare?† Q̃ ipſe noſſet om̃es: ⁊ q̃ opus ei non erat/ vt quis teſtimoniũ perhiberet de homine: Ipſe enĩ ſciebat quid eſſet in homine. Pl⁹ nouerat artifex quid eſſet in ope ſuo/ q̃ ipſum op⁹ quid eſſet in ſemetipſo. Creator hominis nouerat q̇d eſſet in homine: quod ipſe creatus homo nõ nouerat. Nõne hoc ꝓbam⁹ de petro: quia nõ nouerat quod in ipſo eſſet quãdo dixit: Tecum ero vſq̧ ad mortẽ? Audi q̃ dñs nouerat quid

Iob. 10. f.
Luc. 4. e.
Iob. 18. a.
Roma. 4. d.
Iob. 10. d.
Al. ꝓ eo

eſſet in homine. Tu mecū vſq; ad mortē?
Joh.13.d. Amē amen dico tibi / priuſq; gallus cātet/
ter me negabis. Homo ergo neſciebat q̄d
eſſet in ſe: ſed creator hominis nouerat q̄d
eſſet in homine: Crediderant tñ in noīe ei⁹
multi: et ipſe ieſus nō ſe credebat eis. Quid
dicimus fratres? Forte conſequētia indi/
cabunt nobis quid ſibi vult myſteriū ver/
borū iſtorū: quia crediderant in eū homi/
nes: manifeſtū eſt: verū eſt: nemo dubitat:
euangeliū loquit᷑: verax euangeliſta teſta/
tur. Itē quia ipſe ieſus nō credebat ſemet/
ipſum illis. Et h̄ manifeſtū eſt: et h̄ nullus
chriſtianus dubitat: quia ⁊ hoc euangeliū
loquit᷑: et idem verax euangeliſta teſtatur.
Quare ergo crediderūt illi ī nomine eius:
B et ieſus non credebat ſemetipſū illis? Se/
Ca.3. quētia videam⁹. Erat aūt hō ex pha/
riſeis / nicodemus nomine prin/
ceps iudeorū. Hic venit ad eum
nocte / et dixit ei: Rabbi. Iā hoc no/
ſtis / quia rabbi magiſter dicit᷑. Scimus
quia a deo veniſti magiſter. Ne/
mo em̄ poteſt hec ſigna facere q̄
tu facis / niſi fuerit deus cum eo.
Ergo iſte nicodemus ex his erat qui credi/
derant in nomine eius: vidētes ſigna ⁊ p̄/
digia ei⁹ que faciebat. Superi⁹ em̄ hoc di/
xit: Cū aūt eſſet hieroſolymis in paſcha in
die feſto: multi crediderūt in nomine eius.
Quare crediderūt in nomine ei⁹? Sequit᷑
et dicit: Vidētes ſigna eius que faciebat.
Et de nicodemo quid dicit? Erat princeps
iudeorū noīe nicodemus. Hic venit ad eū
nocte / ⁊ ait illi: Rabbi ſcimus q₂ a deo ve/
niſti magiſter. Et iſte q̄ crediderat in noīe
ei⁹. Et ipſe vñ crediderat? Sequit᷑. Nemo
em̄ pōt hec ſigna facere q̄ tu facis / niſi fu/
erit deus cū eo. Si ergo nicodemus de il/
lis multis erat qui crediderant in nomine
eius: iaȝ in iſto nicodemo attendam⁹ qua/
re ieſus non ſe credebat eis. Reſpōdit
ieſus et dixit ei: Amen amen dico
tibi: niſi quis renatus fuerit de/
nuo: nō poteſt videre regnū dei.
Ipſis ergo ſe credit ieſus / qui nati fuerint
denuo. Ecce illi crediderunt in eū: et ieſus
non ſe credebat eis. Tales ſunt om̄es ca/
thecumini: ipſi iā credūt in nomine chriſti:
ſed ieſus nō ſe credit eis. Intendat ⁊ intel/
ligat charitas veſtra: Si dixerimus cathe/
cumino / credis in chriſto? Reſpondet / cre/
do: ⁊ ſignat ſe cruce chriſti: portat in fron/
te: et nō erubeſcit de cruce domini ſui. Ec/
ce credit in nomine eius. Interrogemus
eū: MādUcas carnem filij hominis: et bi/
bis ſanguinem filij hominis? Neſcit quid
dicimus: quia ieſus non ſe credidit ei.
Cum ergo ex eo numero nicodemus eſſet:
venit ad dñm / ſed nocte venit: et hoc forte
ad rē pertinet. Ad dñm venit / et nocte ve/
nit: ad lucē venit / et in tenebris venit. Re/
nati autē ex aqua et ſpūſancto / quid audi/
unt ab apoſtolo? Fuiſt' aliq̄n tenebre / nūc Eph.5.c.
autē lux in dño: ſicut filij lucis ambulate.
Et iterū: Nos autē qui diei ſumus / ſobrij 1.Theſſal.5.a
ſimus. Qui ergo renati ſūt / noctis fuerūt /
et diei ſunt: tenebre fuerūt / et lumen ſunt.
Iam credit ſe illis ieſus: et nō nocte veni/
unt ad ieſum ſicut nicodemus: non in te/
nebris querūt diē: Tales em̄ iam etiā p̄fi/
tentur. Acceſſit ad illos ieſus: facit in illis
ſalutē: quia ipſe dixit: Niſi quis māduca/ Joh.6.f.
uerit carnē meā / et biberit ſanguinē meūt
nō habebit in ſe vitā. Et q̄ ſignū crucis ha/
bent in frōte cathecumini / iā de domo ma/
gna ſunt / ſed fiant ex ſeruis filij. Non em̄ ni/
hil ſunt / quia iā ad domū magnā p̄tinent.
Quando autē manna manducauit popu/
lus iſrael? Cū tranſiſſet mare rubrū. Ma/
re autē rubrū quid ſignificet / audi apoſto/
lū: Nolo autē vos ignorare fratres / q₂ om/ 1.Corin.10.a.
nes patres noſtri ſub nube fuerūt: et om/
nes mare trāſieſt. Ut q̄d p̄ mare trāſierūt?
Et q̄ſi cauſā quereres ab illo: ſecut⁹ ait: Et
om̄es in moyſe baptiçati ſunt / in nube ⁊ in
mari. Si q̄ figura maris tantū valuit: ſpe/
cies baptiſmi quantū valebit? Si quod ge
ſtū eſt in figura / traiectū populū ad māna
p̄duxit: quid exhibebit chriſtus in verita/
te baptiſmi ſui / traiecto p̄ eū populo ſuo?
Per baptiſmū ſuū traiecit credentes / occi/
ſis om̄ibus peccatis tanq̄ hoſtib⁹ ꝓſequē/
tibus: ſicut in illo mari omnes egyptij pe/
rierūt. Quo traiecit fratres mei? Quo tra/
iecit p̄ baptiſmū ieſus / cui⁹ figurā tunc ge/
rebat moyſes q̄ p̄ mare traijciebat? Quo
traijciebat? Ad manna. Quod eſt manna?
Ego ſum inquit panis viuus q̄ de celo de/ Joh.6.e.
ſcendi. Manna accipiūt fideles / iam trai/
ecti p̄ mare rubrū. Quare et p̄ mare rubrū?
Iā mare: quare rubrū? Significabat mare
illud rubrū baptiſmū chriſti. Unde rubet
baptiſm⁹ chriſti / niſi chriſti ſanguine conſe/

cratus. Quo ergo ꝑducit credentes et bā-
ptiçatos? Ad manna. Ecce dico manna.
Notū ē quid acceperint iudęi/ populus il-
le iſrael: notū eſt quid illis pluiſſet deꝰ de
cęlo: et neſciūt cathecumini quid accipiūt
chriſtiani. Erubeſcant ꝙ q2 neſciūt. Tranſ-
eant ꝑ mare rubrū: manducent manna: vt
quō crediderūt in noīe ieſu: ſic ſe ipſis cre-
dat ieſus. Ideo intēdite fratres mei/ quid
reſpōdeat iſte qui nocte venit ad ieſū. Q̄-
uis ad ieſum venerit: tñ q2 nocte venit/ ad-
huc de tenebris carnis ſuę loquit̄: nō intel-
ligit qđ audiuit a dño: nō intelligit quomō
Joh.1.a. audiuit a luce/ q̄ illuminat oēm hominē ve-
nientē in hūc mundū. Iā ei dñs dixit: Niſi
quis renatꝰ fuerit denuo: nō videbit regnū
C dei. Dicit ad euꝫ nicodemꝰ: Quo-
Al.† renaſci modo poteſt homo † naſci cū ſit ſe-
nex? Spiritus ei loquit̄: ꝛ ille carnē ſapit.
Carnē ſuā ſapit: quia carnē chriſti nondū
Joh.6.f. ſapit. Cū eñ dixiſſet dñs ieſus: Niſi quis
māducauerit carnē meā/ et biberit ſangui-
nē meū/ nō habebit in ſe vitā: ſcandaliçati
ſunt quidā qui eū ſequebant̄: et dixerunt
apud ſemetipſos: Durus ē hic ſermo: ꝛ q̄s
poteſt eū audire? Putabant eñ hoc dice-
re ieſum/ q̄ eū poſſent conciſum ſicut agnū
coquere et manducare: abhorrētes a ver-
bis eius/ receſſerūt: et amplius eū nō ſunt
ſecuti. Sic euangeliſta loquit̄: et dñs ipſe
remanſit cū duodecim. Et illi ad eū: Dñe/
ecce illi dimiſerunt te. Et ille: Nunquid et
vos vultis abire? Oſtēdere volens q2 ipſe
illis erat neceſſarius: nō illi erāt chriſto ne-
ceſſarij: ne quis terreat chriſtū quādo dici-
tur vt ſit chriſtianꝰ: quaſi beatior erit chri-
ſtus/ ſi tu fueris chriſtianus. Bonū eſt tibi
vt ſis chriſtianus: Nā ſi nō fueris/ malum
Ps.15. chriſto nō erit. Audi vocē pſalmi: Dixi do-
mino deus meꝰ es tu: quoniā bonoꝝ meo-
rū nō eges. Ideo deus meꝰ es tu: q̄m bo-
noꝝ meoꝝ nō ęges. Si fueris ſine deo/ mi-
nor eris: ſi fueris cū deo/ maior deꝰ nō erit.
Non ex te ille maior/ ſed tu ſine ille minor.
Creſce ergo in illo: noli te ſubtrahere vt q̄-
ſi ille deficiat. Reficieris ſi acceſſeris: defi-
cies ſi receſſeris. Integer manet te accedē-
te/ integer manet te cadēte. Cum ꝙ dixiſſet
Joh.6.g. diſcipulis: Nūq̄d ꝛ vos vult̄ abire? reſpō-
dit petrus/ petra illa voce omniū: Dñe/ ad
quē ibimus? verba vitę ęternę habes. Bñ
ſapuit in ore ipſius caro dñi. Dñs autē ex-
poſuit eis ꝛ dixit: Spiritus ē qui viuificat:
caro autē nō ꝓdeſt quicq̄. Cū dixiſſet: Ni-
ſi quis manducauerit carnē meā/ et biberit
ſanguinē meū/ nō habebit in ſe vitā: ne car
naliter intelligerent/ ſpiritus eſt inquit qui
viuificat: caro autē nihil ꝓdeſt. Uerba au-
tem quę locutus ſum vobis/ ſpiritus et vi-
ta ſunt. Hunc ſpiritū et hanc vitā nō ſapi-
ebat iſte nicodemus/ qui nocte venerat ad
ieſum. Ait ei ieſus: Niſi quis renatus fue-
rit denuo: nō videbit regnū dei. Et ille car
nem ſuā ſapiens/ in cuius ore nondū ſapi-
ebat caro chriſti: quomodo inq̄t poteſt ho-
mo naſci cū ſit ſenex? Nunquid po-
teſt† in vtero matris ſuę iterū in- Al. ſīn ventrē matris ſue iterato introire et renaſci
troire et naſci. Non nouerat iſte niſi
vnā natiuitatē ex adā et eua: ex deo et ec-
cleſia nōdū nouerat. Nō nouerat niſi eos
parentes qui generant ad mortē: nonduꝫ
nouerat eos parentes qui generant ad vi-
tam. Non nouerat niſi eos parētes qui ge
nerant ſucceſſores: nonduꝫ nouerat eos q̄
ſemꝑ viuentes generāt ꝑmanſuros. Cum
ergo ſint duę natiuitates: ille vnā intelli-
gebat. Una eſt de terra/ alia de cęlo. Una
eſt de carne/ alia ē de ſpiritu. Una de mor-
talitate/ alia de ęternitate. Una ē de ma-
ſculo et fęmina/ alia de deo ꝛ eccleſia. Sed
ipſę duę ſingulę ſunt: nec illa poteſt repeti
nec illa. Recte intellexit nicodemꝰ/ ſed na-
tiuitatē carnis. Sic et tu intellige natiui-
tatē ſpiritus/ quō intellexit nicodemꝰ nati-
uitatē carnis. Quid nicodemus intellexit?
Nūquid poteſt homo denuo in ventrē ma
tris ſuę intrare et naſci? Sic quicunq̄ tibi
dixerit vt ſpiritaliter iterum naſcaris: re-
ſponde quod dixit nicodemus: Nunquid
poteſt homo iterum in ventreꝫ matris ſuę
intrare et naſci? Iam natus ſum de adam:
non me poteſt iterū generare adam. Iam
natus ſum de chriſto: non me poteſt iterū
generare chriſtus. Quomodo vterus non
poteſt repeti: ſic nec baptiſmꝰ. Qui naſcit̄
de eccleſia catholica: tanq̄ de ſara naſcit̄/
de libera naſcitur. Qui naſcitur de hęreſi/
tanq̄ de ancilla naſcit̄/ ſed ex ſemine abra-
am. Aduertat charitas veſtra ad magnum D
ſacramentum. Teſtatur deus ꝛ dicit: Ego Exod.3.b.
ſum deus abraam et deus iſaac ꝛ deus ia-
cob. Non erant alij patriarchę: nō erat añ
iſtos ſanctus noe: qui ſolus in toto genere
humano cū tota domo ſua meruit de dilu-

nio liberari? in quo et in filijs eius figura/
ta eſt eccleſia: ligno portante euadit dilu/
uiū. Deinde poſtea magni quos nouim⁹:
Numeri.12.b quos ſancta ſcriptura commendat: moy/
Heb.3.a. ſes fidelis in tota domo ei⁹: et illi tres no/
Exod.3.d. minant / quaſi cū ſoli promeruerint: Ego
ſū deus abraā ꝛ deus iſaac et deus iacob:
Hoc mihi nomē eſt in ęternū. Sacramen/
tū grande: Potens ē dñs ꝛ ora noſtra ape
rire ꝛ corda veſtra: vt dicere poſſimus ſicut
reuelare dignat⁹ eſt: et capere poſſitis ſicut
expedit vobis. Tres ergo iſti patriarchę/
abraā/iſaac ꝛ iacob. Iā noſtis filij iacob qꝛ
duodecim fuerūt: ꝛ inde populus iſrael: qꝛ
ipſe iacob iſrael: ꝛ popul⁹ iſrael trib⁹ duode
cim/pertinētes ad duodecim filios iſrael.
Abraā/iſaac ꝛ iacob/tres pr̄es/ꝛ populus.
Tres patres tanꝗ̄ i p̄ncipio populi. Tres
patres a quib⁹ figurabat popul⁹ et popul⁹
ipſe prior p̄ſens popul⁹. In ipſo eñ iudęo/
rū figuratus ē popul⁹ chriſtianoꝝ. Ibi figu
ra/hic veritas: Ibi mēbra/hic corp⁹/dicen/
1.Cor.10.c. te ap̄lo: Hęc aūt in figura ꝯtingebāt illis.
Vox ē apoſtoli: Scripta ſunt inquit ꝑpter
32.q.4.c. recurrat nos/in quos finis ſęculoꝝ obuenit. Recur
rat nūc anim⁹ veſter ad abraā/iſaac ꝛ iacob.
In iſtis tribus inuenimus parere liberas/
parere ꝛ ancillas. Inuenim⁹ ibi et part⁹ li/
beraꝝ: inuenim⁹ ibi ꝛ part⁹ ancillaꝝ. Ancil
Gen.21.b. la nihil boni ſignificat: Eijce ancillā inq̄t ꝛ
filiū eius: nō eñ hęres erit filius ancillę cū
filio liberę. Apoſtolus hoc cōmemorat: et
Gal.4. in illis duobus filijs abrać dicit ap̄ls fuiſ/
ſe figurā duorū teſtamentoꝝ: veteris ꝛ no
ui. Ad vetus teſtamentū pertinēt dilecto/
res temporaliū/dilectores ſęculi. Ad nouū
teſtamentū dilectores vitę ęternę. Ideo il
la hieruſalē i terra/vmbra erat cęleſtis hie/
ruſalē matris omniū noſtrū/ quę eſt in cę/
lo: Et hęc apoſtoli verba ſunt. Et de iſta ci
uitate vnde peregrinamur/ multa noſtis/
multa iā audiſtis. Inuenimus autē rē mi/
rā in iſtis partubus: id ē/in iſtis fętibus/in
iſtis generationib⁹ liberaꝝ ꝛ ancillarū/q̄t/
tuor ſcilicet genera hominū: i quib⁹ ſcilicet
quattuor generibus/ complet figura tot/
us populi futuri chriſtiani: vt non ſit mirū
Exod.3.d. qđ in illis tribus dictū ē: Ego ſū de⁹ abraā
et deus iſaac et deus iacob. In omnibus
eñ chriſtianis fratres itēdite: aut ꝑ malos
naſcunt boni: aut ꝑ bonos naſcunt mali:
aut ꝑ bonos boni/aut ꝑ malos mali. Am/
plius iſtis quattuor generib⁹ non poteſtis
inuenire. Quę itez repetā/aduertite/reti/
nete et excutite corda vr̄a: nolite pigri eſſe:
Capite ne capiamini: quomodo quattuoꝝ
genera ſunt omniū chriſtianoꝝ. Aut ꝑ bo/
nos naſcunt boni: aut ꝑ malos naſcuntur
mali: aut ꝑ bonos mali/aut ꝑ malos boni.
Puto quia planū eſt: per bonos boni/ſi et
qui baptiȥāt boni ſūt/et qui baptiȥant re/
cte credūt: ꝛ in mēbris chriſti recte numerā/
tur. Per malos mali/ſi ꝛ q̄ baptiȥant mali
ſūt: et qui baptiȥant duplici corde accedūt
ad deū/ꝛ nō tenēt eos mores quos audiūt
in eccleſia: vt ibi nō ſint palea ſed frumen/
tū: Q eñ mlti ſint/nouit charitas veſtra.
Per malos boni: aliqñ baptiȥat adulter: ꝛ
q̄ baptiȥat iuſtificat. Per bonos mali: ali/
qñ qui baptiȥāt ſancti ſūt: qui baptiȥant/
tenere vias dñi nolunt. Puto ergo fratres
notū eſſe in eccl'ia ꝛ q̄tidianis exēplis ma/
nifeſtari ea q̄ dicim⁹: ſed in p̄orib⁹ nr̄is pa/
tribus ea ꝯſiderem⁹: qꝛ habuerūt et illi iſta
quattuor genera. Per bonos boni: anani/ Act.9.c.
as paulū baptiȥauit. Quid ꝑ malos mali?
Dicit ap̄ls quoſdā p̄dicatores euāgelij/q̄s Phil.1.c.
dicit nō caſte annūciare ſolere euangeliū:
quos tolerat i ſocietate chriſtiana/ꝛ dicit:
Quid eñ? Dū oñi mō ſiue ꝑ occaſionē ſi/
ue ꝑ ỽitatē chriſt⁹ annnunciet: et in h̄ gau/
deo. Nūquid maliuol⁹ erat/ꝛ de alieno ma
lo gaudebat? Sed quia et ꝑ malos verū p̄/
dicabat: ꝛ ꝑ malorū ora chriſt⁹ p̄dicabat: ſi
quos iſti ſui ſil'es baptiȥabāt/ mali malos
baptiȥabāt: ſi quos iſti baptiȥabant/tales
quales admonet dñs cū dicit: Quę dicūt Matth.23.a.
facite: q̄ aūt faciunt/facere nolite: mali bo/
nos baptiȥabāt. Boni malos baptiȥabāt:
quomō a philippo ſancto ſimon magus ba Act.8.b.
ptiȥatus eſt. Nota ſunt q̄ iſta q̄ttuor gene/ E
ra frēs mei. Ecce itez ea repeto: tenete illa/
numerate illa/aduertite illa: cauete q̄ mala
ſūt: tenete q̄ bona ſūt. Per bonos boni na
ſcunt/cū ꝑ ſctōs ſancti baptiȥant. Per ma
los mali/cū ꝛ q̄ baptiȥāt ꝛ q̄ baptiȥant ini/
que ꝛ impie viuūt. Per malos boni/cū ma
li ſunt qui baptiȥāt/ꝛ boni qui baptiȥant.
Per bonos mali/cū boni ſunt q̄ baptiȥāt/
ꝛ mali qui baptiȥant. Quō inuenim⁹ iſta i
trib⁹ iſtis nominib⁹: Ego ſum de⁹ abraam/
deus iſaac et deus iacob? Ancillas accepi/
mus in malis: liberas accepim⁹ in bonis.
Pariunt liberę bonoꝝ: ſara peperit iſaac. Gen.21.a.

Pariūt ancillę malos: agar peperit hiſma
el. Habemus in vno abraā et illius genus
cū ꝑ bonos boni / aut ꝑ malos mali: aut ꝑ
bonos mali: aut per malos boni. Per bo-
nos mali vbi figurati ſūt? Libera erat re-
becca vxor iſaac: legitime pepit geminos:
vnꝰ erat bonꝰ / alter malus. Habes aperte
Malach. 1. a. ibi ſcptur̄a dicentē dei voce: Jacob dilexi:
eſau autē odio habui. Iſtos duos genuit
rebecca / iacob et eſau: Unꝰ inde eligitr / alꝰ
reprobatr. Unꝰ ſuccedit in hereditatē / alter
exheredatr. Nō facit populū ſuū deꝰ de eſau /
ſed facit de iacob. Semē vnū / diuerſi q̄ cō-
cepti ſunt. Uterꝰ vnus / diuerſi q̄ nati ſunt.
Nūq̄d nō libera peperit iacob / q̄ libera pe-
Gen. 25. c. perit eſau? Luctabātur ī vtero matris ſuę:
et dictū eſt rebeccę / cū ibi luctarentr: Duo
populi ſunt in vtero tuo. Duo homines /
duo populi: Bonus populus / malus po-
pulus: Sed tamē in vno ventre luctabā-
tur. Quāti mali ſunt in eccleſia: et vnꝰ vte-
rus portat / donec in fine diſcernentr: et bo-
ni aduerſus malos clamāt: et mali aduer-
ſus bonos reclamāt: et in vnius viſceribꝰ
vtrique luctātur. Nūquid ſemꝑ ſimul erūt?
In fine exitr ad lucē: declaratr natiuitas / q̄
hic in ſacramēto figuratur: Et tūc appare-
bit: Jacob dilexi: eſau autē odio habui.
Iā ergo inuenimꝰ fratres et de bonis bo-
nos / de libera iſaac: et de malis malos / de
ancilla hiſmael: de bonis malos / eſau de
rebecca: Et d̄ malis bonos vbi inuenimꝰ?
Reſtat iacob / vt in tribus patriarchis q̄t-
tuor generū iſtorū ꝑfectio concludatr. Ha-
buit vxores iacob liberas / habuit et ancil-
las. Pariūt liberę / pariūt et ancillę: et fiūt
duodecim filij iſrl̄. Si numeres oēs de qbꝰ
nati ſunt: nō omnes de liberis / nō omnes
de ancillis / ſed tamē omnes ex vno ſemi-
ne. Quid ergo fratres mei? Nūquid q̄ na-
ti ſunt de ancillis / nō ſimul poſſederūt ter-
rā ꝓmiſſionis cū fratribus ſuis? Inueni-
mus ibi bonos filios iacob natos de ancil-
lis: et bonos filios iacob natos de liberis.
Nihil illis obfuit natiuitas de vteris ancil-
larū / quādo in patre cognouerunt ſemē ſu-
um: et conſequēter regnū cū fratribꝰ tenue-
rūt. Quomodo ergo in filijs iacob nō ob-
fuit illis qui nati ſunt de ancillis quo minꝰ
tenerēt regnū: et terrā repromiſſionis cū fra-
tribus ex ęquo acciperēt: nō illis obfuerūt
natales ancillarū / ſed ꝓualuit ſemen pater-
nū: Sic quicūque ꝑ malos baptiçantr / tanque
de ancillis videntr nati: ſed tamē qꝛ ex ſemi
ne verbi dei quod figuratr in iacob / nō cō-
triſtentr: ſimul hereditatē cū fratribus poſ-
ſidebūt. Securus ergo ſit / q̄ de ſemine bo-
no naſcitur: tm̄ nō imitetur ancillā. Si de
ancilla naſcitur / ancillā malā ſuꝑbientē nō
imitetr. Unde eīn filij iacob de ancillis na-
ti / poſſederūt terrā ꝓmiſſionis cum fratri-
bus: hiſmael autē de ancilla natus / expul-
ſus eſt de hereditate? Unī niſi qꝛ ille ſuper-
bus erat / illi humiles. Erexit ille ceruicē / et
voluit ſeducere fratrē ſuū / ludens cum illo.
Magnū ibi ſacramentū. Ludebant ſimul Gen. 21. b.
hiſmael et iſaac: vidit illos ſara ludentes /
et ait abrę: Eijce ancillā et filiū eius: non
eīn heres erit filius ancillę cum filio meo
iſaac. Et cū contriſtatus eſſet abraā: confir
mauit ei a dn̄o angelus dictū vxoris eius.
Jam hic manifeſtū eſt ſacramentū: qꝛ ne-
ſcio quid futurū parturiebat illa res geſta.
Ludentes vidit et dicit: Eijce ancillā et fi-
lium eius. Quid eſt hoc fratres? Quid eīn
mali fecerat hiſmael puero iſaac / quia lu-
debat cū illo? Sed illa luſio / illuſio erat. Il
la luſio deceptionē ſignificabat: Nam ma
gnū ſacramentū / attendat charitas veſtra.
Perſecutionē illā vocat apoſtolus ipſam
luſionē: ipſum luſum perſecutionē vocat.
Ait eīn: Sed ſicut tūc ille qui ſm carnē na- Gal. 4. d.
tus erat / perſequebatr eū qui ſm ſpiritū: ita
et nūc / id eſt / qui ſm carnē nati ſunt / perſe-
quūtur eos qui ſm ſpiritū nati ſunt. Qui
ſūt ſm carnē nati? Dilectores mūdi / ama-
tores ſęculi. Qui ſūt ſm ſpiritū nati? Ama-
tores regni cęlorū: dilectores chriſti / deſi-
derantes vitā ęternā: gratis colentes de-
um. Ludunt / et dicit apoſtolus perſecutio-
nē. Nam poſteaque dixit hęc verba apoſto-
lus: Et ſicut tūc ille qui ſm carnē natꝰ erat
perſequebatr eū qui ſm ſpiritū / ita et nūc:
ſecutus ē et oſtendit de qua ꝑſecutione di-
ceret. Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancil Gen. 21. b.
lam et filiū eius: nō eīn heres erit filius an
cillę cū filio meo iſaac. Quęramꝰ vbi hoc
dicat ſcriptura: vt videamus vtrū aliqua
perſecutio ꝓceſſerit hiſmaelis in iſaac: et in-
uenimus hoc dictū eſſe a ſara / quando vi-
dit pueros ludentes ſimul. Quā luſionem
dicit ſcriptura vidiſſe ſarā: hanc perſecuti-
onem dicit apoſtolus. Plus ergo vos ꝑſe-
quūtur qui vos illudendo ſeducūt: Ueni

veni/baptiçare hic: hic habes verū baptiſ/
mū: Noli ludere: vn⁹ eſt ver⁹. Jlle luſus ē:
ſeduceris: et iſta pſecutio grauis tibi erit.
Melius tibi erat ſi hiſmaelē tu lucrareris
ad regnū: Sed nō vult hiſmael: qꝛ ludere
vult. Tene tu hereditatē patriſ ꝛ audi: Eij/
ce ancillā et filiū eius: non eñ heres erit fi/
lius ancillę cū filio meo iſaac. Jſti etiā au/
dent dicere/ quia pſecutionē ſolent pati a
catholicis regibus/ aut a catholicis princi
pibus: qua in pſecutione tolerāt afflictio/
nē corporis. Si tamē aliquādo paſſi ſunt/
aut quomodo paſſi ſunt/ipſi ſciāt: aut con/
ueniāt cōſciētias ſuas/ ſi tñ afflictionē cor/
poris paſſi ſunt: aut quō paſſi ſūt pſecuti/
onē quā faciūt grauiorē: Caue qſi vult lu/
dere hiſmael cum iſaac: qſi tibi blandiť: qſi
offert alterū baptiſmū: reſponde/habeo iā
baptiſmū. Si eñ verus eſt iſte baptiſm⁹:
quiſqs vult alterū dare/illudere vult. Ca/
ue animę perſecutorē: Nā ſi a principibus
catholicis aliqua paſſa eſt pars donati ali
quādo: ſm corpus paſſa eſt/ nō ſm illuſio/
Nt.† ſtertiis nem ſpiritus. Audite ꝛ videte in ipſis†ve/
teribus factis/ oīa futurarū rerū ſigna ꝛ
indicia. Jnueniť ſara afflixiſſe agar ancil/
lam. Sara libera eſt. Poſteaq̄ ſupbire cę
pit ancilla: queſta ē abrae ſara ꝛ dixit: Eij/
ce ancillā: erexit aduerſum me ceruicē ſu/
am. Et quaſi ab abraā fieret/ ō abraā que/
ſta eſt mulier. Abraā vero q̄ non in ancilla
libidine abutendi tenebať/ ſed officio ge/
nerandi: qm̄ ſara ei dederat vnde prolem
Geñ.16.b. ſuſciperet/ait ei: Ecce ancilla tua: vtere ea
ſicut vis. Et afflixit eā grauiter ſara: et fu/
git a facie eius. Ecce libera afflixit ancillā:
et non illā vocat pſecutionē apoſtol⁹. Lu/
dit ſeruus cū dño: et pſecutionē vocat. Af/
flictio iſta non vocať pſecutio: et luſio illa
vocať pſecutio? Quid vobis videtur fra/
tres? nōne intelligitis quid ſignificatū ſit?
23.q.4.c.qñ. Sic ergo quādo vult deus cōcitare pote/
ſtates aduerſus hereticos/ aduerſus ſchiſ/
maticos/ aduerſus diſſipatores eccłię/ ad/
uerſus exufflatores chriſti/ aduerſus blaſ/
phematores baptiſmi: nō mireť/ qꝛ de⁹ cō/
citat vt a ſara verbereť agar: Cognoſcat ſe
agar: ſupponat ceruicē: qꝛ cū humiliata diſ
cederet a dña ſua: occurrit ei angelus ꝛ di/
xit: Quid eſt agar ancilla ſarę? Cum con/
queſta eſſet de dña: q̄d audiuit ab angelo?
Reuertere ad dominā tuā. Ad h̄ ģ affligiť
vt reuertať: atq₃ vtinā reuertať: qꝛ proles
ei⁹ ſicut†filij iacob/cū fratrib⁹ hereditatē te Nt.†proles
nebit. Mirātur aūt/qꝛ cōmoueně poteſta/
tes chriſtianę aduerſus deteſtādos diſſipa
tores eccłię. Si nō ergo mouereně/ et quo/
mō redderent rationē de imperio ſuo deo?
Jntendat charitas veſtra quid dicā: quia
pertinet hoc ad reges ſeculi chriſtianoſ: vt
tēporib⁹ ſuis pacatā velint matrē ſuā eccle
ſiā habere: vñ ſpiritaliter nati ſūt. Legim⁹
danielis viſiones et geſta pphetica. Tres Dañ.3.c.
pueri in igne laudauerunt dñm: mirat⁹ eſt
nabuchodonoſor rex laudantes deū pue/
ros/et circa eos ignē nō nocentē. Et cū ad/
miratus eſſet: q̄d ait nabuchodonoſor rex:
non vel iudęus vel circūciſus ille qui ſtatu/
am ſuā erexerat: et ad eam adorandā om/
nes coegerat: tamē laudibus triū puerorū
cōmotus: vbi vidit maieſtatē dei pſentis i
igne/quid ait? Et ego ppono decretū om/
nibus tribubus et linguis in omni terra.
Quale decretū? Quicunq₃ dixerint blaſ/ Dañ.3.g.
phemiā†in deū ſydrac/ miſac ꝛ abdenago: Nt.†contra
in interitu erunt: et domus eorū in perdi/
tionē. Ecce quomō ſęuit rex alienigena/ne
blaſphemeť deus iſrael: q̄ potuit tres pu/
eros de igne liberare: ꝛ nolūt vt ſęuiāt re/
ges chriſtiani quia chriſtus exufflať: a quo
non tres pueri/ſed orbis terrarū cum ipſis
regibus a gehennarū igne liberaně: Nam
tres illi pueri/fratres mei liberati ſunt ab
igne tēporali: nunq̄d non ipſe dñs macha/
beorꝫ/qui ꝛ triū puerorū? Jllos ab igne li/ 2.Machab.7
berauit: illi in tormētis igneis corpe defe/
cerūt: ſed in legitimis mādatis animo per/
manſerūt: Jlli apte liberati ſunt/illi occul/
te coronati ſunt. Plus ē liberari de flāma
gehennarꝫ/q̄ de fornace poteſtatis huma/
nę. Si ģ nabuchodonoſor rex laudauit ꝛ p/
dicauit et gloriā dedit deo: qꝛ liberauit de
igne tres pueros: ꝛ tātā gloriā dedit/vt de/
cretū mitteret p regnū ſuū: q̄cūq₃ dixerint
blaſphemiā in deū ſydrac miſac ꝛ abdena/
go/in interitu erunt: ꝛ dom⁹ eorꝫ in pditio/
nē: quomō iſti reges non moueaně/qui nō
tres pueros attendūt liberatos de flāma/
ſed ſeipſos liberatos de gehēna: qñ vident
chriſtū a quo liberati ſunt exufflari in chri/
ſtianis: quādo audiunt dici chriſtiano: dic
te nō eſſe chriſtianū? Talia facere volunt: ꝛ
ſaltē talia pati nolunt. Nā videte q̄lia faci/
unt: ꝛ qualia patiuntur. Occidunt animas

affligunt in corpore. Sempiternas mortes faciunt: ꝛ tēporales ſe ꝑpeti conquerūtur. Et tamē que patiunt, ꝓferunt nobis neſcio quos in ꝑſecutione ſuos martyres. Ecce marculus de petra ꝓcipitatus eſt: et ecce donatus bagaienſis in puteū miſſus eſt. Quādo poteſtates romanę talia ſupplicia decreuerūt, vt precipitarent homines? Quid aūt reſpondēt noſtri? Quid ſit geſtū neſcio: Tamē quid tradūt noſtri: qꝛ ipſi ſe ꝓcipitauerūt, et poteſtates infamauerunt. Recordemur cōſuetudines poteſtatū romanoꝝ: ꝛ videamus cui credendū ſit. Dicūt noſtri illos ſe ꝓcipitaſſe: Si non ſunt ipſi diſcipuli ipſoꝝ qui ſe modo de ſaxis nullo ꝑſequente ꝓcipitant, non credimus. Quid mirū ſi fecerūt illi quod ſolēt? Nā poteſtates romanę nunꝙ talibꝰ ſupplicijs vſę ſunt: non eñ nō potuerunt occidere aperte: ſed illi qui ſe mortuos coli voluerunt, famoſiorē mortē non inuenerunt. Poſtremo quicq̄d illud eſt, nō noui. Et ſi paſſa es o pars donati corporalē afflictionē ab eccl'ia catholica, a ſara paſſa es agar: redi ad dominā tuā. Locus quidē neceſſarius aliquāto diutius nos tenuit: vt textū totum euangelicę lectionis exponere minime valeremus: ſufficiat interim charitati veſtrę fratres: ne hęc quę dicta ſūt, dicēdo alia, excludant de cordibꝰ veſtris. Hęc tenete: talia diſcite: flāmantes illuc ꝓcedite: frigidos accendite.

Augꝰ non exponit quedā in rubrica huius tractatus notata. videlicet: niſi q̄s renatꝰ fuerit ꝛc. ſed in tracta. ſequenti

Ab eo quod ſcriptū eſt: Quod natū eſt de carne caro eſt: ꝛ quod natum ē de ſpiritu, ſpiritus ē: vſꝙ ad id quod ait: Qui autē facit veritatem, venit ad lucē: vt manifeſtentur eius opera quia in deo ſunt facta: Tractatus .XII.

A

Ex eo quod heſterno die intentā fecimꝰ charitatem veſtrā: intelligimus vos alacrius et numeroſius conueniſſe: Sed interim lectioni euāgelicę ex ordine ſermonē debitū reddamꝰ ſi placet. Deinde audiet charitas veſtra de pace eccleſię, vel quid ęgerimus, vel quid adhuc agendū ſperemus. Nūc autē tota intentio cordis ad euangelium ferat: nemo eñ aliunde cogitet. Si eñ qui totus adeſt vix capit: q̄ ſe ꝑ cogitationes diuerſas diuidit: nonne et quod cęperat fundit? Meminit autē charitas veſtra dñico pręterito q̄ntū dñs adiuuare dignatus ē: diſſeruiſſe nos de ſpiritali regeneratione: quā lectionē vobis iterū legi fecimus: vt quę tūc nō dicta ſunt: in chriſti nomine adiuuātibus orationibus veſtris impleamꝰ. Regeneratio ſpiritalis vna ē: ſicut generatio carnalis vna eſt. Et quod nicodemꝰ dño ait verū dixit: quia non poteſt homo cū ſit ſenex redire rurſum in vterū matris ſuę et naſci. Ille quidē dixit: qꝛ homo cū ſit ſenex hoc nō poteſt, q̄ſi et ſi infans eſſet, poſſet. Omnino eñ nō poteſt, ſiue recens ab vtero, ſiue annoſa iam ętate redire rurſum in materna viſcera et naſci. Sed ſicut ad natiuitatem carnalē valent muliebria viſcera ad ſemel pariendū: ſic ad natiuitatē ſpiritalē valent viſcera eccleſię, vt ſemel quiſꝙ baptizet. Propterea ne quis forte dicat: ſed iſte in hęreſi natus ē: et iſte in ſchiſmate natus: amputata ſunt omnia ſi meminiſtis: quę vobis diſputata ſūt de tribꝰ patribus noſtris, quoꝝ deus dici voluit: nō quia ſoli erāt: ſed qꝛ in his ſolis impleta ē integritas ſignificādi populi futuri. Inuenimus eñ natū de ancilla, et exhęredatū: natum de libera hęredē. Rurſum inuenimus natum de libera exhęredatū, natū de ancilla hęredē. Natus de ancilla exhęredatus hiſmael, natus de libera hęres iſaac. Natus de libera exhęredatus eſau, nati de ancillis hęredes filij iacob. In illis itaꝙ tribus patribus, omnis futuri populi figura ꝑfecta eſt. Nec imerito deus inquit: Ego ſum deus abraā et deus iſaac et deꝰ iacob: hoc mihi nomen inquit in ęternū. Magis meminerimus, quid ꝓmiſſum ſit ipſi abraę: hoc eñ ꝓmiſſum eſt iſaac: hoc ꝓmiſſum eſt ꝛ iacob. Quid inuenimus: In ſemine tuo benedicent omnes gētes. Credidit tūc vnꝰ quod nondū videbat: vident homines et excęcant. Completū eſt in gentibꝰ quod ꝓmiſſum ē vni: et ſeparant a cōmunione gētiū: qui et quod impletū eſt videre nolunt. Sed quid illis ꝓdeſt quia videre nolunt? Vidēt velint nolint: apta ꝟitas ꝛ clauſos oculos ferit. Reſpōſum eſt nicodemo q̄ ex eis erat q̄ crediderāt in ieſū: ꝛ ipſe ieſus nō ſe credebat eis. Quibuſdā eñ non ſe credebat, cū iam in illū crediſſent. Sic habes ſcriptū: Multi crediderunt in nomine

Exod.3.b.

Gen.22.d.

Ioh.2.d.

eius/vidētes ſigna que faciebat. Ipſe au-
tem ieſus non credebat ſemetipſum illis.
Non enī opus habebat/vt quiſꝗ teſtimo-
niū ꝑhiberet de homine. Ecce iā illi crede-
bant in ieſum: et ipſe ieſus nō ſe credebat
eis. Quare? Quia nōdū erāt renati ex aq̄
et ſpirituſancto. Inde hortati ſum⁹/ꝛ hor-
tamur fratres noſtros cathecuminos: Si
enī interroges eos/ iam crediderunt in ie-
ſum: ſed qꝛ nondū carnē eius et ſanguinē
acceperūt/nōdum ſe illis credit ieſus. Quid
faciant vt ſe illis credat ieſus? Renaſcātur
ex aqua et ſpūſancto: ꝓferat eccleſia quod
parturit. Concepti ſunt/edanꝫ in lucē: ha-
bent vbera quibus nutrianꝫ: Nō timeant
ne nati ſuffocenꝫ: ab vberib⁹ maternis nō
recedāt. Null⁹ pōt homo redire in matris
viſcera ꝛ iterū renaſci. Sꝫ de ancilla neſcio
quis nat⁹ eſt: Nūquid tunc q̄ nati ſunt de
ancillis/ redierunt in vterum liberarum vt
Gen.16.a denuo naſcerentur? Semen abraam vt fa-
ceret filium de ancilla/vxor auctor fuit: na-
tus eſt ex ſemine viri/ꝛ non vtero/ ſed ſolo
placito vxoris: nunquid qꝛ de ancilla ideo
exheredatus? Si propterea exheredatus
quia de ancilla natus eſt: nulli ancillarum
filij admitterenꝫ ad hereditatē. Filij iacob
admiſſi ſunt ad hereditatē: hiſmael autem
non: quia ex ancilla natus exheredat⁹: ſed
quia ſuperb⁹ matri/ſuperbus in filiū ma-
tris: mater enī eius magis ſara q̄ agar. Il-
lius vter⁹ accōmodat⁹: illi⁹ volūtas acceſ-
ſit. Nō faceret abraā qđ ſara nollet: magis
ergo ille filius ſare. Sed qꝛ ſuperbus in fra
trē/ꝛ ſuperb⁹ ludendo: ludēdo/qꝛ deluden-
Gen.21.d. do. Quid ait ſara? Eijce ancillā et filiū ei⁹:
non enī heres erit filius ancille cū filio meo
iſaac. Nō ergo illū viſcera ancille eiecerūt
foras/ſed ceruix ſeruilis. Et ſi liber ſuperb⁹
ſit/ſeruus eſt: et quod peius ē/male domi-
ne ipſi⁹ ſupbie. Itaqꝫ fratres mei/ reſpōde-
te hoi nō poſſe rurſus naſci hoiem. Quic-
q̄d iterū fit/illuſio ē: q̄cq̄d iterū fit/luſus eſt.
Hiſmael ludit/foras mittiꝫ. Animaduertit
enī eos ſara ludentes/ ait ſcriptura: ꝛ dixit
abrae: Eijce ancillā ꝛ filiū eius. Diſplicuit
ſare luſus puerorū: aliq̄d nouum vidit pue
ros ludere. Nōne optāt hoc q̄ filios habēt/
videre ludētes filios ſuos? Vidit illa ꝛ im-
probauit. Neſcio q̄d vidit in luſu. Illuſio-
nē vidit in illo luſu: aiaduertit ſerui ſuper-
biā: diſplicuit illi: eiecit foras. Nati ergo d

ancillis/ad hereditatē admittunꝫ iacob: et
nat⁹ de libera mittiꝫ foras eſau. Nemo enī
ꝑſumat qꝛ de bonis naſciꝫ: nemo ꝑſumat
qꝛ ꝑ ſanctos baptizaꝫ. Qui ꝑ ſāctos bapti
zaꝫ: adhuc caueat ne nō ſit iacob ſed eſau.
Hoc ꝗ fratres dixerim: meli⁹ ē ab hoib⁹ ſua
querētib⁹ ꝛ mundū diligentib⁹/ qđ ſignifi-
cat nomē ancille baptizari: ꝛ ſpiritalr here-
ditatē querere chriſti: vt ſit tanꝗ filius ia-
cob de ancilla: q̄ baptizari ꝑ ſanctos et ſu-
perbire/vt ſit eſau foras mittendus: q̄uis
nat⁹ ex libera. Hec fratres tenete: Nō vos
palpam⁹: nulla ſpes veſtra ī nobis ſit: nec
vobis blādimur nec nobis: vnuſq̄ſꝗ ſuam
ſarcinā portet. Noſtrū ē dicere ne male iu-
dicemur: veſtrū eſt audire: ꝛ corde audire/
ne exigaꝫ quod damus: Immo q̄ñ exigiꝫ/
lucrū inueniaꝫ/nō detrimētū. †Dicit do- Ar.† Reſpondit ieſus
min⁹ nicodemo: ꝛ exponit ei: Amen
amen dico tibi: niſi q̄s renat⁹ fue-
rit ex aqua et ſpūſancto: non pōt
†intrare in regnū dei. Tu inq̄t carna- Ar.† introire.
lē generationē intelligis cū dicis: Nūquid
poteſt hō redire in viſcera matris ſue? Ex
aqua ꝛ ſpūſancto oportet vt naſcaꝫ ꝓpter
regnū dei. Si ꝓpter hereditatē patrꝭ hoīs
temporalem / naſcitur ex viſcerib⁹ matrꝭ car-
nalis: ꝓpter hereditatē patris dei ſempi-
ternā/naſcaꝫ ex viſceribus eccleſie. Gene-
rat ꝑ vxorē filiū pater moritur⁹ ſucceſſurū:
generat deus de eccleſia filios nō ſucceſſu-
ros/ſed ſecū manſuros. Et ſequiꝫ: Quod B
natū ē de carne / caro eſt: et quod
natū eſt de ſpū / ſpūs eſt. Spiritali-
ter ergo naſcimur: et in ſpū naſcimur ver-
bo ꝛ ſacramento: adeſt ſpūs vt naſcamur:
Spūs inuiſibiliꝫ adeſt vñ naſcaris: qꝛ ꝛ tu
inuiſibiliꝫ naſcerꝭ. Sequiꝫ enī et dicit: Nō
mireris qꝛ dixi tibi: oportet vos
naſci denuo. Spūs vbi vult ſpi-
rat: ꝛ vocē ei⁹ audis: ſꝫ neſcis vñ
veniat aut quo vadat. Nemo videt
ſpūm: ꝛ quō audim⁹ vocē ſpūs? Sonat pſal-
mus: vox ē ſpūs. Sonat euangeliū: vox ē
ſpūs: Sonat ſermo diuin⁹: vox eſt ſpirit⁹.
Vocē ei⁹ audis: et neſcis vñ veniat et quo
vadat. Sed ſi naſcaris ꝛ tu de ſpū: hoc eris
vt ille. Qui non eſt adhuc nat⁹ de ſpū: ne-
ſciat de te vñ venias et q̄ eas. Hoc enī ſe-
cut⁹ ait: Sic ē oīs q̄ natus ē ex ſpiri-
tu. Reſpondit nicodem⁹ et dixit
ei: Quō poſſunt hec fieri? Et reuera

carnaliter nõ ĩtelligebat. In illo fiebat qḋ dixerat dñs: Vocẽ ſpiritus audiebat: ⁊ neſciebat vñ venerat et quo ibat. **Reſpondit ieſus et dixit: Tu es magiſter ĩ iſrael/ et hec ignoras?** O fratres/ qḋ putamus dñm huic magiſtro iudeoꝝ quaſi inſultare voluiſſe? Nouerat dñs qḋ agebat: volebat illũ naſci ex ſpiritu. Nemo ex ſpiritu naſcit̃ niſi humilis fuerit: q꞉ ipſa humilitas facit nos naſci de ſpiritu: qm̃ ꝓpe eſt dñs obtritis corde. Ille magiſterio inflatus erat: ⁊ alicuiꝰ mometi ſibi eſſe videbat̃: quia doctor erat iudeoꝝ. Deponit ei ſupbiã/ vt poſſit naſci de ſpiritu. Inſultat tanq̃ indocto: non q꞉ ſuperior vult videri dñs: Quid magnũ/ deꝰ ad hoiem/ veritas ad mendaciũ? Maior chriſtꝰ q̃ nicodemꝰ dici debet/ dici poteſt/ cogitãdus ẽ. Si diceret̃ maior chriſtus q̃ angeli/ ridẽdũ erat: Incõparabilit̃ em̃ maior creator oĩ creatura/ ꝑ quẽ facta ẽ ois creatura. Sz exagitat ſupbiã hois: Tu es magiſter i iſrl̃ et hec ignoras? Tãq̃ diceret: Ecce nihil noſti prīceps ſupbus/ naſcere ex ſpiritu. Si em̃ natꝰ fuerꝭ ex ſpũ/ vias dei tenebis/ vt chriſti humilitatẽ ſeq̃ris. Sic em̃ altꝰ ẽ ſup oẽs ange-

Phil.2.a. los: q꞉ cũ in forma dei eſſet/ nõ rapinã arbitratꝰ eſt eſſe equalis deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiẽs: in ſimilitudinẽ hominũ factus: et habitu inuẽtus vt homo: humiliauit ſemetipſũ factus obediens vſq꜄ ad mortẽ. Et ne mortis genꝰ tibi aliqḋ placeat: mortẽ aũt crucis. Pẽdebat/ et inſultabat̃ ei. De cruce deſcendere poterat/ ſed differebat/ vt de ſepulchro reſurgeret. Pertulit ſupbos ſeruos dñs/ medicus egrotos. Si hoc ille/ quid illi quos oportet naſci ex ſpũ? Si hoc ille verꝰ magiſter in celo/ nõ hominũ tm̃ ſed ⁊ angeloꝝ? Si em̃ docti ſunt angeli/ ṽbo dei docti ſunt. Si ṽbo dei docti ſunt/ q̃rite vñ docti ſũt/ ⁊ inuenie-

Joh.1.a. tis. In principio erat verbũ: et verbũ erat apud deũ: et deꝰ erat verbũ. Tollat̃ homini ceruix/ ſed aſpera ⁊ dura: vt ſit lenis ceruix ad portandũ iugũ chriſti. De quo dici-

Matth.11.d. tur: Iugũ meũ leue eſt: ⁊ ſarcina mea leuis eſt. Et ſequit̃: **Si terrena dixi vobis ⁊ nõ creditis: quõ ſi dixero vobis celeſtia credetꝭ?** Que terrena dixit fratres? Niſi quis natus fuerit denuo: terrenũ eſt. Spiritꝰ vbi vult ſpirat: et vocẽ eius audis: et neſcis vnde veniat/ aut quo eat:

Hic auguſti. ꝯtexit qḋ ã q̃ ſunt in textu nro/ſ. Amen amẽ dico vobis: quia qḋ ſcimꝰ loquimur ⁊c̃.

terrenum eſt. Si de iſto vẽto diceret/ ſicut nonnulli intellexerunt/ cũ quereret̃ ab eis quid terrenũ dixerit dñs dũ ait: Si terrena dixi vobis et nõ creditis: quõ ſi celeſtia dixero credetis? Cu꜃ ergo quereret̃ a quibuſdã/ quid terrenũ dixerit dñs: anguſtias paſſi dixerũt: Quod ait de ſpiritu vbi vult ſpirat: et vocẽ eius audis: et neſcis vñ veniat/ aut quo eat: de iſto vento dixit. Quid em̃ nominauit terrenũ? Loquebat̃ de generatione ſpiritali: ſecutus ait: Sic ẽ oĩs qui natꝰ ẽ ex ſpiritu. Deinde fratres: quis noſtrũ non videat: verbi gratia: auſtrum euntẽ a meridie ad aquilonẽ: aut aliũ ventũ venientẽ ab oriente ad occidentem? Quomodo ergo neſcimus vnde veniat et quo eat? Quid ergo dixit terrenu꜃ quod nõ credebãt homines? An illud qḋ de templo ſuſcitãdo dixerat? Corpus em̃ ſuũ de terra acceperat: et ipſã terrã de terreno corpore ſuſceptã parabat ſuſcitare. Nõ ei creditũ eſt terrã ſuſcitaturo. Si terreſtria inq̃t dixi vobis et nõ creditis: quomodo ſi celeſtia dixero credetis? Hoc eſt/ ſi non creditis quia templũ poſſũ reſuſcitare deiectũ a vobis: quomodo credetis q꞉ per ſpiritũ poſſint homines regenerari? Et ſe-

quit̃: **Et nemo aſcendit in celum niſi qui deſcendit de celo/ filius hominis qui eſt in celo.** Ecce hic erat/ et in celo erat. Hic erat carne/ et ĩ celo erat diuinitate: immo vbiq꜄ diuinitate. Natꝰ de matre/ nõ recedẽs a patre. Due natiuitates chriſti intelligũtur: vna diuina/ altera humana: vna ꝑ quã efficeremur: altera per quã reficeremur. Ambe mirabiles: illa ſine matre/ iſta ſine patre. Sed quia de adã corpus acceperat/ quia maria de adã: ipſum quoq꜄ corpꝰ ſuſcitaturꝰ erat. Terrenu꜃ qḋdã dixerat: Soluite templũ hoc: ⁊ in tribꝰ diebus ſuſcitabo illud. Celeſte autẽ quiddam dixit: Niſi quis renatꝰ fuerit ex aqua et ſpiritu: nõ videbit regnũ dei. Eia itaq꜄ fratres: deꝰ voluit eſſe filiꝰ hois: homines voluit eſſe filios dei. Ipſe deſcendit propter nos: nos aſcẽdamus ꝓpter ipſũ. Solus em̃ deſcẽdit/ et aſcẽdit qui hoc ait: Nemo aſcendit in celũ niſi qui deſcẽdit de celo. Non ergo aſcẽſuri ſũt in celũ quos facit filios dei? Aſcẽſuri ſunt plane. Hec nobis ꝓmiſſio eſt. Erũt eq̃les angelis dei. Quo- Matth.22.c.
modo ergo nemo aſcẽdit niſi q̇ deſcendit?

Quia vnus deſcendit/et vnꝰ aſcendit. De
ceteris quid intelligendū / niſi qꝛ membra
eius erunt vt vnus aſcendit? Propterea
ſequit̃: Nemo aſcēdit in celū niſi qui de ce-
lo deſcendit/filius hominis qui eſt in celo.
Miraris quia hic erat et in celo? Tales fe-
cit diſcipulos ſuos. Paulū audi apoſtolū
Phil.3.d. dicentē: Noſtra eñ conuerſatio in celis ē.
Si homo paulus apoſtolꝰ ambulabat car-
ne in terra/et conuerſabat̃ in celo: deus ce-
li et terre nō poterat eſſe et in celo ⁊ in ter-
ra? Si ergo nemo niſi ille deſcendit ⁊ aſcen
dit: q̃ ſpes eſt ceteris? Ea ſpes ē ceteris: qꝛ
ille ꝓpterea deſcēdit ⁊ aſcendit/ vt in illo et
cū illo vnū eſſent / q̄ ꝑ illū aſcenſuri eſſent.
Gal.3.c. Nō dicit: et ſeminibꝰ: ait aplus: q̄ſi in mul
tis: ſed tanq̄ in vno: et ſemini tuo q̄ ē chri-
ſtus. Et fidelibus ait: Uos aūt chriſti. Si
autē chriſti: ergo ſemē abrae eſtis. Nō di-
xit vnū: hoc dixit omnes nos eſſe. Ideo in
pſalmis aliquādo plures cantāt/ vt oſten-
datur quia de pluribus fit vnus: aliquādo
vnus cantat: vt oſtēdatur quid fiat de plu
Joh.5.a. ribus. Propterea vnus ſanabat̃ in illa pi-
ſcina: et quiſquis alius deſcēdebat/ non ſa
nabatur. Ergo iſte vnus cōmendat vnita-
tem eccleſie. Ue illis q̄ oderūt vnitatē ec-
cleſie/et partes ſibi faciūt in hominibꝰ: au
diāt illū q̄ volebat eos facere vnū in vno.
Ad vnum audiant illū dicentem: Nolite
1.Cor.3.b. vos facere multos: Ego plantaui: apollo
rigauit: ſed deꝰ incremētū dedit. Sed neq̧
qui plātat eſt aliquid neq̧ qui rigat: ſed q̄
1.Cor.1.b. incremētū dat deꝰ. Illi dicebāt: Ego ſum
pauli/ego apollo/ego cephe. Et ille: Diui-
ſus eſt chriſtus? In vno eſtote: vnum eſto-
te: vnus eſtote. Nemo aſcendit in celū niſi
qui de celo deſcēdit. Ecce volumꝰ eſſe tui/
dicebāt paulo. Et ille: Nolo ſitꝭ pauli: ſed
eiꝰ eſtote cuiꝰ eſt vobiſcū paulus. Deſcēdit
eñ et mortuus eſt: et ipſa morte liberauit
nos a morte. Morte occiſus/ mortē occi-
dit. Et noſtis fratres/ quia mors iſta ꝑ di-
aboli inuidiā intrauit in mundū. Deꝰ mor
Sap.1.d. tem nō fecit/ ſcriptura loquit̃: nec letat̃ in
ꝑditiōe viuoꝝ. Creauit eñ vt eſſent oīa.
Sap.2.d. Sed q̄d ibi ait? Inuidia aūt diaboli mors
intrauit in orbem terrarū. Ad mortē a di-
abolo ꝓpinatā/ non veniret homo vi ad-
actus: Non eñ cogēdi potentiā diabolus
habebat/ſed perſuadendi verſutiā. Si nō
conſentires/nihil inuexerat diabolus: con-
ſenſio tua o hō te ꝑduxit ad mortē. A mor-
tali mortales nati: et ex immortalibꝰ mor-
tales facti. Ab adā oēs homines morta-
les: Jeſus aūt filius dei/verbū dei: ꝑ quod
facta ſunt oīa: vnicus equalis patri mor
talis factus eſt: quia verbū caro factū ē: et
habitauit in nobis. Si ergo mortē ſuſce-
pit/et mortē ſuſpēdit in cruce: de ipſa mor-
te liberātur mortales. Quod in figura fa-
ctū eſt apud antiquos: cōmemorauit illud D
dn̄s: Et ſicut inquit moyſes exal-
tauit ſerpentē in † eremo: ita exal- Al. † deſerto
tari oportet filiū hominis: vt om
nis qui credit i † eū nō pereat/ ſed Al. ipſo
habeat vitā eternā. Magnū ſacramē
tum: et qui legerunt/nouerūt. Deinde au-
diāt vel qui non legerūt/vel qui forte lectū
vel auditum obliti ſunt. Proſternebat̃ in Numeri.21.b
eremo populus iſrael morſibꝰ ſerpentū; fi-
ebat magna ſtrages multaꝝ mortiū: pla-
ga eñ dei erat corripiētis ⁊ flagellantis vt
erudiret. Demonſtratū ē ibi magnū ſacra-
mentū rei future. Ipſe dn̄s teſtat̃ in hac le
ctiōe: vt nemo poſſit aliud interꝑtari q̄ qđ
ipſa veritas de ſe indicat. Dictū eſt eñ ad
moyſen a dn̄o/ vt faceret eneū ſerpentē: et
exaltaret in ligno in eremo: et admoneret
populū iſrl̄: vt ſi q̄s morſus eſſet a ſerpēte:
illū ſerpentē in ligno exaltatū attēderet: et
factū eſt. Mordebant̃ hoīes: intuebantur
et ſanabant̃. Quid ſunt ſerpentes mordē-
tes? Peccata de mortalitate carnis. Quis
eſt ſerpens exaltatus? Mors dn̄i in cruce.
Quia eñ a ſerpente mors: ꝑ ſerpentis effi
giē figurata eſt mors. Morſus ſerpentū le-
talis/mors dn̄i vitalis. Attendit̃ ſerpens/
vt nihil valeat ſerpēs. Quid ē hoc? Atten-
ditur mors/vt nihil valeat mors. Sed cuiꝰ
mors? Mors vite/ſi dici poteſt mors vite:
imo qꝛ dici pōt/mirabilr̄ dr̄. Sꝫ nunq̄d nō
erit dicēdū qđ fuit faciēdū? Ego dubitē di-
cere qđ dn̄s ꝓ me dignatꝰ ē facere? Nōne
vita chriſtꝰ? Et tñ i cruce chriſtꝰ: Nōne vita
chriſtꝰ? Et tñ mortuꝰ ē chriſtꝰ: Sꝫ in morte
chriſti mors mortua ē: qꝛ vita mortua occi
dit mortē: plenitudo vite deglutiuit mortē:
Abſorpta ē mors i chriſti corpe. Sic et nos
dicemꝰ i reſurrectiōe/q̄ſi iā triūphātes can-
tabimꝰ: Ubi ē mors ꝯtētio tua? vbi ē mors 1.Cor.15.g.
aculeus tuꝰ? Interim mō frēs vt a pctō ſa-
nemur: chriſtū crucifixū ītueamur: qꝛ ſicut
moyſes inquit exaltauit ſerpētē in eremo:

ita exaltari oportet filiū hominis: vt oēs
qui credit in eū nō pereat / ſed habeat vitā
eternā. Quomodo qui intuebant̄ illū ſer/
pentē / non peribant morſibus ſerpentū:
ſic qui intuētur fide mortē chriſti / ſanātur
a morſibus peccatoꝝ. Sed illi ſanabātur a
morte ad vitā temporalē: hic aūt ait: vt ha
beāt vitā eternā. Hoc em̄ intereſt int̄ figu/
ratam imaginē et rē ipſā: Figura p̄ſtabat
vitā temporalē: res ipſa cuius illa figura
erat / pręſtat vitā eternā. Non em̄ mi/
Ar. hy. in mundum ſit deus filiū ſuū in mundū vt iudicet mun/
dū: ſed vt ſaluet̄ mundus p ipſū.
Ergo quantū in medico eſt / ſanare venit
egrotū. Ipſe ſe interimit / qui p̄cepta medi/
ci obſeruare non vult. Venit ſaluator ad
mūdū. Quare ſaluator dict⁹ ē mūdi / niſi vt
ſaluet mūdū: nō vt iudicet mūdū? Saluari
nō vis ab ipſo / ex teipſo iudicaberis. Et qd
dicā / iudicaberis? Vide qd ait: Qui cre/
dit in eū / nō iudicat̄: Qui autē nō
credit: qd dicturū ſperabas / niſi iudicat̄?
Qd addit: Iam inqt iudicatus eſt:
Nondū apparuit iudiciū: ſed iam factū eſt
2. timoth. 2. c iudiciū. Nouit em̄ dn̄s qui ſunt eius: no/
uit qui permaneāt ad coronā / qui p̄mane/
ant ad flammā. Nouit in area ſua triticū:
nouit et paleā: nouit et ſegetem: nouit et
zizania: iam iudicatus eſt qui non credit.
Quare iudicat⁹ ē? Quia nō credidit
in noīe vnigeniti filij dei. Hoc ē
autem iudiciū: quia lux venit in
mundū: ⁊ dilexerūt homines ma
gis tenebras q̄ lucem: Erant em̄
mala opa eoꝝ. Frēs mei: quorū opera
bona inuenit dn̄s? Nulloꝝ: Oīa em̄ opera
mala inuenit. Quomō ergo quidā fecerūt
veritatē / ⁊ venerunt ad lucē? Et hoc em̄ ſe/
quitur: Qui autē facit veritatē ve/
nit ad lucē: vt manifeſtent̄ opera
eius quia in deo ſunt facta. Quō
quidā opus bonū fecerūt / vt venirent ad
lucem: id eſt ad chriſtum? Et quō quidā di/
lexerūt tenebras? Si em̄ oēs peccatores
inuenit / et omnes a peccato ſanat: et ſer/
pens ille in q̄ figurata eſt mors dn̄i eos ſa/
nat qui morſi fuerāt: ⁊ p̄pter morſū ſerpen
tis erectus ē ſerpens: id ē / mors dn̄i / p̄pter
mortales homīes / quos inuenit iniuſtos:
quomodo intelligit̄: hoc eſt iudiciū / quia
lux venit in mundū: et dilexerūt homines
magis tenebras q̄ lucē: erāt em̄ mala ope/
ra eoꝝ? Quid eſt hoc? Quoꝝ em̄ erant bo
na opera? Nōne veniſti vt iuſtifices impi/
os? Sed dilexerūt inquit tenebras magis
q̄ lucē: Ibi poſuit vim. Multi em̄ dilexe/
runt pctā ſua: et multi cōfeſſi ſunt peccata
ſua: Quia qui confitet̄ peccata ſua / ⁊ accu/
ſat peccata ſua: iā cū deo facit. Accuſat de/
us peccata tua: et ſi tu accuſes / coniūgeris
deo. Quaſi duę res ſūt / homo et peccator.
Qd audis hō / deus fecit: qd audis pecca/
tor / ipſe homo fecit: Dele qd feciſti / vt de⁹
ſaluet qd fecit. Oportet vt oderis ī te op⁹
tuū: et ames in te opus dei. Cū autē cępe/
rit tibi diſplicere qd feciſti: inde incipiunt
bona opera tua: q: accuſas mala opa tua.
Initiū operū bonoꝝ / confeſſio eſt operum
maloꝝ. Facis veritatē / et venis ad lucem:
Quid ē facis veritatē? Non te palpas: nō
tibi blādiris: nō tibi adularis: nō dicis / iu/
ſtus ſū / cū ſis iniquus: et incipis facere ve/
ritatē. Venis autē ad lucē vt manifeſtētur
opera tua: quia in deo ſunt facta: q: ⁊ hoc
ipſū qd tibi diſplicuit peccatū tuū: non ti/
bi diſpliceret / niſi de⁹ tibi luceret: et ei⁹ ve/
ritas tibi oſtēderet. Sed qui etiā admoni/
tus diligit peccata ſua: odit admonentē lu
cem et fugit eā: vt nō appareāt opera eius
mala quę diligit. Qui autē facit veritatē:
accuſat in ſe mala ſua: nō ſibi parcit: nō ſi/
bi ignoſcit vt deus ignoſcat: q: qd vult vt
deus ignoſcat: ipſe agnoſcit et venit ad lu
cē: Cui gratias agit / q̄ ille quid in ſe odiſ/
ſet / oſtēderit. Dicit deo: Auerte faciē tuā a Ps. 50.
peccatis meis. Et qua fronte dicit / niſi ite/
rū dicat: qm̄ facin⁹ meū ego cognoſco: et
peccatū meū corā me eſt ſemp? Si ante te /
quod nō vis eſſe ante deū: Si autē poſt te
feceris peccatū tuū: retorquet illud tibi de/
us ante oculos tuos: et tunc retorquet / qn̄
iam pęnitētię fructus nullus erit. Currite / Joh. 12. c.
ne tenebrę vos compr̄hendāt. Fratres mei
euigilate ad ſalutē veſtrā: euigilate dū tē/
pus eſt: nullus retardet̄ a templo dei: nul/
lus retardet̄ ab opere dn̄i: nullus auocet̄
ab oratione cōtinua: nullus a ſolita deuo/
tione fraudet̄. Euigilate cū dies eſt: lucet
dies: Chriſtus ē dies: paratus ē ignoſcere
reis / ſed agnoſcētibus: punire autē defen/
dentes ſe / ⁊ iuſtos ſe iactātes / et putantes
ſe eſſe aliqd cū nihil ſint. In dilectione au/
tē eius et in miſericordia ei⁹ qui ambulat:
etiā liberatus ab illis letalib⁹ et grādibus

peccatis:qualia ſunt facinora hominū/homicidia/furta/adulteria: p̄ter illa q̄ minuta vident̄ eſſe peccata/ linguę aut cogitationū/aut immoderationis in reb⁹ conceſſis: facit veritatē pfeſſionis:et venit ad lucē in operib⁹ bonis. Quō minuta plura peccata ſi negligant̄/occidūt? Minutę ſunt guttę q̄ flumina implēt:minuta ſūt grana arenę:ſed ſi multa arena imponat̄/ p̄mit atq; opprimit. Hoc facit ſentina neglecta/qđ facit fluct⁹ irruēs. Paulatim p ſētinā itrat:ſ diu intrando ꝛ nō exhauriēdo/ mergit nauim. Quid ē aūt exhaurire niſi bonis operibus agere: vt nō obruāt peccata/gemendo/ieiunādo/tribuēdo/ignoſcēdo? Iter autē hui⁹ ſęculi moleſtū eſt plenū tēptationibus:in rebus pſperis ne extollat̄:in rebus aduerſis ne frāgat. Qui tibi dedit fęlicitatē hui⁹ ſęculi/ad conſolationē tuā dedit/nō ad corruptionē. Rurſus q̄ te flagellat i iſto ſęculo:ad emēdationē/ nō ad damnationē facit. Ferto patrē erudientē/ne ſentias iudicē punientē. Hęc q̄tidie dicim⁹ vobis/et ſępe dicēda ſunt: q2 bona ꝛ ſalutaria ſunt.

Ab eo qđ ſcriptū eſt: Poſt hęc venit ieſus et diſcipuli eius in iudeam terrā: et illic demorabatur cū eis: vſq; ad id: Qui habet ſpōſā ſponſus ē: amicus aūt ſpōſi ē q̄ ſtat et audit eū: et gaudio gaudet ppter vocē ſpōſi: Tractat⁹.XIII.

A

Rdo lectiōis

o euāgelicę ſm iohannē/ ſicut poteſtis meminiſſe q̄ curā geritis pfectus veſtri/ ita ſequitur: vt hęc quę modo lecta ē/ hodie nobis tractāda pponat̄. Ab ipſo p̄ncipio vſq; in hodiernā lectionē/quę ſupradicta ſūt/ meminiſtis iā eē tractata. Et ſi forte inde multa eſtis obliti: certe vel officiū noſtrū manet in veſtra memoria/quę hinc audieritis de baptiſmo iohānis. Et ſi nō tenetis oīa: audiſſe vos tū credo ꝙ teneatis quę dicta ſunt/etiā quare ſpūſſanctus in colūbę ſpecie apparuerit: ꝛ quō illa nodoſiſſima queſtio ſoluta ſit: q2 neſcio quid qđ non nouerat: didicit iohannes in dn̄o p columbā: cū iam eū noſſet q̄ venīēti vt baptiȥaret̄ ait:

Math.5.d. Ego a te debeo baptiȥari/ ꝛ tu venis ad me: Cū ei dn̄s reſpōdit: Sine modo/ vt impleatur oīs iuſticia. Nūc ergo ad eundē iohānē/cogit nos ordo lectiōis reuerti. Ipſe eſt ille qui pphetatus eſt p eſaiā: Vox cla- Eſaie.40.a.
mātis in deſerto/parate viā dn̄o: rectas facite ſemitas eius. Tale teſtimoniū reddit dn̄o ſuo: ꝛ q2 ille dignat⁹ ē/amico ſuo: dominuſq; ipſius ꝛ amic⁹ ipſius phibuit teſtimoniū iohanni. Dixit eñ de iohanne: In Math.11.b.
natis mulierꝝ nemo ſurrexit maior iohāne baptiſta. Sed quia illi ſe ſ̄pōſuit/in hoc ꝙ plus erat a iohanne de⁹/ qui aūt minor eſt inquit in regno cęloꝝ/maior ē illo. Minor natiuitate/maior poteſtate: maior diuinitate/maieſtate/claritate: tanq; in principio Ioh.1.a.
erat verbū: ꝛ verbū erat apud deū: et deus erat verbū. Sic autē phibuerat in ſuperioribus lectionib⁹ iohannes dn̄o teſtimoniū: vt filiū dei quidē diceret: deū non diceret/ nec tamē negaret. Tacuerat deū: nō negauerat deū/ſed non oīno tacuit deū. Forſaſſis eñ inuenim⁹ hoc in hodierna lectione. Dixerat filiū dei: Sed dicti ſūt ꝛ hoīes filij dei. Dixerat tantę excellētię illū fuiſſe: vt nō eſſet ipſe dignus corrigiā calciamēti ei⁹ ſoluere. Iaȥ magnitudo iſta multū dat intelligi: cui⁹ nō erat dignus corrigiā calci- Ioh.1.d.
amenti ſoluere/ille q̄ nemo ſurrexerat maior ī natis mulierꝝ. Plus erat oīb⁹ hominibus ꝛ angelis: nā angelū inuenim⁹ phibuiſſe/ne homo illi ad pedes caderet. Cum Apocal.22.b
eñ quędā in apocalypſi angelus oſtēderet iohāni q̄ ſcripſit hoc euangeliū: pterrit⁹ magnitudine viſionis iohānes cecidit ad pedes angeli. Et ille: Surge/ ne feceris hoc: deū adora: nā ꝛ ego conſeru⁹ tu⁹ ſum et fratrū tuoꝝ. Cadere ergo ſibi ad pedes hominē angelus phibuit: Nōne manifeſtū ē q2 ſup omnes angelos ē: cui talis homo quo maior nemo ſurrexit in natis mulierꝝ/dicit indignū ſe eſſe ſoluere corrigiā calciamēti ei⁹? Tñ aliq̄d euidētius dicat iohannes: q2 deus ē dn̄s noſter ieſus chriſt⁹. Inueniam⁹ hoc in p̄ſenti lectione: q2 forte ꝛ de illo cantauim⁹: Regnauit dn̄s ſup omnē terrā. Cōtra qđ ſurdi ſunt/qui putant eū in aphrica ſola regnare. Nō eñ nō dictū eſt de chriſto cū dictū ē: Regnauit dn̄s ſup omnē terrā. Quis ē eñ alius rex noſter/niſi dn̄s noſter ieſus chriſt⁹? Ipſe ē rex noſter. Et quid audiſtis in ipſo pſalmo recēti verſu modo cātato? Pſallite deo noſtro pſallite: pſallite Ps.46.
regi noſtro pſallite. Quē dixit dn̄m/ipſuȥ dixit regē noſtrū: pſallite deo nr̄o pſallite:

pſallite regi noſtro/ pſallite intelligenter.
Ne in vna parte velis intelligere cui pſal-
lis: quoniã rex omĩs terre de⁹. Et quõ eſt
omĩs terre deus rex/ q̃ viſus eſt in vna par-
te terrarũ: in hieroſolyma/ in iudea ambu-
lans/ inter hoĩes natus/ ſugens/ creſcens/
manducãs/ bibẽs/ vigilans/ dormiẽs/ fati-
gatus ad puteũ ſedens: cõphenſus/ fla-
gellatus/ ſputis illitus/ ſpinis coronat⁹/ li-
gno ſuſpẽſus/ lãcea pcuſſus/ mortu⁹/ ſepul-
tus? Quõ ergo rex oĩs terre? Quod vide-
batur in loco/ caro erat: oculis carneis caro
apparebat: in carne mortali maieſtas imor-
talis occultabat. Et quib⁹ oculis maieſtas
imortalis penetrata cõpage carnis pote-
rat intueri? Eſt ali⁹ ment oculus: ẽ interi-
Tobie.4. or oculus. Nõ eñ nullos oculos habebat
& tobias/ qñ cec⁹ oculis corporeis filio da-
bat p̃cepta vite? Ille pñs manũ tenebat
vt pedib⁹ ambularet: ille filio ɔſiliũ dedit/
vt viã iuſticie teneret: Et hic oclos video:
& hic oculos itelligo. Et meliores oculi dã-
tis vite conſiliũ/ q̃ oculi tenẽtis manũ. Ta
les oculos querebat et ieſus qñ ait philip-
Joh.14.b. po: Tãto tẽpore vobiſcũ ſũ/ & nõ cognouiſ-
ſtis me? Tales oculos q̃rebat cũ ait: Phi-
lippe/ q̃ videt me/ videt et patrẽ meũ. Iſti
oculi in intelligẽtia ſunt: iſti oculi in men-
Ps.46. te ſũt. Adeo cũ dixiſſet pſalmus: Quoniã
rex oĩs terre deus: ſubiecit ſtatim/ pſalli-
te intelligẽter. Quod eñ dico/ pſallite deo
noſtro pſallite: deũ dico regẽ noſtrũ. Sed
regẽ noſtrũ inter hoĩes vidiſtis: tanq̃ ho-
minẽ vidiſtis/ paſſũ/ crucifixũ/ mortuũ. La
tebat aliqd in illa carne/ qd oculis carneis
videre non potuiſtis. Quid illic latebat?
Pſallite intelligenter. Nolite oculis q̃rere
qd mẽte cõſpicit. Pſallite lingua: qr inter
vos caro. Sed qr verbũ caro factũ eſt & ha-
bitauit in nobis: reddite ſonum carni: red-
dite deo mẽtis obtuitũ. Pſallite intelligẽ-
ter: & videtis quia verbũ caro factũ ẽ/ et ha
B bitauit in nobis. Dicat & iohãnes teſtimo-
niũ. Poſt hec venit ieſus et diſci-
puli ei⁹ in iudeaꝫ terrã: et illic de-
morabat cũ eis & baptizabat. Ba
ptizatus baptizat: nõ eo baptiſmo bapti-
zat q̃ baptizat⁹ eſt. Dat baptiſmũ dñs ba-
ptizat⁹ a ſeruo: oſtendẽs humilitatis viã/ &
pducẽs ad baptiſmũ dñi: hoc eſt/ baptiſmũ
ſuũ/ prebẽdo humilitatis exemplũ: qr ipſe
nõ reſpuit baptiſmũ ſerui. Et i baptiſma-
te ſerui via p̃parabat dño: & baptizat⁹ dñs
viã ſe fecit veniẽtib⁹. Ipſũ audiam⁹: Ego Joh.14.a.
ſũ via/ et veritas et vita. Si veritatẽ q̃ris/
viã tene: Nam ipſe eſt via que ẽ veritas.
Ipſa eſt quo is: ipſa eſt qua is: nõ p aliud
is ad illud: non p aliud venis ad chriſtum:
Per chriſtũ ad chriſtũ venis. Quomodo p
chriſtũ ad chriſtũ? Per chriſtũ hominẽ ad
chriſtũ deũ: Per verbũ caro factũ/ ad ver-
bũ quod in principio erat deus apud de-
um. Ab eo qd manducauit homo/ ad illud
quod quotidie manducant angeli. Sic eñ
ſcriptũ eſt: Panem angelorũ manducauit Ps.77.
homo: panẽ celi dedit eis. Panẽ angelorũ
mãducauit homo. Quis ẽ panis angelo-
rũ? In pncipio erat verbũ: & verbum erat
apud deũ: et deus erat verbũ. Quomodo
panẽ angeloꝝ manducauit homo? Et ver-
bũ caro factũ ẽ/ & habitauit in nobis. Sed
quia diximus mãducare angelos fratres:
ne putetis morſib⁹ fieri: Nã ſi hoc intelle-
xeritis: quaſi dilaniat deus quẽ mãducãt
angeli. Quis dilaniat iuſticiam? Sed rur-
ſum mihi aliquis dicit: Et quis ẽ qui man-
ducat iuſticiã? Unde ergo beati qui eſuri- Matth.5.a.
unt & ſitiũt iuſticiã: qm̃ ipſi ſaturabunt? Ci
bus quẽ mãducas p carnẽ vt reficiaris tu/
ille deficit: vt reparet te/ conſumit. Man-
duca iuſticiã/ et tu reficeris: et illa integra
pſeuerat: quomõ vidẽdo iſtã lucẽ corpore-
am reficiunt oculi noſtri: et res ẽ corporea
q̃ videt oculis corporeis. Multi eñ cũ fu-
erint diuti⁹ i imis tenebris: infirmat acies
ipſoꝝ/ q̃ſi ieiunio lucis fraudati oculi cibo
ſuo. Luce quippe paſcunt/ defatigant ieiu-
nio et debilitant: ita vt ipſam lucẽ qua re-
ficiunt videre nõ poſſint. Et ſi diutius ab-
fuerit/ extinguunt: et tanq̃ morit i eis ipſa
acies lucis. Quid g? Quia tot oculi q̃tidie
iſta luce paſcunt: minor non fit: et illi refi-
ciunt: ſed ipſa integra pmanet. Si hoc po-
tuit de⁹ de luce corporea corporeis oculis
exhibere: nõ exhibet mundis cordib⁹ lucẽ
illã infatigabilẽ/ integrã/ pſeuerantẽ/ nul-
la parte deficientẽ? Quã lucem? In prin-
cipio erat verbũ: et verbũ erat apud deũ.
Uideamus ſi lux eſt: Quoniã apud te eſt Ps.35.
fons vite: et in lumine tuo videbimus lu-
mẽ. In terra aliud ẽ fons/ aliud lumẽ. Si-
tiens queris fontẽ: et vt puenias ad fontẽ/
queris lucẽ. Et ſi dies nõ eſt/ accẽdis lucer-
nã/ vt ad fontẽ puenias. Fons ille/ ipſe eſt

lux. Sitientibus fons eſt/ceco lux ē. Aperiantur oculi vt videant lucē: aperiant fauces cordis vt bibant fontē. Quod bibis/ hoc vides: hoc audis: totū tibi fit deus: qꝛ totū que diligis/totū tibi eſt. Si viſibilia attendis/ nec panis eſt deus: nec aqua eſt deus: nec lux iſta eſt deus: nec veſtis ē deus: nec domus ē deus: Oīa eñ hec viſibilia ſunt: et ſingula ſunt. Quod ē panis/ nō hoc eſt aqua: ⁊ quod ē veſtis/nō hoc eſt domus: ⁊ quod ſunt iſta/non hoc ē deus: Viſibilia eñ ſunt: deus tibi totū ē. Si eſuriens/ panis tibi eſt: ſi ſitieris/aq̄ tibi eſt: ſi in tenebris es/lumē tibi ē: quia incorruptibilis manet: ſi nud⁹ es/immortalitatis ve-
1.Cor.15.f. ſtis tibi ē: cū incorruptibile hoc īduerit incorruptionē: et mortale hoc induerit imortalitatē. Oīa eñ poſſunt dici de deo: ⁊ nihil digne dicit̄ de deo: Nihil lati⁹ hac inopia. Queris congruū noīe: non inuenis: queris quomodo dicere / omnia inuenis. Quid ſimile/agnus et leo: de chriſto vtrūq̄ dictū eſt. Ecce agn⁹ dei. Quō leo? Vicit
Apocal.5.b. leo de tribu iuda. Audiam⁹ iohānē. Baptiçabat ieſus. Dixim⁹ qꝛ baptiçabat ieſus. Quō ieſus? quō dñs/ quō dei filius/ quomodo verbū: ſed verbū caro factū ē. **Erat autem et iohannes baptizans in**
Al.† ennon Al.† enom **†enon iuxta ſalim.** Locus quidā enon intelligit̄: qꝛ lacus erat: **qꝛ aque multe**
Al.† illic **erāt †ibi: Et veniebat et baptizabant. Nondū eñ miſſus† erat in**
Al.† fuerat
C **carcere iohannes.** Si meminiſtis: ecce iterū dico quod dixi. Quare baptiçabat iohannes? Quia oportebat vt dñs baptiçaret̄. Et q̄re oportebat vt dñs baptiçaret̄? Quia multi contempturi erāt baptiſmum: eo ꝙ iam maiore gratia ꝓditi viderent̄/q̄ꝫ viderent alios fideles. Verbi gratia: iam continēter viuens cathecuminus/ contemneret coniugatū: ⁊ diceret ſe meliorē eſſe q̄ꝫ ſit fidelis. Ille cathecumin⁹ poſſet dicere in corde ſuo: Quid mihi opus ē baptiſmū accipere/vt hoc habeā qḋ et iſte q̄ iaꝫ melior ſū? Ne ḡ ceruix iſta ꝓcipitaret quoſdā de meritis iuſticie ſue plurimū elatos: baptiçari voluit dñs a ſeruo/ tanq̄ꝫ alloquēs filios capitales: Quid vos extollitis? quid erigitis? qꝛ habetis ille prudētiā/ ille doctrinā/ ille caſtitatē/ ille fortitudinē patiētie? Nūquid tantū habere poteſtis q̄ntū ego qui dedi? Et tñ ego baptiçat⁹ ſum a

ſeruo/ vos dedignamini a dño. Hoc eſt vt impleat̄ oīs iuſticia. Sed dicit aliquis: Sufficiebat ergo vt baptiçaſſet dñm iohānes: quid opus erat vt alij baptiçarentur a iohanne? Et hoc diximus: qꝛ ſi ſolus dñs baptiçaret̄ a iohanne: nō deeſſet iſta cogitatio hominibus/ ꝙ meliorē habebat baptiſmū iohannes q̄ꝫ dñs: Dicerent eñ: Vſq̄ꝫ adeo magn⁹ erat baptiſm⁹ quem habebat iohānes: vt ſolus chriſtus illo fuerit digñ⁹ baptiçari. Ergo vt oſtēderet̄ melior baptiſm⁹ quē daturus erat dñs: ⁊ ille tanq̄ꝫ ſerui intelligeretur/ille tanq̄ꝫ dñi: baptiçatus eſt dñs/vt ꝓberet humilitatis exemplū. Non ſolus autē baptiçatus eſt ab eo: ne baptiſm⁹ iohānis melior baptiſmo dñi videret̄. Ad hoc aūt viam prebuit dñs noſter ieſus chriſtus/ſicut audiſtis fratres: ne quis arrogās ꝙ habeat abūdantiā alicui⁹ gratie/dedignaret̄ baptiçari baptiſmo domini. Quantūcūq̄ꝫ eñ cathecumin⁹ ꝓficiat: adhuc ſarcinā iniq̄tatis ſue portat. Nō illi dimittit̄: niſi cuꝫ venerit ad baptiſmū.
Quomō non caruit populus iſrael populo egyptiorū/niſi cū veniſſet ad mare rubrū. Exod.14.
Sic preſſuris peccatorū nemo caret/niſi cū ad fontē baptiſmi venerit. **Facta eſt†ergo queſtio ex diſcipulis iohānis cū iudeis de purificatione.** Al.† autē
Baptiçabat iohannes/baptiçabat chriſt⁹. Moti ſunt diſcipuli iohānis: cōcurrebāt ad chriſtū: veniebāt ad iohānē. Qui eñ veniebāt ad iohānē: mittebat illos ad chriſtū baptiçari: non mittebātur ad iohannē qui a chriſto baptiçabant̄. †Baptiçati ſunt diſcipuli Al.† Turbati
iohānis: et ceperunt queſtionē tractare cū iudeis: quomodo ſolet fieri: intelligas dixiſſe iudeos maiorē eſſe chriſtū: et ad eius baptiſmū debere concurri. Illi nondū intelligentes/ defendebāt baptiſmū iohannis. Ventū eſt ad ipſū iohannē vt ſolueret queſtionē. Intelligat charitas veſtra. Et hic vtilitas ipſa humilitatis agnoſcitur et oſtēditur: vtrū in ipſa queſtione cū errarēt homines: gloriari apud ſe voluit iohānes. Fortaſſe eñ dixiſſet: verū dicitis: recte ꝯtēditis: baptiſm⁹ me⁹ eſt melior: Nam vt noueritis ꝙ baptiſm⁹ meus eſt melior: ipſum chriſtū ego baptiçaui. Poterat hoc dicere iohannes baptiçato chriſto. Quantū ſe ſi vellet extēdere /habebat vbi ſe extēderet: Sed meli⁹ nouerat apō quē ſe humiliaret:

Quem ſe nouerat naſcẽdo antecedere: illi
voluit confitẽdo cedere. Salutẽ ſuã intelli
gebat in chriſto eſſe. Iã dixerat ſuperius:
Ioh.1.b. Nos omnes de plenitudine eius accepim⁹:
Et hoc confiteri deũ eſt. Quomõ eñ om/
nes homines de plenitudine ei⁹ accepim⁹/
niſi ille ſit deus? Nã etſi ille hõ ⁊ nõ deus:
de plenitudine dei accepit etiã ipſe q̃ non
deus eſt. Si aũt oẽs hoĩes de plenitudine
ei⁹ accipiũt: ille ẽ fons/ et illi bibẽtes. Qui
bibunt fontem: et ſitire poſſunt et bibere.
Fons nunq̃ ſitit: fons ſeipſo nõ eget: Fõ
te egent homines aridis viſcerib⁹: aridis
faucib⁹: currũt ad fontẽ vt reficiant: Fons
fluit vt reficiat: ita et dñs ieſus. Videam⁹
Al.† Et quid reſpõderit iohannes.† Venerunt
ad iohannẽ/ et dixerunt ei: Rab/
bi/ qui erat tecũ trãs iordanẽ/ cui
tu teſtimoniũ perhibuiſti: ecce hic
Al.† veniunt ad eum. baptizat: et omnes† currunt ad il/
lum. Hoc eſt: quid dicis? Nõ ſunt phibẽ/
di vt ad te potius veniant? Reſpondit
iohannes et dixit: Nõ poteſt ho/
mo q̃c̃q̃ accipere/ niſi ei datũ fue/
rit de celo. De quo putatis hoc dixiſſe
iohannẽ? De ſeipſo: quaſi homo accipiat
D de celo. Intendat charitas veſtra: Nõ po/
teſt homo quic̃q̃ accipere/ niſi fuerit ei da/
tũ de celo. Ipſi vos mihi teſtimoni
Al.† non ſum ego chriſtus um phibetis qd dixerim† ego nõ
ſum chriſtus: Tanq̃ dicẽs: Quid vos
fallitis vosipſos? Mihi quomõ ꝓpoſuiſtis
iſtã queſtionẽ? Quid mihi dixiſtis: Rabbi/
qui erat tecũ trans iordanẽ/ cui tu teſtimo/
niũ phibuiſti? Noſtis ergo quale teſtimo/
niũ illi perhibui? Quõ dicturus ſum non
eſſe illũ quẽ dixi eſſe? Ego qui aliquid acce
pi de celo vt aliquid eſſem: inanẽ me vul/
tis eſſe vt loquar contra veritatẽ. Nõ po/
teſt homo accipere quic̃q̃ niſi fuerit illi da/
tum de celo. Ipſi vos mihi teſtimoniũ p/
hibetis quod dixerim: ego nõ ſum chriſt⁹.
Nõ es tu chriſtus? Sed quid ſi maior illo:
Al.† Sed quia miſſus ſum ante illum quia tu illũ baptizaſti?† Miſſus ſum
ego: preco ſum/ ille iudex ẽ. Et audi teſti/
moniũ multo vehemẽtius/ multo expreſſi/
us. Videte quid nobiſcũ agat: videte qd
amare debeamus. Videte quia aliquẽ ho/
minẽ amare p chriſto/ adulteriũ eſt. Qua/
re hoc dico? Attendamus vocẽ iohannis.
Poterat in illo errari: poterat ipſe puta/
ri qui nõ erat. Reſpuit a ſe falſum honorẽ
vt teneat ſolidã veritatẽ. Videte quid di/
cat chriſtũ: quid ſe. Qui habet ſpon/
ſam ſpõſus eſt. Caſti eſtote: ſponſum
amate. Quid autẽ tu es qui nobis dicis: q̃
habet ſpõſam ſpõſus eſt? Amicus autẽ
ſponſi qui ſtat ⁊ audit eũ: gaudio
gaudet ꝓpter vocẽ ſponſi. Aderit
dñs de⁹ nr̃ p motu cordis mei: multo eñ
gemitu plenũ ẽ dicere qd doleo: Sz obſe/
cro vos p ipſũ chriſtũ: vt qd dicere non po
tuero/ vos cogitetis. Noui eñ dolorẽ meũ
exprimi ſatis digne nõ poſſe. Multos eñ
adulteros video: qui ſpõſam tanto precio
emptã/ amatã/ fedam vt pulchra fieret/ il/
lo emptore/ illo liberatore/ illo decoratore/
poſſidere volũt: ⁊ id agũt verbis ſuis vt p
ſponſo ament. De illo dictũ eſt: hic eſt qui
baptizat. Quis huc exit ⁊ dicit: ego bapti/
zo? Quis huc exit et dicit: ego qd dedero
hoc ẽ ſanctũ? Quis huc ꝑcedit q̃ dicit: bo/
nũ eſt tibi vt naſcaris ex me? Amicũ ſpõſi
audiam⁹/ nõ adulteros ſpõſi audiam⁹: ze/
lantẽ/ ſed nõ ſibi. Fratres regredimini cor/
de ad veſtras domos: carnalia loq̄r: terre/
na loquor: humanũ dico ꝓpter infirmita/ Roma.6.d.
tẽ carnis veſtre. Multi habetis coniuges:
multi habere vultis: multi ⁊ ſi nõ vultis/ ha
buiſtis: multi q̃ oĩno ꝯiuges habere non
vultis. De ꝯiugib⁹ patrũ veſtrorũ nati eſtis.
Nullũ cor ẽ qd nõ iſte tãgat affect⁹: nullus
in rebus humanis tã† deuius a genere hu/ Al.† auius
mano ẽ/ qui qd dico nõ ſentiat. Ponite ali/
quẽ peregre ꝑfectũ/ cõmendaſſe amico ſuo
ſponſam ſuã. Vide queſo te/ charus meus
es: ne forte me abſente p me aliquis amet.
Qualis ergo ille q̃ cuſtodiens ſpõſam vel
vxorẽ amici ſui: dat quidẽ operã vt nullus
ali⁹ amet: Sed ſi ſe amari p amico volue/
rit: et vti voluerit cõmendata ſibi: q̃ dete/
ſtãdus vniuerſo humano generi apparet?
Videat illã aliquãto petulãtius p feneſtrã
attendere aut iocari cũ aliq̃: phibet tanq̃
zelet. Video zelantẽ/ ſed nõ video cui: vtrũ
amico abſenti/ an ſibi p̃ſenti. Putate hoc
dñm noſtrũ ieſum chriſtũ feciſſe. Cõmẽda/ Luc.19.b.
uit amico ſuo ſpõſam ſuã: peregre ꝑfectus
eſt accipere regnũ: ſicut ipſe dicit in euãge/
lio: ⁊ tamẽ p̃ſens eſt maieſtate. Fallat ami
cus qui trãs mare ꝑfectus ẽ: et ſi fallit/ ve
illi qui fallit. Quid cũ fallere deũ conatur
intuentẽ omniũ corda/ et omniũ ſecreta ri/
mantẽ? Exiſtit aliq̃s heretic⁹ et dicit: Ego

do: ego ſanctifico: ego iuſtifico: nolo eas
ad illā ſectam. Bene quidē çelat/ ſed vide
cui. Non eas ad idola/ bene çelat: Non ad
ſortilegos/ bene çelat. Videamus cui çe/
lat. Ego quod do ſanctū eſt: quia ego do.
Ego quē baptiço baptiçatus ē: quē nō ba
ptiço nō eſt baptiçatus. Audi amicū ſpon
ſi: diſce çelare amico tuo. Audi vocē illius:
Hic eſt qui baptiçat. Quare tibi vis arro/
gare quod tuū nō eſt? Uſqꝫadeo abſens ē
qui hic reliquit ſponſā ſuā? Neſcis quia il/
le qui a mortuis reſurrexit/ ad dexterā pa/
tris ſedet. Si contempſerūt eū iudei in li/
gno pendentē: tu contemnis in cęlo ſeden
tem? Nouerit charitas veſtra/ magnū do/
lorē me pati de hacre. Sed vt dixi/ dimit/
to cętera cogitationibꝰ veſtris. Nō eñ di/
co ſi loquar tota die: ſi plangā tota die/ nō
ſufficio. Non dico ſi habeā/ ſicut dicit pro/
pheta/ fontē lachrymarū: ſed ſi cōuertar in
lachrymas ⁊ lachrymę fiā: in linguas ⁊ lin
E guę fiam/ parū eſt. Redeamus: videamus
quid dicit iſte: Qui habet ſponſā/ ſpōſus
eſt: Non eſt mea ſponſa: et nō gaudes in
nuptijs? Immo gaudeo ait. Amicus autē
ſponſi qui ſtat et audit eū: gaudio gaudet
ꝓpter vocē ſponſi. Nō inquit gaudeo ꝓ/
pter vocē meā/ ſed ꝓpter vocē ſponſi gau/
deo: ego ſum in audiēdo/ ille i dicēdo: Ego
eñ ſum illuminādus/ ille lumen. Ego ſum
in aure/ ille in verbo. Ergo amicus ſpōſi/ ꝗ
ſtat et audit eū. Quare ſtat? Quia nō ca/
dit. Quare nō cadit? Quia humilis ē. Vi/
de ſtantē in ſolido. Non ſum dignus cor/
rigiā calciamēti eius ſoluere. Bene te hu/
milias: merito nō cadis. Merito ſtas: me/
rito audis eū: et gaudio gaudes ꝓpter vo/
cē ſpōſi. Sic et apoſtolus amicus ſpōſi çe/
lat: et ipſe nō ſibi ſed ſponſo. Audi vocem
çelantis: Zelo dei vos çelo dixit: nō meo:
non mihi/ ſed çelo dei. Vide quomodo/ ꝗ
1.Cor.11.a. çelat/ cui çelat. Deſponſaui enim vos vni
viro/ virginē caſtā exhibere chriſto. Quid
ergo times? quare çelas? Timeo inquit ne
ſicut ſerpens ſeduxit euā aſtutia ſua/ ſic et
veſtri ſenſus corrūpanꝰ a caſtitate quę eſt
in chriſto ieſu. Omīs eccſia virgo appella/
Al.†modis ta ē: Diuerſa mēbra eccleſię/ diuerſis† do/
nis pollere videtis atqꝫ gaudere. Alij con/
iugati/ alię coniugatę: alij viduati vxori/
bus vltra nō quęrunt: alię viduatę mari/
tis vltra nō quęrūt: alij integritatē ab in/
eunte ętate conſeruāt: alię virginitatē ſu/
am deo deuouerunt: Diuerſa ſunt mune/
ra/ ſed omnes iſti vna virgo eſt. Ubi ē iſta
virginitas? Nō eñ in corpore. In corpo/
re paucarū fęminarū eſt. Et ſi dici virgini/
tas in viris poteſt: paucorū virorū ſancti/
tas: integritas etiā corporis eſt in eccleſia:
et honorabilius membrū eſt. Alia aūt mē/
bra nō in corpore/ ſed oīa in mēte ſeruāt
virginitatē. Quę ē virginitas mētis? In/
tegra fides/ ſolida ſpes/ ſincera charitas.
Hanc virginitatē timebat ille/ qui çelabat
ſponſam a ſerpēte corrumpi. Sicut eñ mē
brū corporis violaꝰ in quodā loco: ſic ſedu
ctio linguę violat virginitatē cordis. In
mente nō corrumpaꝰ/ qui nō vult ſine cau/
ſa tenere corporis virginitatē. Quid ergo
dicā fratres mei? Et hęretici habent virgi/
nes: et multę ſunt virgines hęreticoꝝ. Vi/
deamus ſi ſponſū amāt/ aut ꝟginitas iſta
cuſtodiaꝰ. Cui cuſtodiaꝰ? Chriſto inquit.
Videamus ſi chriſto/ et nō donato. Vide/
amus cui ſeruaꝰ iſta virginitas: Cito ꝓba/
re poteſtis. Ecce oſtēdo ſpōſū: quia ipſe ſe
oſtēdit. Perhibet illi teſtimoniū iohānes:
Hic eſt qui baptiçat. O tu virgo/ ſi ſponſo
huic ſeruas ꝟginitatē tuā: quare curris ad
eū qui dicit: ego baptiço: cū amicꝰ ſpōſi tui
dicat: hic ē qui baptiçat. Deinde ſponſus
tuus totū orbē tenet: quare tu in pte cor/
rumperis? Quis eſt ſponſus? Quoniā rex Pſ.46.
omnis terrę deus. Ipſe ſpōſus tuus totū
tenet: quia totū emit. Vide quāti emerit/
vt intelligas ꝗd emerit. Quod preciū de/
dit? Sanguinē fudit. Ubi fudit ſanguinē
ſuū? In paſſione. Nōne ſponſo ſuo cātas
aut cātare te fingis/ qñ emptus eſt totꝰ or/
bis: Foderūt manus meas et pedes me/ Pſ.21.
os: dinumerauerūt oīa oſſa mea: Ipſi ve/
ro conſiderauerūt et conſpexerūt me: diui/
ſerunt veſtimēta mea: ⁊ ſup veſtē meā mi/
ſerunt ſortē. Sponſa es: agnoſce veſtē ſpō
ſi tui. Super quā veſtē miſſa eſt ſors? In/
terroga euangeliū. Vide cui deſponſata
ſis: vide a ꝗ arras accipias: interroga euā/
geliū: Vide quid tibi dicat i paſſione dñs:
Erat ibi tunica. Videamus qualis: Deſu/ Joh.19.c.
per texta. Deſup texta quid ſignificat niſi
charitatē? Deſup texta tunica/ quid ſignifi
cat niſi vnitatē? Hanc tunicā attende/ quā
nec pſecutores chriſti diuiſerunt. Ait eñ:
Dixerunt inter ſe: Nō diuidamus eā/ ſed

ſortē ſup eā mittamus. Ecce vnde audiſtis
pſalmū: Veſtē pſecutores nō conſciderūt:
chriſtiani eccleſiā diuidunt. Sed quid dicā
fratres? Aperte videam⁹ qd egerit: Ibi eīm
emit: ibi ꝑciū dedit. Pro quāto dedit? Si
ꝓ aphrica dedit: nō ſimus donatiſte: et nō
appellemur donatiſte ſed chriſtiani: qꝛ chri
ſtus ſolam aphricā emit: quāq̄ et hic non ſo
li donatiſte. Sed nō tacuit in cōmercio ſuo
qd emerit. Fecit tabulas: deo gratias: nō
nos fefellit: Opus ē vt audiat illa ſpōſa et
intelligat ibi cui vouerit virginitatē. Ibi ī
Pſ.21. ipſo pſalmo vbi dictū ē: Foderūt man⁹ me
as ⁊ pedes meos: dinumerauerūt oīa oſſa
mea: vbi paſſio dñi apertiſſime declarat.
Qui pſalmus omī anno legitur nouiſſima
hebdomada intēto vniuerſo populo / imi
nēte paſſione chriſti: ⁊ apud nos ⁊ apud il
los pſalmus iſte legit. Intendite fratres /
quid ibi emit: Recitētur tabule cōmercia
les: quid ibi emit audite: Cōmemorabunt
⁊ ꝯuertent ad dñm / vniuerſi fines terre. Et
adorabūt in conſpectu eius / vniuerſe fami
lie gentiū: Qm̄ ipſi⁹ eſt regnū: ⁊ ipſe domi
nabitur gentiū. Ecce quid emit: Ecce qm̄
rex omīs terre de⁹ eſt ſpōſus tu⁹: quid ꝗ ad
pannos vis deduci? Talē diuitē agnoſce:
totū emit: et tu dicis / partē hic habes. O
placere ſponſo: o ſi non corrupta loquere
ris: ⁊ corrupta qđ peius ē corde / nō corpo
re: Amas hominē ꝓ chriſto / amas dicentē:
Ego baptiço. Amicū ſponſi nō audis dicē
tem: Hic eſt qui baptiçat. Nō audis dicen
tē: Qui habet ſpōſam ſpōſus eſt: Ego nō
habeo ſponſam dixit. Sed quid ſum? Ami
cus: Amicus autē ſponſi qui ſtat et audit
eū: gaudio gaudet ꝓpter vocē ſponſi. Cui
dētes ergo fratres mei / nihil ꝓdeſt iſtis ſer
uare virginitatē / habere cōtinentiā / elemo
ſynas dare. Omīa illa que laudātur in ec
cleſia / nihil illis ꝓſūt: quia conſcindūt vni
tatē: id eſt / tunicā illā charitatis. Quid fa
ciūt? Diſerti ſunt multi inter illos: magne
lingue flumina linguarū: nūquid angelice
eloquūtur? Audiāt amicū ſponſi çelantem
1.Cor.13.a. ſponſo / nō ſibi: Si linguis hominū loquar
et angelorū: charitatē autē non habeā / fa
ctus ſum velut eramentū ſonans aut cym
balū tinniēs. Sed quid dicūt? Habemus
baptiſmū. Habes: ſed non tuū. Aliud ē ha
bere / aliud dominari. Baptiſmū habes: qꝛ
accepiſti vt baptiçatus ſis. Accepiſti tanq̄

illuminatus / ſi tamē a te nō ſit obtenebra
tus: Et quādo das / miniſter das / nō poſſeſ
ſor: preco clamat nō iudex. Per preconē lo
quit iudex: et in actis tamen nō ſcribitur:
preco dixit / ſed iudex dixit. Proinde vide
ſi tuū eſt quod das poteſtate. Si autē acce
piſti: confitere cū amico ſponſi: Nō poteſt
homo accipere quicq̄ / niſi datū fuerit ei de
celo. Confitere cū amico ſpōſi: Qui habet
ſponſā ſponſus ē: Amicus autē ſponſi ſtat
et audit eū. Sed o ſi ſtares et audires eū: ⁊
non caderes vt audires ⁊c. Audiendo eīm
eū ſtares et audires: Nā loqueris / ⁊ tibi ca
put inflas. Ego inquit eccleſia: ſi ſpōſa ſū:
ſi arras accepi: ſi precio ſanguinis illius re
dempta ſum / audio vocē ſponſi. Et vocem
amici ſpōſi tūc audio / ſi ſpōſo meo det glo
riā / non ſibi. Dicat amic⁹: Qui habet ſpon
ſam ſpōſus ē: Amicus aūt ſponſi qui ſtat ⁊
audit eū: gaudio gaudet ꝓpter vocē ſpon
ſi. Ecce habes ſacramēta: ⁊ ego ꝯcedo. Ha
bes formā / ſed ſarmētū es de vite precīſū.
Tu formā oſtendis / ego radicē quero. De
forma fructus nō exit / niſi vbi ē radix. Vbi
aūt eſt radix niſi in charitate? Et audi for
mā ſacramētorꝫ. Paulus loqt: Si ſciā inqt 1.Cor.13.a.
omnia ſacramēta / et habeā omnē ꝓphetiā
et omnē fidem: Et q̄ntā fidē? Ita vt mon
tes transferam: charitatē autē non habeā /
nihil ſum. Nemo ergo vobis fabulas ven
dat: Et pōtius fecit miraculū: et donatus
orauit: et reſpōdit ei deus de celo. Primo
aut falluntur aut fallunt: Poſtremo fac illū
montes transferre: charitatē autem inquit
non habeā / nihil ſum. Videamus vtrꝫ ha
buerit charitatē. Crederem / ſi nō diuiſiſſet
vnitatē: Nā ⁊ cōtra illos / vt ſic loquar mi
rabiliarios / cautū me fecit deus me⁹ dicēs:
In nouiſſimis tēporibus exurgēt pſeudo Marc.13.c.
ꝓphete / faciētes ſigna et portēta: vt indu
cant ſi fieri poteſt etiā electos: Ecce ꝓdixi
vobis. Ergo cautos nos fecit ſpōſus: qui
et miraculis decipi nō debem⁹. Aliqñ eīm ⁊
deſertor terret ꝓuincialē: ſed vtrꝫ in caſtris
ſit / et aliquid illi ꝓſit character ille ī quo ſi
gnatus eſt: hoc attendit qui terreri ⁊ ſedu
ci nō vult. Teneamus ergo vnitatē fratres 1.q.1.c.Tene/
mei: Preter vnitatē et q̄ facit miracula ni amus.
hil ē. In vnitate eīm erat populus iſrl / ⁊ nō Exod.7.b.
faciebat miracula: Preter vnitatem erant
magi pharaonis / ⁊ faciebāt ſimilia moyſi.
Popul⁹ iſrael vt dixi nō faciebat miracula:

Qui erant ſalui apud deū/qui faciebāt/an
Act.9.g. qui nō faciebāt? Petrus apl's reſuſcitauit
Act.8.b. mortuū: ſimon mag⁹ fecit multa. Erāt ibi
multi chriſtiani qui nō poterāt facere: nec
qđ faciebat petrus: nec qđ faciebat ſimon.
Sed vnde gaudebāt? Quia noīa eoꝝ erāt
ſcripta in cęlo. Nam ⁊ redeūtibus diſcipu-
lis/dn̄s noſter ieſus chriſtus ꝓpter fidē gē-
tiū hoc ait. Dixerūt em̄ gloriātes ipſi diſci-
Luc.10.c. puli: Ecce dn̄e i nomine tuo etiā demonia
nobis ſubiecta ſunt. Bn̄ quidē cōfeſſi ſūt:
detulerūt honorē nomini chriſti: Et tamē
qđ ait eis? Nolite in hoc gloriari/q2 demo
nia vobis ſubiecta ſūt: Sed gaudete quia
noīa veſtra ſcripta ſunt in cęlo. Petrus de-
monia excluſit: neſcio q̄ anicula vidua/ne-
ſcio quis hō qualiſcūq3 laicus habēs cha-
ritatē/tenēs integritatē fidei/nō facit hoc:
Petrus in corpe oculus eſt: ille in corpe di-
gitus: in eo tamē corpore ē in quo ⁊ petr⁹.
Et ſi minus valet digitus q̄ oculus: nō eſt
tamē ꝑcuſus a corpore. Melius ē eſſe digi-
tū ⁊ eſſe in corpore: q̄ eſſe oculū ⁊ euelli de
corpe. Proinde fratres mei: nemo vos fal-
lat/ nemo vos ſeducat: amate pacē chriſti
qui ꝓ vobis crucifixus ē cū de⁹ eſſet. Pau-
1.Cor.3.b. lus dicit: Neq3 qui plātat ē aliquid neq3 q
rigat: ſed q incrementū dat de⁹. Et qſq3 no
ſtrū dicit q2 aliquid ē? Si dixerim⁹ q aliqđ
ſumus/⁊ non illi gloriā dederimus: adulte
ri ſumus: nos amari volumus nō ſponſū.
Uos chriſtū diligite: ⁊ nos in illo/in quo ⁊
vos a nobis diligimini. Inuicē ſe diligant
mēbra: ſed om̄ia ſub capite viuāt. Dolore
quidē fratres mei multa coact⁹ ſum dicere/
et pauca dixi: Lectionē tamē finire nō po-
tui: aderit dn̄s vt oportune finiat. Nolui
em̄ ampli⁹ onerare corda veſtra/q̄ volo va-
care gemitib⁹ ⁊ orationibus ꝓ his q adhuc
ſurdi ſunt ⁊ non intelligunt.

Ab eo qđ ſcptū ē: Hoc ergo gau-
diū meū ipletū ē: illū oportet cre-
ſcere/me aūt minui: vſq3 ad id qđ
ait: Qui credit in filiū/habet vitā
ęternā: qui aūt incredul⁹ eſt filio/
nō videbit vitā/ſed ira dei manet
ſuper eū: Tractatus .XIIII.

L Ectio iſta de
ſancto euangelio/ excellentiā
diuinitatis dn̄i noſtri ieſu chri
ſti/⁊ humilitatē hominis qui

meruit dici amicus ſpōſi: nos docet vt di-
ſtinguam⁹ quid interſit inter hoīem homi-
nē/⁊ hominē deū. Quia homo de⁹/dn̄s no
ſter ieſus chriſtus: deus añ omnia ſęcula/⁊
hō in noſtro ſęculo: de⁹ de patre/ hō de vir-
gine: vnus tñ atq3 idē dn̄s ⁊ ſaluator ieſus
chriſtus filius dei de⁹ ⁊ hō. Iohānes ꝟo ex-
cellētis gratię miſſus añ ipſum: illuminat⁹
ab illo qui lumē eſt. De iohāne em̄ dictū ē:
Nō erat ille lumē: ſed vt teſtimoniū ꝑhibe- Joh.1.a.
ret de lumine. Pōt qđē dici lumē: et bn̄ di-
cit ⁊ ipſe lumen/ ſed illuminatū/nō illumi-
nās. Aliud eſt em̄ lumē qđ illuminat: ⁊ ali-
ud lumē qđ illuminat: Nā ⁊ oculi noſtri lu
mina dicunt/ ⁊ tñ in tenebris patēt ⁊ nō vi-
dēt. Lumē aūt illuminās a ſeipſo lumē ē:
et ſibi lumē eſt ⁊ nō indiget alio lumine vt
lucere poſſit: ſed ipſo indigēt cętera vt lu-
ceāt. Confeſſus ē ergo iohānes ſicut audi-
ſtis: quia cū diſcipulos multos faceret ie-
ſus/et ꝑferret ad eū veluti vt inſtigaret: q̄-
ſi inuido em̄ narrauerūt: ecce ille facit plu-
res diſcipulos q̄ tu. Ipſe cōfeſſus eſt quid
eſſet: ⁊ inde meruit ad ipſum ꝑtinere: q2 nō
eſt auſus ſe dicere quod ē ille. Hoc ergo di-
xit iohānes: Nō poteſt homo accipere q̄c-
q̄/niſi datū illi fuerit de cęlo. Ergo chriſt⁹
dat/homo accipit. Ipſi vos mihi teſtimo-
niū ꝑhibetis q dixerim: ego nō ſū chriſtus:
ſed quia miſſus ſum ante illū. Qui habet
ſponſā ſpōſus eſt: Amicus autē ſponſi qui
ſtat et audit eū: gaudio gaudet ꝓpter vo-
cē ſponſi: Non ſibi gaudiū fecit de ſe. Qui
em̄ vult gaudere de ſe/triſtis erit: qui autē
de deo vult gaudere/ ſemꝑ gaudebit: quia
deus ſempiternus ē. Uis habere gaudiuꝫ
ſempiternū? Adhęre illi q ſempitern⁹ eſt.
Talē ſe dixit iohānes: ꝓpter vocem ſpōſi
gaudet amicus ſpōſi/ ait: non ꝓpter vocē
ſuā: ſed ſtat et audit eū. Si ergo cadit/non
audit eū. De illo em̄ quōdā qui cecidit/di-
ctum eſt: Et in ꝟitate nō ſtetit: de diabolo Joh.8.f.
dictū ē: Ergo ſtare debet amic⁹ ſpōſi ⁊ au-
dire. Quid ē ſtare? Permanere in gr̄a eius
quā accepit: et audit vocē ad quā gaudet.
Sic erat iohānes: nouerat vñ gaudebat: nō
ſibi arrogabat qđ ipſe nō erat. Sciebat il-
luminatū ſe/nō illuminatorē. Erat aūt lu-
mē veꝝ/ait euāgeliſta: qđ illuminat omnē
hoīem venientē i hūc mundū. Si ḡ oēm/⁊
ipſū iohānē: q2 ⁊ ipſe de hoībus. Etem̄ q̄-
uis nemo ſurrexit maior iohāne in natis Math.11.b.

mulierꝝ: vn⁹ tñ et ipſe ex his q̃ nati ſunt ex
mulieribus: nũquid cõparandus ẽ ei qui
quia voluit natus ẽ? Et ideo nouo partu/
quia nouus natus. Ambę enĩ generatiões
dñi inuſitatę ſunt/et diuina ⁊ humana. Di/
uina nõ habet matrẽ: humana non habet
patrẽ. Ergo vnus de cęteris iohãnes/ ſed
tamen maioris gratię: ita vt in natis mu/
lierũ nemo exurrexit maior illo. Tantã te/
ſtificationẽ tribuit dño noſtro ieſu chriſto:
vt illũ dicat ſponſũ/ſe amicũ ſponſi: nõ di/
gnũ tamẽ ſoluere corrigiã calciamẽti ipſi/
us. Hinc audiuit iã multa charitas veſtra:
quod ſequit̃ videam⁹: Aliquantũ enĩ ſpiſ/
ſum eſt ad intelligendũ. Sed quoniam di/
cit ipſe iohãnes: quia nõ poteſt homo ac/
cipere quicq̃/ niſi datũ illi fuerit de cęlo:
quicquid nõ intellexerimus: rogemus eũ
qui dat de cęlo/quia homines ſum⁹: et nõ
poſſumus accipere quicq̃/ niſi ille dederit
qui homo nõ eſt. Hoc ergo ſequit̃: Et dicit
iohannes: Hoc ergo gaudiũ meũ
impletũ eſt. Quod eſt gaudiũ ipſius?
Vt gaudeat ad vocẽ ſpõſi. Impletũ eſt in
me: habeo gratiã meam: plus nõ mihi aſ/
ſumo/ne ⁊ qđ accepi amittã. Quod eſt hoc
gaudiũ? Gaudio gaudet ꝓpter vocẽ ſpon/
ſi. Intelligat ergo hõ nõ ſe gaudere debe/
re de ſapientia ſua/ſed de ſapiẽtia quã ac/
cępit a deo. Nihil plus quęrat: nõ amittit
qđ inuenit. Multi enĩ ideo facti ſunt inſi/
piẽtes/q: dixerunt ſe eſſe ſapiẽtes. Arguit
Roma.i.b. illos apl's/et dicit de ipſis: Quia qđ notũ
eſt dei / ait/ manifeſtũ eſt illis: De⁹ enĩ illis
manifeſtauit. De quibus ingratis impũs/
audite q̃d dicat: Deus enĩ illis manifeſta/
uit: Inuiſibilia enĩ eius a creatura mũdi ꝑ
ea quę facta ſunt intellecta cõſpiciunt̃: ſem
piterna q̃q̃ virtus ei⁹ ac diuinitas/ vt ſint
inexcuſabiles. Quare inexcuſabiles? Quia
cognoſcẽtes deũ: nõ dixit/q: nõ cognoue/
rũt: ſed quia cognoſcẽtes deũ/nõ ſicut deũ
glorificauerũt aut gratias ęgerũt: ſed eua/
nuerũt in cogitationib⁹ ſuis: ⁊ obſcuratũ ẽ
Roma.i.c. inſipiẽs cor eoꝝ: Dicẽtes enĩ ſe eſſe ſapien
tes/ſtulti facti ſũt. Si enĩ deũ cognouerãt:
ſimul cognouerãt q: nõ eos fecerat ſapiẽ/
tes niſi deus: Nõ ergo ſibi tribuerẽt quod
a ſe nõ habebãt/ſed ei a quo accęperãt. Nõ
aũt agẽdo gratias inſipiẽtes facti ſũt: Er/
go deus qđ dederat gratis/tulit ingratis.
Noluit eſſe hoc iohãnes: grat⁹ eſſe voluit:

Confeſſus ẽ accepiſſe ſe: ⁊ gaudere ſe dixit
ꝓpter vocẽ ſponſi/et ait: Hoc ergo gaudiũ
meũ impletũ eſt. Illũ oportet creſce/ B
re/me autẽ minui. Quid ẽ hoc? Illum
oportet exaltari/me autẽ humiliari. Quõ
creſcit ieſus? quomõ creſcit deus? Perfect⁹
debatur/ne dolor citius finireẜ. Mori vo/
luit p nobis: parū dicim⁹ crucifigi digna/
tus eſt/ vſq ad mortē crucis obediens fa/
ctus. Elegit extremū et peſſimū gen⁹ mor/
tis/qui omnē fuerat ablaturus mortē. De
morte peſſima occidit omnē mortē. Peſſi/
ma eñ erat nō intelligētib⁹ iudęis:nā a do/
Gal.6.d. mino electa erat. Ipſā eñ crucē ſuā ſignū
habitur⁹ erat:ipſā crucē de diabolo ſupato
tanq trophęū in frontib⁹ fideliū poſitur⁹/
vt diceret apl's: Mihi aūt abſit gloriari ni/
ſi in cruce dñi noſtri ieſu chriſti: p quē mihi
mūd⁹ crucifixus ē/et ego mūdo. Nihil erat
tūc in carne intolerabilius:nihil eſt nūc in
fronte glorioſius. Quid ſeruat fideli ſuo:q
talem honorē dedit ſupplicio ſuo? Deniq
modo in pęnis reorum nō eſt apud roma/
nos: Ubi eñ dñi crux honorata eſt:puta/
tū eſt q et reus honoraretur ſi crucifigere/
tur. Qui ergo ideo venit/ neminē iudica/
uit et mala paſſus eſt: Pertulit iniuſtū iu/
diciū/vt ageret iuſtum: Sed in eo q pertu
lit iniuſtū/miſericordię fuit. Deniq ita hu
milis factus eſt vt pueniret ad crucē:diſtu/
lit qdē potentiā/ ſed publicauit miſericor/
diā. Uñ diſtulit potentiā? Quia de cruce
noluit deſcēdere/ q potuit de ſepulchro re/
ſurgere. Uñ publicauit miſcdiam? Quia
Luc.23.e. pendens in cruce dixit: Pater ignoſce illis:
quia neſciūt quid faciūt. Siue ergo ppter
hoc/ quia nō venerat iudicare mundū/ ſed
ſaluare mundū/dixit: Ego non quēq iudi/
co: ſiue quēadmodū cōmemoraui quoniā
dixerat: Uos ſm carnē iudicatis: addidit/
ego nō iudico quēq:vt intelligam⁹ chriſtū
nō ſm carnē iudicare/ſicut ab hominib⁹ iu/
dicatus eſt: Nā vt agſcatis iā ⁊ iudicē chri
ſtū/audite qd ſequiẜ: Et ſi iudico ego/
iudiciū meum verū eſt. Ecce habes
et iudicē/ ſed agnoſce ſaluatorē/ ne ſentias
iudicē. Quare autē dixit iudiciū ſuū verū
eſſe? Quia ſolus inquit nō ſū: ſed
ego et qui miſit me pater. Dixi vo/ D
bis fratres:q: iohānes iſte euāgeliſta ſan/
ctuo multū alte volat: Uix ē cū mente cō/
prehendere. Myſteriū autē altius volātis
opus eſt vt cōmemorē charitati veſtrę. Et Ezech.1.b.
apd ezechielē pphetā ⁊ in apocalypſi ipſi⁹ Apocal.4.c.
iohānis cui⁹ ē hoc euangeliū/ cōmemoraẜ
animal quadrupes/habēs qtuor pſonas:
hominis/ vituli/leonis/aqlę. Qui aū nos ſcri
pturaꝝ ſanctaꝝ myſteria tractauerūt/ pleri/
q in hoc aīali/vel potius in his animalib⁹
quattuor euāgeliſtas intellexerūt. Leonē
p rege poſitū: quoniā videẜ leo rex eſſe q/
dāmo beſtiarū/ ppter potentiā et terribilē
fortitudinē: Hęc pſona tributa ē mattheo:
quia in generationibus dñi regū ſeriem p/
ſecutus eſt: quemadmodū eſſet dominus
per ſtirpē regiā de ſemine dauid regis. Lu/
cas autem/quoniā cępit a ſacerdotio za/
charię ſacerdotis: faciens mentionē pa/
tris iohānis baptiſtę: vitulo deputatus ē:
quia magna victima vitulus erat in ſacri/
ficijs ſacerdotū. Marco/homo chriſt⁹ me/
rito aſſignatus eſt: quia neq de regia po/
teſtate aliquid dixit:neq de ſacerdotali cę
pit: ſed tñ ab homine chriſto exorſus eſt.
Hi omnes ppe de terrenis: id eſt/ de his
quę in terra geſſit domin⁹ noſter ieſus chri
ſtus/nō receſſerūt. De diuinitate eius per/
pauca locuti ſunt/ tanq in terra cū illo am
bulantes. Reſtat aquila: ipſe eſt iohānes/
ſublimiū pdicator/et luc' internę atq ęter/
nę fixis oculis contemplator. Dicūtur eñ
et pulli aquilarū a parētibus ſic pbari:pa/
tris ſcilicet vngue ſuſpēdi: ⁊ radijs ſolis op
poni: qui firme cōtemplatus fuerit/ filius
agnoſciẜ: Si acie palpitauerit: tanq adul/
terinus ab vngue dimittiẜ. Iā ergo videte E
q ſublimia loqui debuit/qui ē aquilę cōpa
ratus: et tamē etiā nos humi repētes: in/
firmi et vix vllius momēti inter hoies/au/
demus tractare iſta/ ⁊ iſta exponere: Et pu
tam⁹ nos aut capere poſſe cū cogitam⁹/aut
capi dū dicim⁹. Quare iſta dixi? Forte eñ
poſt hęc vba quiſq mihi iuſte dicat: Po/
ne ergo codicē/quod excedit menſurā tuā:
quid ſumis in manū tuā? quid ei cōmittis
linguā tuā? Ad hoc reſpōdeo: Multi hęre/
tici abundant: et ad hoc eos deus abūda/
re pmiſit/ne ſemp lacte nutriamur: ⁊ i bru/
ta infantia remaneamus. Quia eñ nō in/
tellexerūt quomodo cōmēdareẜ diuinitas

chriſti/ſapuerunt ſicut voluerunt. Non au
tem recte ſapiēdo / fidelib⁹ catholicis q̄ſti/
ones moleſtiſſimas intulerūt: Ceperūt ex/
agitare et fluctuare corda fideliū. Iā tunc
neceſſitas facta eſt ſpiritalibus viris/ꝙ ali/
quid ſm diuinitatē dn̄i noſtri ieſu chriſti/
non ſolū legerāt in euangelio/ ſed etiā in/
tellexerāt: vt contra arma diaboli chriſti ar
ma proferrēt: et de chriſti diuinitate aduer
ſus falſos fallaceſqꝫ doctores/quantū poſ/
ſent viribus/ aptiſſima conflictatione pu/
gnarēt: ne cū ipſi tacerēt/alij perirēt. Qui/
cunqꝫ enī ſenſerunt dominū noſtrū ieſum
chriſtū/aut diuerſe ſubſtātie eſſe q̄ꝫ pater ē:
aut tm̄ eſſe chriſtū ſolū vt ipſe ſit pater/ipe
ſit filius/ ipſe ſit ſpiritusſanctus: quicunqꝫ
etiā ſentire voluerunt hominē fuiſſe ſolū:
nō deū factū hominē: aut ita deū vt in ſua
diuinitate mutabilē: aut ita deū vt nō ꝛ ho
minē/a fide naufragauerūt: et de portu ec/
cleſie ꝓiecti ſūt: ne inquietudine ſua naues
ſecū poſitas frangerēt. Que res coegit/ vt
etiā nos minimi: ꝛ quantū ad nos pertinet
ꝓrſus indigni: quantū autē ad illius miſe/
ricordiā/in aliquo diſpenſatoꝝ eius nume
ro conſtituti/ nō vobis taceam⁹/ꝙ aut in/
telligatis/mecūqꝫ gaudeatis: aut ſi intelli/
gere nondū valetis/credendo ſecuri in por
tu maneatis. Dicā ergo/capiat qui poteſt:
credat qui nō poteſt. Tamē dicā qđ ait do/
min⁹: Vos ſm carnē iudicatis: ego non iu
dico quēqꝫ/aut mō/ aut ſm carnē: Sed etſi
ego iudico/iudiciū meū verū eſt. Quare iu
dicium meū verū eſt? Quia ſolus nō ſum
5 inquit/ſed ego ꝛ qui miſit me pater. Quid
ergo dn̄e ieſu? Si ſolus eſſes/ falſum eſſet
iudiciū tuū: et ideo verū iudicas/ quia ſo/
lus nō es/ſed tu ꝛ qui te miſit pater. Quid
reſponſurus ſum? ipſe reſpōdeat. Verū eſt
inq̄t iudiciū meū. Quare? Quia ſolus nō
ſum/ſed ego ꝛ qui miſit me pater mecū eſt.
Si tecū eſt/quomō te miſit? Et te miſit/ et
tecū eſt: ita ne et miſſus nō receſſiſti: ita ne
et ad nos veniſti/ et ibi manſiſti? Quomō
iſtud creditur? quō capitur? Ad hec duo re/
ſpondeo. Quomodo capitur / recte dicis:
quomō credit/ nō recte dicis. Immo ideo
bene credit: quia non cito capitur: nam ſi
cito caperet/nō opus erat vt crederet/quia
videretur. Ideo credis/quia nō capis: ſed
credēdo fis idoneus vt capias: Nam ſi nō
credis/nunqꝫ capies: quia minus idoneus

remanebis. Fides ergo mūdat te/vt intel/
lectus impleat te. Verū eſt inquit iudiciū
meū: quia ſolus nō ſum/ſed ego et qui mi/
ſit me pater. Ergo domine de⁹ noſter ieſu
chriſte/miſſio tua incarnatio tua ē. Sic vi/
deo/ſic intelligo: Poſtremo ſic credo: ne ar
rogātie ſit dicere/ſic intelligo. Prorſus et
hic ē dn̄s noſter ieſus chriſtus: Immo hic
erat ſm carnē: mō hic eſt ſm diuinitatem:
et cū patre erat/ et a patre non receſſerat.
Qꝫ ergo dicit miſſus veniſſe ad nos: incar
natio ipſius cōmendat: quia pater nō eſt
incarnatus: Nā ſabelliani dicti ſunt quidā
heretici/ qui vocant et patripaſſiani: qui
dicunt ipſum patrē paſſum fuiſſe: Noli tu
catholice. Si enī fueris patripaſſian⁹/ non
eris ſanus: Ergo intellige miſſionē filij no/
minatā incarnationē filij: Patrē autē in/
carnatū eſſe nō credas: ſed et a filio incar/
nato patrē receſſiſſe nō credas. Ille carnē
portabat: ille autē cū filio erat. Si in celo
pater/in terra filius: quomō pater cū filio
erat? Quia et pater ꝛ filius vbiqꝫ erāt: Nō
enī in celo ſic eſt deus vt nō ſit in terra. Au
di illū qui volebat fugere iudiciū dei: et nō
inueniebat qua: Quo ibo inq̄t a ſpū tuo: Ps.138.
et a facie tua quo fugiā? Si aſcēdero in ce/
lum tu ibi es. De terra erat queſtio: Audi
quod ſequit: Si deſcēdero ad infernū ad/
es. Si ergo et in infernū dicit ꝙ adſit: quid
rerū remanet vbi non ſit? Vox enī dei eſt
apud ꝓphetā: Celum et terrā ego impleo. Hiere.23.c.
Vbiqꝫ ergo eſt qui nullo claudit loco. No
li ab illo auerti/et tecū eſt. Si vis ad eum
peruenire/ noli piger eſſe amare. Non enī
pedibus/ſed affectib⁹ curris: vno loco ma/
nens venis/ſi credis et diligis. Ergo vbi/
qꝫ eſt. Si vbiqꝫ eſt/ quomō cū filio nō eſt?
Ita ne cū filio nō eſt: qui ſi credis et tecum
eſt? Unde ergo verū eſt iudiciū eius/ niſi
quia verus eſt filius? Hoc enī dixit: Et ſi iu
dico/verū eſt iudiciū meū: quia ſolus non
ſum/ſed ego et qui miſit me pater. Tanqꝫ
diceret: Verū eſt iudiciū meū: quia filius
dei ſum. Unde probas quia filius dei es?
Quia ſolus nō ſum: ſed ego ꝛ qui miſit me
pater. Erubeſce ſabelliane: Audis filium/ 6
audis patrē: Pater pater eſt: Filius filius
eſt. Non dixit: ego ſum pater/et egoipſe ſū
filius: ſed ſolus nō ſum inquit. Quare ſo/
lus non es? Quia mecum eſt pater. Ego
ſum/ꝛ qui me miſit pater. Audis/ ego ſum

et qui me miſit. Ne perdas perſonã/diſtin
gue perſonas:diſtingue intelligentiã/ no-
li ſeparare ꝑfidia:ne iterũ quaſi fugiens cha-
rybdim/ in ſcyllam incurras. Uorabat eñ
te gurges impietatis ſabellianoꝝ/ vt di-
ceres ipſum eſſe patrẽ qui eſt filius. Mo-
do didiciſti:ſolus nõ ſum/ſed ego ⁊ qui mi-
ſit me pater. Agnoſcis quia pater pater ẽ/
et filius filius eſt. Bene agnoſcis: ſed noli
dicere: pater maioꝛ eſt/ filiꝰ minoꝛ eſt. No-
li dicere: pater aurũ eſt/ filius argentũ eſt.
Una ſubſtãtia eſt/ vna diuinitas/ vna co-
eternitas/ ꝑfecta equalitas/ diſſimilitudo
nulla. Nã ſi tñmodo alterũ crediderís eſſe
chꝛiſtũ/nõ eũ qui pater eſt: et in aliquo ta-
men diſtantẽ ſm naturã eſſe putaueris:a
charybdi q̃dẽ euaſiſti:ſed in ſcylleis ſcopu-
lis naufragaſti. In medio nauiga: vtrũq;
periculoſũ latus euita. Pater pater eſt/fili-
us filius eſt. Iã dicis pater pater eſt/filius
filius eſt : bñ periculũ abſoꝛbẽtis gurgitis
euaſiſti. Quidvis ire in alterã partẽ/ vt di-
cas:aliud eſt pater/filius aliud? Alius ẽ re-
cte dicis/aliud nõ recte. Alius eñ filius/q2
nõ eſt ipſe qui pater:et alius pater/q2 non
eſt ipſe qui filius: non tamẽ aliud/ ſed hoc
ipſum eſt et pater et filiꝰ. Quid eſt/hoc ipſũ
eſt? Unus deus eſt. Audiſti quia non ſũ ſo-
lus/ſed ego et q̃ miſit me pater: Audi quo-
modo credas patrẽ et filiũ. Audi ipſũ filiũ:
Joh.10.f. Ego et pater vnũ ſumus. Non dixit/pater
ego ſum:aut ego ⁊ pater vnũ eſt. Sed cum
dicit:Ego et pater vnũ ſumꝰ: vtrũq; audi:
et vnũ et ſumꝰ: ⁊ a charybdi ⁊ a ſcylla libe-
raberis. In duobus iſtis verbis/qđ dixit/
vnũ/liberat te ab arrio:qđ dixit /ſumꝰ/libe
rat te a ſabellio. Si vnũ: nõ ergo diuerſũ.
Si ſumus:ergo ⁊ pater et filius. Sumꝰ eñ
nõ diceret de vno: ſed vnũ nõ diceret đ di-
uerſis: Ergo ideo verũ eſt inquit iudicium
meũ:bꝛeuiter vt audias/q2 filius dei ſum.
Sed ſic tibi perſuadeo inquit: q2 filius dei
ſum/ vt intelligas q2 mecũ eſt pater: nõ ſic
ſum filius vt ipſum deſeruerim: nõ ita hic
ſum vt cũ ipſo nõ ſim:non ita ibi ille eſt/ vt
Phil.2.a. mecũ nõ ſit. Foꝛmã ſerui accepi/ ſed foꝛmã
dei nõ amiſi. Solus ergo inquit nõ ſũ/ ſed
ego et qui miſit me pater. Dixerat de iudi
b go:đ teſtimonio vult dicere. In lege in-
quit veſtra ſcriptũ eſt:quia duoꝝ
hominũ teſtimoniũ veꝝ eſt:Ego
ſum qui teſtimoniũ perhibeo de

meipſo:⁊ teſtimoniũ perhibet de
me qui miſit me pater. Expoſuit illis
et legẽ ſi ingrati nõ eſſẽt. Magna eñ que-
ſtio ẽ fratres mei:⁊ valde mihi videt̃ in my
ſterio res eſſe conſtituta/ vbi deꝰ dixit: In Deut.19.d.
oꝛe duoꝝ vel trium teſtiũ ſtabit omne ver-
bum. Ueritas querit̃ per duos teſtes? Ita
plane:ſic ſe habet humani generis ꝯſuetu-
do. Sed tamẽ fieri poteſt vt ⁊ duo mentiã-
tur. Suſanna caſta duobꝰ falſis teſtibꝰ vr- Daniel.13.e.
gebat̃. Nũquid quia duo erant/ ideo falſi
teſtes nõ erant? De duobus dicimꝰ aut deꝰ
tribus:vniuerſus populus mentitꝰ eſt con- Matth.26.g.
tra chꝛiſtũ. Si ergo populꝰ conſtãs ex ma-
gna hominũ multitudine/falſus teſtis in-
uentus eſt: quõ accipiendũ eſt: In oꝛe du-
oꝛũ vel trium teſtiũ ſtabit omne verbũ/ni-
ſi quia hoc modo ꝑ myſteriũ trinitas cõmẽ
data eſt: in qua eſt ꝑpetua ſtabilitas veri-
tatis? Uis habere bonã cauſam? habeto
duos vel tres teſtes: patrẽ et filiũ et ſpiri-
tũſanctũ. Deniq; quãdo ſuſanna caſta fe-
mina/ fideliſq; coniũx/ duobus falſis teſti-
bus vꝛgebat̃:trinitas illi in ꝯſcientia atq; i
occulto ſuffragabat̃. Illa trinitas de occul
to vnũ teſtẽ danielẽ excitauit/ ⁊ duos con-
uicit. Ergo quia in lege veſtra ſcriptũ eſt:
duoꝛũ hominũ teſtimoniũ veꝝ eſſe:accipi-
te noſtrũ teſtimoniũ/ ne ſentiatis iudiciũ.
Ego eñ inq̃t nõ iudico quẽq̃/ ſed teſtimo-
niũ ꝑhibeo de me. Differo iudiciũ/nõ diffe
ro teſtimoniũ. Eligamꝰ nobis fratres ꝯtra
linguas hoim/ꝯtra infirmas ſuſpitiões ge
neris humani deũ iudicẽ/deũ teſtem. Non
eñ dedignat̃ teſtis eſſe qui iudex ẽ: aut ꝓ-
mouet̃ cũ ſit iudex:quoniã qui teſtis ẽ ipſe
iudex erit. Quare ipſe teſtis? Quia nõ q̃-
rit aliũ vñ cognoſcat qui ſit. Quare ipſe iu
dex? Quia ipſe habet poteſtatẽ moꝛtificã-
di ⁊ viuificãdi/damnãdi ⁊ abſoluẽdi/in ge-
hennã precipitãdi ⁊ in celos leuãdi/diabo-
lo coniũgendi et cũ angelis coꝛonãdi. Cũ
ergo ipſe habeat hanc poteſtatẽ/iudex eſt.
Quia vero vt te cognoſcat nõ querit aliũ
teſtẽ:qui tunc iudicabit te/modo videt te.
Non eſt vnde illũ fallas/cum ceperit iudi-
care:nõ eñ adhibes tibi aliquos falſos te-
ſtes/qui iudicẽ illũ poſſent circumuenire.
Qñ ceperit iudicare deus/ hoc tibi dicet:
Qñ cõtemnebas/ego videbã:⁊ quãdo nõ
credebas/ ſententiã meã non fruſtrabam:
differebam/non auferebã: noluiſti audire

quod ꝓcepi/ſenties qḋ prędixi. Si autẽ au
dias quę pręcepi/nõ mala ſenties quę prę
dixi: ſed bona percipies quę ꝓmiſi. Ne ali
quẽ ſane moueat qḋ ait: Verũ eſt iudiciũ
meũ: quia ſolus nõ ſum/ſed ego et qui mi
Joh.5.d. ſit me pater: cũ alibi dixerit: Pater non iu
dicat quẽq̃: ſed omne iudiciũ dedit filio.
Jam in eiſdẽ verbis euãgelij diſputauim⁹
et nũc admonemus: non hoc ideo dictũ/qꝛ
pater nõ erit cũ filio iudicante: ſed qm̃ bo
nis ⁊ malis in iudicio ſolus filius appare
bit in ea forma in qua paſſus ẽ/ et reſurre
xit/ et aſcendit in cęlũ. Diſcipulis quippe
tunc aſpiciẽtibus aſcendentẽ/ vox angeli
Act.1.b. ca ſonuit: Sic veniet quemadmodũ vidi
ſtis eũ euntẽ in cęlũ: id eſt/in forma homi
nis in qua iudicatus ẽ iudicabit: vt etiã il
Zach.12.c. lud ꝓpheticũ impleat: Videbũt in quem
Joh.19.g. pupugerũt. Cũ vero euntibus iuſtis in vi
Apocal.1.b. tam ęternã/videbimus eũ ſicuti eſt: nõ erit
illud iudiciũ viuorũ et mortuorũ/ ſed prę
miũ tm̃modo viuoꝝ. Item ne moueat qḋ
Deut.19.d. ait: In lege veſtra ſcriptũ eſt: quia duorũ
hominũ teſtimoniũ verũ eſt: Et ideo quiſ
q̃ exiſtimet non fuiſſe illã legem dei: quia
non dictũ eſt in lege dei: ſciat ita dictũ eſſe
in lege veſtra: tanq̃ diceret/ quę vobis eſt
Matth.6.b. data: A quo niſi a deo? Sicut dicim⁹: Pa
nem noſtrũ quotidianũ: et tamẽ dicimus:
da nobis hodie.

Ab eo quod dictũ eſt: Dicebant ergo: Ubi eſt pater tuus? vſq̃ ad id quod dictũ eſt: Et nemo appręhendit eum: quia nondũ venerat hora eius: Tractatus.XXXVII.

A **Q**Uod i ſancto
euangelio breuiter dicit: non
breuit oportet exponi: vt qḋ
auditur/intelligatur. Verba
eñ pauca dñi/ſed magna ſunt: non nume
ro ęſtimãda/ſed põdere: nec ideo contẽnen
da quia pauca/ ſed ideo quęrẽda quia ma
gna. Qui affuiſtis heſterno die audiſtis: vt
potuim⁹ diſputauim⁹ ex eo ꝙ ait dñs: Vos
ſcḋm carnẽ iudicatis: ego non iudico quẽq̃.
Sed et ſi iudico ego: iudiciũ meũ verũ eſt:
quia ſolus nõ ſum/ ſed ego et qui miſit me
pater. In lege veſtra ſcriptũ eſt: quia duo
rum hominũ teſtimoniũ veꝝ eſt. Ego ſum
qui teſtimoniũ perhibeo de me: et teſtimo
niũ perhibet q̃ me miſit pater. Ex his ver
bis heſterno vt dixi die/ redditus ẽ ſermo
auribus et mentibus veſtris. Hęc cũ dñs
dixiſſet: illi qui audierant/vos ſcḋm carnẽ iu
dicatis/manifeſtauerũt qḋ audierunt. Re
ſpõderũt eñ dño loquẽti de deo patre ſuo
et dixerũt: † Ubi eſt pater tuus? Pa Al.hic† Dixe runt ergo ei
trẽ chriſti carnaliter accęperũt: quia verba
chriſti ſcḋm carnẽ iudicauerũt. Erat aũt qui
loquebat in aperto caro/in occulto verbũ:
homo manifeſtus/deus occult⁹. Videbãt
indumentũ/et contemnebãt indutũ. Con
temnebãt/quia neſciebãt: Neſciebãt/quia
nõ videbant: Nõ videbãt / quia cęci erãt.
Cęci erãt/quia nõ credebant. Videam⁹ er
go/et ad hęc dñs quid reſpõderit. Ubi eſt
inquiũt pater tuus: audiuim⁹ eñ te dicere:
Solus nõ ſum: ſed ego ⁊ qui me miſit pa
ter. Nos ſolũ te videmus: patrẽ tuũ tecũ
nõ videmus: Quomõ te dicis ſolũ nõ eſſe/
ſed cum patre tuo eſſe? Aut oſtende nobis
tecũ eſſe patrẽ tuũ. † Et domin⁹: Nun Al.†Reſpon dit ieſus
quid me videtis/ vt patrẽ oſtendã vobis?
Hoc eñ ſequit: hoc ſuis verbis ipſe reſpõ
dit: quoꝝ verboꝝ expoſitionẽ nos aũ prę
miſimus. Videte eñ quid dixerit: **Neq̃ me ſcitis/ neq̃ patrẽ meũ: Si me ſciretis/forſitan et patrẽ meũ ſci retis.** Dicitis ergo: vbi ẽ pater tuus/qua
ſi iã me ſciatis: quaſi totũ hoc ſim qḋ vide
tis. Ergo qꝛ me nõ noſtis: idõ vobis patrẽ
meũ non oſtendo. Me quippe hominẽ pu
tatis: ideo patrẽ meũ hominẽ quęritis: qꝛ
ſcḋm carnẽ iudicatis. Quia ergo ſcḋm ꝙ vide
tis aliud ſum/et aliud ſcḋm ꝙ nõ videtis: pa
trem autẽ meũ loquor occultus occultum:
prius eſt vt me noueritis/tunc ⁊ patrẽ me
um ſcietis. Si eñ me ſciretis/ et patrẽ meũ
forſitan ſciretis. Ille qui om̃ia ſcit: qm̃ dicit B
forſitan: nõ dubitat ſ increpat. Attẽde eñ
quomõ increpatiue dicatur ipſũ forſitan:
qḋ videt eſſe verbũ dubitationis. Sꝫ du
bitationis verbũ eſt quãdo dicit ab homi
ne: ideo dubitante/ quia neſciente. Cũ ve
ro dicit a deo verbũ dubitationis: cũ de
um nihil vtiq̃ lateat: illa dubitatione ar
guit infidelitas/nõ opinat diuinitas. Ho
mines eñ de his rebus quas certas habẽt
aliqñ increpatiue dubitãt: id ẽ verbũ dubi
tationis ponũt / cũ corde nõ dubitẽt: Ve
lut ſi indigneris ſeruo tuo ⁊ dicas: Cõtem
nis me: conſidera/ forſitan dñs tuus ſum.
Hinc et apl's ad quoſdã cõtẽptores ſuos.

1.Corl.7.g. loquens ait: Puto aũt ꝙ ꝛ ego ſpiritũ dei
habeo. Qui dicit puto: dubitare videtur.
Sed ille increpabat/nõ dubitabat. Et ipſe
dñs chriſtus alio loco increpãs infidelitatẽ
Luc.18.b. futurã generis humani: Cũ venerit inquit
filius hominis/ putas inueniet fidẽ in ter-
ra? Iã quantũ exiſtimo/ intellexiſtis quo-
modo ſit poſitũ/ forſitan: ne quis verborũ
appenſoꝛ et ſyllabaꝝ examinatoꝛ veluti la-
tine loqui ſciẽs/ rephendat verbũ qḋ dixit
dei verbũ: ꝛ rephendẽdo dei verbũ/ nõ elo
quẽs ſed mutus remaneat. Quis eñ ſic lo
quit̃ quomodo loquit̃ verbũ quod erat in
principio apud deũ? Noli verba iſta conſi-
derare: et ex his verbis aſſuetis illud ver-
bũ metiri velle qḋ deus eſt. Audis eñ ver-
bũ et contemnis: Audi deũ et time: In pn
cipio erat verbũ. Tu reuocas ad vſum ſer-
mocinationis tuę/ ꝛ dicis apud te: Quid ẽ
verbũ? Quid magnũ eſt verbũ? Sonat et
tranſit: Verberato aere aurẽ percutit: poſt
ea nõ erit. Audi adhuc: Verbũ erat apud
deũ: Manebat: nõ ſonando trãſibat. Ad-
huc forte cõtemnis: Deᵘˢ erat verbũ: Apud
teipſum o homo/ cũ eſt in coꝛde tuo verbũ:
aliud eſt ꝙ̃ ſonus. Sed verbũ quod ẽ apud
te vt tranſeat ad me: ſonũ quaſi vehiculuꝫ
quęrit. Aſſumit eñ ſonũ: imponit ſe quo-
dãmodo in vehiculũ: tranſcurrit aerẽ: ve-
nit ad me: nõ recedit a te. Sonus autẽ vt
veniret ad me/ receſſit a te: nec ꝑſtitit apud
me. Verbũ eñ quod erat in coꝛde tuo/ nũ-
quid ſono prętereũte ꝑteriit? Quod cogi-
tabas dixiſti. Sed vt ad me ꝑueniret quod
apud te latebat/ ſyllabas ſonuiſti. Sonus
ſyllabarũ ꝑduxit ad aurem meã cogitatio-
nem tuã. Per aurẽ meã deſcẽdit in coꝛ me-
um cogitatio tua: ſonus medius trãſuola-
uit. Verbũ ṽo illud qḋ aſſũpſit ſonũ: ante-
ꝙ̃ ſonares/ erat apud te: qꝛ ſonuiſti/ ẽ apud
me: ꝛ nõ receſſit a te. Hoc attẽde quiſquis
es examinatoꝛ ſonoꝝ: Verbũ dei contem-
nis: qꝛ verbũ hoīs nõ compꝛhẽdis. Scit er-
go oĩa ꝑ quẽ facta ſunt omnia: ꝛ tñ dubi-
tando increpat: Si me ſciretis: foꝛſitan et
C patrẽ meũ ſciretis. Increpat infideles: nã
talẽ ſententiã dixit diſcipulis ſuis: Sed ibi
nõ eſt verbũ dubitationis: qꝛ nõ fuit cau-
ſa increpandę infidelitatis. Nã quomõ di-
xit iudęis: Si me ſciretis: foꝛſitan et patrẽ
meũ ſciretis: dixit et diſcipulis ſuis/ qñ eũ
philippus interrogauit: immo poſtulauit ꝛ
ait: Dñe/ oſtẽde nobis patrẽ/ et ſufficit no- Ioh.14.b.
bis. Quaſi diceret ꝛ ipſe: Te iã nouimᵘˢ: ap
paruiſti nobis: videmus te: dignatᵘˢ es eli-
gere: nos ſecuti ſumᵘˢ te: Mirabilia tua vi-
dimus: verba ſalutis audiuimus: ꝑcepta
ſuſcępimᵘˢ: ꝓmiſſa ſperamus: multũ nobis
conferre ꝑſentia tua ipſe dignatus es: ſed
tamẽ cũ te nouerimᵘˢ/ quia patrẽ nondũ no
uimus/ inflãmamur deſiderio illius viden
di quẽ nondũ nouimus: Ac ꝑ hoc qꝛ te no
uimus/ ſed nõ nobis ſufficit donec ꝛ patrẽ
nouerimus: oſtẽde nobis patrẽ et ſufficit
nobis. Et dñs vt ſcirẽt nõ ſe noſſe qḋ ſe pu
tabant iã noſſe: Tanto tẽpoꝛe vobiſcũ ſũ/
et me neſcitis? Philippe/ q̇ me videt/ videt
et patrẽ meũ. Nũquid habet iſta ſententia
verbũ dubitationis? Nunquid dixit: q̇ me
videt/ foꝛſitã videt ꝛ patrẽ? Quare? Quia
fidelis audiebat/ nõ fidei ꝑſecutoꝛ: ideo nõ
erat dñs increpatoꝛ ſ; doctoꝛ. Qui me vi-
det/ videt ꝛ patrẽ meũ: Et hic/ ſi me ſciretis:
et patrẽ ſciretis. Tollamus verbũ quo no
tata eſt infidelitas audientiũ: ꝛ ipſa ſentẽ-
tia eſt. Iã heſterno die cõmẽdauimᵘˢ chari-
tati veſtrę: ꝛ diximᵘˢ ſentẽtias iohãnis euã-
geliſtę/ qbᵘˢ nobis narrat qḋ a dño didicit:
nec diſcutiẽdas fuiſſe ſi fieri poſſet: niſi hę-
reticoꝝ cõmenta cõpellerẽt. Breuiter ergo
heſterno die inſinuauimus charitati veſtrę
eſſe hęreticos q̇ vocant̃ patripaſſiani/ vel a
ſuo auctoꝛe ſabelliani. Hi dicũt ipſũ eẽ pa-
trẽ q̇ eſt filius: nomina diuerſa/ vnã ṽo eſſe
ꝑſonã: Cũ vult pater ẽ/ inquiunt: cũ vult fili-
us: tamen vnus ẽ. Iterũ ſunt alij heretici D
qui vocant̃ arriani: Confitent̃ quidẽ vni-
cum patris filiũ dñm noſtrũ ieſum chriſtũ:
Illũ patrẽ filij/ iſtum filiũ patris. Eum qui
pater eſt nõ eſſe filiũ: eũ qui filius eſt/ non
eſſe patrẽ. Confitent̃ generationẽ/ ſed ne-
gant ęqualitatẽ. Nos: id eſt/ catholica fi-
des/ veniens de doctrina apoſtoloꝝ/ plan-
tata in nobis/ ꝑ ſeriẽ ſucceſſionis accepta/
ſana ad poſteros trãſmittẽda: inter vtroſ-
ꝗ: id eſt/ inter vtrunꝗ errorẽ tenuit verita
tẽ. In erroꝛe ſabellianoꝛũ vnus eſt ſolus:
ipſe pater qui filius. In erroꝛe arrianoꝛũ:
alius eſt quidẽ pater/ alius filius: ſed ipſe fi-
lius nõ ſolũ alius/ ſed etiã aliud eſt. Tu in
medio quid? Excluſiſti ſabellianũ/ exclude
ꝛ arrianũ: Pater pater eſt/ filius filius eſt/
alius/ nõ aliud: Quia ego ꝛ pater inq̄t vnũ Ioh.10.f.
ſumᵘˢ. Sicut etiã heſterno die quãtũ potui

cōmendaui. Cū audit/ſumus: abſcedat cō/
fuſus ſabellian⁹: Cū audit/ vnū: abſcedat
confuſus arrianus. Gubernet catholicus
inter vtrūqꝫ fidei ſuę nauigiū: quoniā iam
cauendū eſt in vtroqꝫ naufragiū. Dic ergo
Joh.10.f. tu quod dicit euangeliū: Ego ⁊ pater vnū
ſumus. Nō ergo diuerſū/quia vnū: nō vn⁹
qꝛ ſumus. Pauloante dixit: Judiciū meū
verū eſt: quia ſolus nō ſum/ ſed ego et qui
miſit me pater. Tanqꝫ diceret: Jdeo iudi/
ciū meū eſt verꝫ: quia filius dei ſum: qꝛ ve/
Joh.14.a. rum loquor: quia ipſe veritas ego ſū. Jſti
carnaliter intelligētes dixerūt: Ubi eſt pa
ter tuus? Modo audi arriane: neqꝫ me ſci/
tis/neqꝫ patrē meū: Quia ſi me ſciretis/for
ſitan ⁊ patrē meū ſciretis. Quid ē: ſi me ſci
retis/ et patrē meū ſciretis/ niſi ego ⁊ pater
vnū ſumus? Quādo vides aliquē alicui ſi/
milē: intendat charitas veſtra/quotidiana
locutio ē: nō ſit vobis arduū quod eſſe ad/
uertit[illegible] vſitatū. Quādo ergo vides aliquē
alicui ſimilē: et noſti tu cui ſimilis ſit: admi
rās dicis: Quomodo iſte hō ſimilis eſt illi
homini? Hoc nō diceres/niſi duo eēnt. Hic
ille qui eū ignorat/ cui tu iſtū ſimilē dicis:
Jta ne inquit ſimilis ē? Et tu ad eū: Quid
eñ? Tu illū non noſti? At ille: Nō noui in/
quit: Jā tu vt illū quē neſcit/ ei notū faci/
as: ex ꝑſente quē cernit/reſpōdes et dicis:
Hunc vidiſti/illū vidiſti: Non vtiqꝫ qꝛ hoc
dixiſti/ vnū eſſe aſſeueraſti ⁊ duos negaſti:
ſed ꝓpter ſimilitudinē tale dediſti reſpon/
ſum: Jſtū noſti et illā noſti: valde eñ ſimi/
lis eſt: et nihil diſtat oīno. Hinc et dñs:
Si me inquit ſciretis/ ⁊ patrē meū ſciretis:
nō quia pater ē filius: ſed qꝛ patri ſimilis ē
fili⁹. Erubeſcat arrian⁹. [illegible]tias dño/ qꝛ et
ipſe arrianus receſſit ab errore ſabelliano:
et nō eſt patripaſſian⁹. Nō dicit ipſum pa/
trē indutū carne veniſſe ad hoīes: ipſū eſſe
paſſum: ipſum reſurrexiſſe: et quodāmodo
ad ſe aſcēdiſſe. Hoc nō dicit. Agnoſcit me/
cū patrē/patrē eſſe: et filiū/filiū eſſe. Sed o
frater/euaſiſti illud naufragiū: quare tēdis
in alterꝫ? Si pater pater ē/ filius filius eſt.
Quare dicis ſimilē? quare diuerſū? quare
aliā ſubſtantiā? Si diſſimilis eſſet: nūquid
Joh.14.b. diceret diſcipul' ſuis: Qui me videt/ videt
et patrē? Nūquid diceret iudęis: Si me ſci
retis/ et patrē meū ſciretis? Uñ hoc verum
eſſet/niſi et illud verꝫ: Ego ⁊ pater vnū ſu/
E mus? Hęc verba locutus ē i gazo/
philacio/ docēs in templo. Magna
fiducia ſine timore: Non eñ pateret quod
nollet: ꝗ nec naſceret ſi nollet. Deniqꝫ qͦ
ſequit: Et nemo apprehēdit eū: qꝛ
nondū venerat hora eius. Hoc itē
nōnulli cū audiūt/ſub fato fuiſſe dñm chri
ſtū credūt/ ⁊ dicunt: Ecce chriſtus habebat
fatū. O ſi cor tuū nō eſſet fatuū/ nō crede/
res fatū. Si fatū ſicut nōnulli intellexerūt/
a fando dictū eſt: id eſt/a loquendo: verbū
dei quō habet fatū: qñ in ipſo verbo oīa
ſunt quę condita ſunt? Nō eñ aliquid de⁹
conſtituit qͦ ante neſciuit: Jn verbo ipſi⁹
erat quod factū eſt. Mūdus factus ē: ⁊ fa/
ctus eſt et ibi erat. Quō et factus eſt et ibi
erat? Quia dom⁹ quā ędificat inſtructor/
prius in arte erat: Et ibi meli⁹ erat ſine ve/
tuſtate/ſine ruina: Tamē vt oſtēdat artē:
fabricat domū: et ꝓceſſit quodāmodo do/
mus ex domo. Et ſi dom⁹ ruat/ars manet.
Jta apud dei verbū erāt oīa quę condi/
ta ſunt: quia oīa in ſapiētia fecit deus: et Ps.103.
cūcta nota fecit: Nō eñ qꝛ fecit didicit: ſed
qꝛ nouerat fecit. Nobis qꝛ facta ſunt/nota
ſunt: Jlli niſi nota eſſent/ facta nō eſſent.
Pręceſſit ergo verbū. Et quid ante verbū
dei? Nihil oīno: nā ſi eſſet aliquid añ: nō
dictū eſſet: Jn principio erat verbū: ſed in Joh.1.a.
ꝑncipio factū eſt verbū. Deniqꝫ de mundo
quid ait moyſes: Jn ꝑncipio fecit deus cę/ Gen.1.a.
lum ⁊ terrā. Fecit qͦ nō erat. Si ergo fecit
quod nō erat: ante quid erat? Jn ꝑncipio
erat verbū. Et vnde cęlū et terra? Oīa ꝑ
ipſum facta ſūt. Tu ergo ponis chriſtū ſub
fato. Ubi ſunt fata? Jn cęlo inquis: in or/
dine ⁊ cōuerſionib⁹ ſiderꝫ. Quomō ergo fa
tū habet/ꝑ quē factū eſt cęlū et ſidera: cum
tua volūtas ſi recte ſapias/tranſcēdat ⁊ ſi/
dera? An quia noſti chriſti carnē fuiſſe ſub
cęlo: ideo putas et poteſtatē chriſti ſubdi/
tam cęlo? Audi ſtulte: nondū venerat hora
eius: Nō quia cogeret mori: ſed qꝛ digna/
ret occidi: Nouerat eñ ipſe qñ deberet mo
ri. Jntēdit oīa quę ꝑdicta ſunt de illo: et
expectabat finiri oīa quę ꝑdicta ſunt añ
eius paſſionē futura: vt cū impleta eſſent:
tūc veniret paſſio diſpoſitionis ordine/ nō
fatali neceſſitate. Deniqꝫ audite vt ꝓphe/
tis. Jnter cętera quę de illo ꝓphetata ſūt: F
ſcriptū eſt etiā hoc: Dederūt in eſcam meā Ps.68.
fel: ⁊ in ſiti mea potauerūt me aceto. Quō
facta ſint/ i euāgelio nouim⁹. Pri⁹ dederūt

fel:accepit/ guſtauit et deſpuit. Poſtea in
cruce pendēs/ vt om̄ia p̄dicta complerent/
Joh.19.f. ait: Sitio. Acceperūt ſpongiā aceto plenā:
in arundine ligauerunt/ ⁊ admouerūt pen/
denti. Accepit ille et ait: Perfectū ē. Quid
eſt perfectū eſt? Impleta ſunt om̄ia/ q̄ ante
paſſionem meā fuerāt ꝓphetata. Ergo ad/
huc quid hic facio? Deniq̄ poſteaq̄ dixit:
perfectū eſt: inclinato capite tradidit ſpiri/
tū. Nūquid illi latrones iuxta confixi/ quā
do voluerūt/ expirauerūt? Tenebātur vin/
culis carnis: q̄ nō erant creatores carnis:
Clauis confixi diu cruciabant: q̄ infirmi/
tati nō dominabant. Dn̄s autē q̄n voluit/
carnē in vtero virginali accepit: q̄n voluit
ad homines ꝓceſſit: q̄diu voluit inter ho/
mines vixit: q̄diu voluit a carne diſceſſit:
hoc ē poteſtatis/ nō neceſſitatis. Hāc ergo
horā ille expectabat: nō fatalē/ ſed oportu
nam et voluntariā: vt prius om̄ia cōplerē/
tur/ que ante paſſionē ipſius cōpleri opor/
tebat: Nam quomō ſub fati neceſſitate po
Joh.10.d. ſitus erat/ qui alio loco dixit: Poteſtatē ha
beo ponēdi animā meā: ⁊ poteſtatē habeo
iterū ſumendi eā? Nemo tollet eā a me: ſed
egoipſe pono eā a me: et iterū ſumo eam.
Oſtendit hanc poteſtatē/ q̄n eū iudei que/
rebant. Quē queritis inquit? Et illi: Jeſū.
Joh.18.a. Et ille: Ego ſum. Qua voce audita: redie/
runt retro/ et ceciderunt. Dicit aliquis: Si
hec in illo poteſtas erat: quare cū iudei in/
Matth.27.e. ſultarent pendēti et dicerēt: Si filius dei ē
deſcendat de cruce: nō deſcendit/ vt eis ſu/
am poteſtatē deſcēdēdo mōſtraret? Quia
patientiā docebat/ ideo potentiā differe/
bat. Si eīn cōmotus ad eorū verba deſcen
deret/ victus conuitiorū dolore putaret.
Prorſus nō deſcendit: fixus p̄manſit: quan
do voluit abſceſſurus: Nam quid ei ma/
gnū fuit de cruce deſcēdere/ qui potuit de
ſepulchro reſurgere? Intelligamus ergo
nos quib⁹ hoc miniſtratū eſt: potentiā do/
mini noſtri ieſu chriſti occultā/ tūc manife
Ps.49. ſtam futurā in iudicio/ de quo dictū ē: De/
us manifeſtus veniet: deus noſter et nō ſi/
lebit. Quid ē manifeſtus veniet? Quia ve/
nit occultus/ veniet manifeſtus de⁹ noſter:
hoc eſt chriſtus: et nō ſilebit. Quid eſt nō
ſilebit? Quia primo ſiluit. Ubi ſiluit? quā/
do iudicatus eſt: Ut etiā hoc impleretur/
quod et ꝓpheta p̄dixerat: Sicut ouis ad
Eſaie.53.b. immolandū ductus eſt: et ſicut agnus co/
ram tondēte ſe ſine voce: ſic nō aperuit os
ſuū. Si ergo pati nollet/ nō pateret: Si nō
pateretur/ ſanguis ille nō funderet: Si ſan
guis ille non funderet/ mūdus nō redime/
ret. Agamus itaq̄ gratias et poteſtati di/
uinitatis/ et miſerationi infirmitatis eius:
et de occulta potētia quā iudei non noue/
rant: vnde illis mō dictū eſt: Neq̄ me no/
ſtis neq̄ patrē meum: et de carne ſuſcepta
quā iudei nouerant/ et eius patriam ſcie/
bāt. Unī illis alio loco dixit: Et me ſcitis/ Joh.7.d.
et vnde ſim ſcitis. Utrunq̄ nouerimus in
chriſto: et vnde equalis ē patri: et vnde il/
lo maior eſt pater. Illud verbū eſt: illud ca
ro: Illud deus eſt: illud homo: Sed vnus
chriſtus deus et homo.

Ab eo quod dictū eſt: Dixit ergo
eiſ ieſus: Ego vado ⁊ queritiſ me:
vſq̄ ad id quod dictum eſt: Dixit
eis ieſus: Principium qui et lo/
quor vobis: Tractatus.XXXVIII

Lectio ſancti A

euangelij que p̄ceſſit hodie:
nō ita ꝯcluſa erat: quia locu
tus eſt docēs in gazophyla/
cio dn̄s que voluit/ ⁊ q̄ audiſtis: ⁊ nemo ap
prehendit eū: q̄ nondū venerat hora ei⁹:
hinc diſputatū ē dn̄ico die/ qđ ipſe dona/
re dignat⁹ eſt. Intimauim⁹ charitati veſtre
quare dictū ſit: Nōdū venit hora eius: ne
poſitū chriſtū ſub aliqua neceſſitate fatali
vlla impietas auderet improbe ſuſpicari:
Nōdū eīn venerat hora qua ex ordine ſuo
ſm ea que p̄dicta ſunt de illo/ non mori co/
geret inuitus/ ſed occideret paratus. Mō
aūt de ipſa paſſiōe ſua que poſita erat: nō
in ei⁹ neceſſitate/ ſ; poteſtate: †locut⁹ eſt B.† Dixit er go eis iterum ieſus
iudeis dicēſ: Ego vado. Chriſto eīn
dn̄o mors ꝑfectio fuit/ illo vn̄ venerat/ ⁊ vn̄
nō diſceſſerat. Ego inq̄t vado et queri/
tis me: nō deſiderio ſed odio: Nā illum
poſteaq̄ abſceſſit ab oculis hominū inq̄ſi
erūt ⁊ qui oderāt ⁊ qui amabāt. Illi perſe
quendo/ illi habere cupiendo. In pſalmis
ait ipſe dn̄s p ꝓphetā: Perijt fuga a me et Ps.141.
nō eſt qui requiret animā meā. Et iterū ait
alio pſalmo: Cōfundant ⁊ reuereant req̄/ Ps.39.
rentes animā meā. Culpauit qui nō requi
rerent: damnauit requirētes. Bonū eſt eīn
querere animā chriſti: ſed quomō eā queſi/
erunt diſcipuli. Et malū ē querere animā

chriſti:ſed quō eā iudei queſierunt. Illi eñ
vt haberēt:iſti vt pderēt. Deniqȝ iſti q2 ſic
querebēt more malo/corde puerſo/quid ſe/
cutus adiūxit? Queritis me: et ne putetis
quia bñ me queritis: ī peccato veſtro
moriemini. Hoc eſt chriſtū male quere/
re/in peccato ſuo mori. Hoc eſt illū odiſſe p
quē poſſet ſolū ſaluus eſſe. Cum eñ homi/
nes quorū ſpes in deo eſt / nō debeant ma
la reddere nec p malis: reddebāt illi mala
p bonis. Prenūciauit ergo illis dñs/ dixit
qȝ ſententiā pſcius/q in ſuo peccato more/
rent. Deinde adiūxit: Quo ego vado/
vos nō poteſtis venire. Hoc et dñs
diſcipulis ſuis alio loco dixit: nec tamē eis
dixit:ī peccato veſtro moriemini. Quid au
Ioh.13.d. tem dixit? Quod et iſtis: Quo ego vado/
vos nō poteſtis venire. Nō abſtulit ſpem/
ſed pdixit dilationē. Qñ eñ hoc diſcipulis
dñs loquebat:tūc non poterāt venire quo
ille ibat:ſed poſtea venturi erāt: Iſti aūt nū/
qȝ:quib9 pſci9 dixit: In peccato veſtro mo/
riemini. His auditis verbis/quomō ſolent
carnea cogitantes/ꝛ ſm carnē iudicātes/ ꝛ
totū carnaliter audiētes atqȝ ſapiētes dixe
B runt: Nunqd interficiet ſemetipſū
quia dixit:quo ego vado vos nō
poteſtis venire? Stulta vba ꝛ omnino
inſipiētie plena. Quid eñ? Nō poterāt il/
lo venire quo ille prexiſſet/ſi interficeret ſe/
metipſum: Nūquid ipſi nō erāt morituri?
Quid ē ergo: Nūqd interficiet ſemetipſū:
q2 dixit/quo ego vado/ vos nō poteſtꝭ ve/
nire? Si de morte hoīs diceret: qs hō non
morit? Ergo q ego vado dixit: non cū itur
ad mortē/ſed quo ibat ipſe poſt mortē. Illi
itaqȝ nō intelligētes/ iſta reſponderūt. Et
dñs ad eos qui terrā ſapiebant qd ait? Et
dicebat eis: Vos deorſum eſtis:
ideo terrā ſapitis: q2 ſicut ſerpētes terram
manducatis. Quid eſt terrā manducatis?
Terrenis paſcimini:terrenis delectamini:
terrenis inhiatis: ſurſū corda nō habetis.
Vos deorſum eſtis:ego de ſupnis ſū:
vos de mūdo hoc eſtis: ego non
ſū de hoc mūdo. Quō eñ erat de mū/
do/p quē factus eſt mūdus? Oēs de mun/
do poſt mundū:q2 prius mundus/ ꝛ ſic hō
de mūdo. Prius aūt chriſtus/deinde mun
dus. Quō añ mundū chriſtus/añ chriſtum
Ioh.1.a. nihil? Quia in principio erat verbū: Oīa
p ipſum facta ſunt. Si ergo erat ille de ſu/
pernis: De quib9 ſupnis? De aere? Abſit:
Ibi ꝛ aues volitāt. De celo qđ videmus?
Et hoc abſit: Ibi ꝛ ſtelle ꝛ ſol ꝛ luna circū/
eūt. De angelis? Neqȝ hoc intelligat. Per
illū ꝛ angeli facti ſūt/p quē oīa facta ſūt.
De quibus ergo ſupnis chriſtus? Ab ipſo
patre. Nihil illo deo ſuperius/qui verbum
genuit equale ſibi/ coeternū ſibi/ vnigeni/
tū/ſine tēpore:p quē conderet tēpora. Sic
ergo accipe chriſtū d ſupnis: vt excedas co
gitatione tua omne qđ factū eſt: vniuerſā
omnino creaturā/ omne corpus/ omnē con/
ditū ſpiritū/omnē rē quoquo mō mutabi/
lē. Totū excede/ſicut exceſſit iohannes: vt
contingeret/ In pncipio erat verbū: ꝛ ver/ Ioh.1.a.
bū erat apud deū: ꝛ deus erat verbū. Ego
ergo inquit de ſupnis ſum: vos de hoc mū
do eſtis:ego non ſum de hoc mūdo. Dixi
ergo vobis/q2 moriemini in pec/
catꝭ veſtris. Expoſuit nobis fratres qđ
intelligi voluerit: Vos de hoc mūdo eſtis:
q2 peccatores erāt:quia iniqui erāt:q2 infi/
deles erāt:quia terrena ſapiebāt. Nā quid
vobis videt de ſanctis apoſtolis? Quan/ C
tū intererat inter iudeos ꝛ aplos : quantū
inter tenebras et lucē: quantū inter fidē et
infidelitatē:quantū inter pietatē et impie/
tatē:quantū inter ſpem ꝛ deſperationē:qn
tū inter charitatē et cupiditatē. Multū er/
go itererat. Quid ergo q2 tantū intererat:
apoſtoli de mūdo nō erāt? Si cogites quo
mō nati ſint ꝛ vñ venerint: quia omnes ex
adam venerāt:de hoc mūdo erāt. Sed qđ
eis ait ipſe dñs? Ego vos de hoc mūdo ele Ioh.15.d.
gi. Qui ergo de mūdo erant/ facti ſunt nō
de mundo: ꝛ ptinere ceperunt ad eū p quē
factus eſt mūdus. Iſti autē remāſerūt eſſe
de mūdo/quib9 dictū ē: Moriemini in pec
catis veſtris. Nemo ergo dicat fratres:de
hoc mūdo nō ſum. Quiſquis es homo/de
hoc mūdo es. Sed venit ad te qui fecit mū
dum:et liberauit te de hoc mūdo. Si dele/
ctat te mūdus/ſemp vis eſſe immūdus. Si
autē iā nō te delectat hic mundus/ iā tu es
mundus. Verūtamē ſi p aliquam infirmi/
tatē adhuc te delectat mūdus: habitet in
te qui mundat/ꝛ eris mūdus. Si autē fue/
ris mūdus/nō remanebis in mūdo:nec au
dies qđ audierūt iudei: Moriemini in pec
catis veſtris. Omnes eñ cū peccato nati
ſumus:omnes viuendo ad id qđ nati era/
mus/addidimus: magiſqȝ de mundo facti

ſumus/ꝙ tunc qñ de parentibꝰ noſtris na/
ti ſumus. Et vbi eſſemus/ſi ille nõ veniret/
qui nõ habebat omĩno peccatũ/vt ſolueret
omne peccatũ? In quem iudei quia nõ cre
debant/merito audierũt:moriemini in pec
catis veſtris. Quia nõ habere peccatũ nul
lo mõ potuiſtis/ qui cũ peccato nati eſtis:
Sed tamen ſi in me inquit credideritis: cũ
peccato quidẽ nati eſtis/ſed in peccato ve
ſtro morituri non eſtis. Tota ergo infelici/
tas iudeoꝝ ipſa erat/nõ peccatũ habere/ ſꝫ
in peccatis mori. Hoc eſt qđ debet fugere
omĩs chriſtianus. Propter hoc ad baptiſ/
mũ curritur: ꝓpter hoc qui egritudine vel
aliũde periclitant/ſibi deſiderant ſubueni/
re: ꝓpter hoc etiã ſugens paruulus a ma/
tre pijs manibus ad eccleſiã fertur: ne ſine
baptiſmo exeat/et in peccato quo natus ẽ
moriat. Infeliciſſima conditio/miſera ſors
iſtorũ/qui de ore veridico audierũt:in pec/
D catis veſtris moriemini. Un̄ tñ hoc eis cõ/
tingat/exponit: Si eñ nõ credideri/
tis q2 ego ſum/moriemini in pec/
catis veſtri. Credo frẽs i illa multitudi/
ne q̄ dñm audiebat: ⁊ eos fuiſſe q̄ credituri
erãt. Quaſi autẽ in oẽs ꝓceſſerat ſeueriſſi/
ma illa ſentẽtia:in pctõ vrõ moriemini: ac
ꝑ hoc ⁊ illis qui credituri erãt/ſpes erat ab/
lata. Illi ſeuiebãt/illi timebãt: Immo non
timebãt/ſed etiã deſperabant. Reuocauit
eos in ſpem:adiũxit eñ: Si nõ credideritis
quia ego ſũ /moriemini in peccatis veſtris.
Ergo ſi credideritis q2 ego ſũ:nõ moriemi/
ni in peccatis veſtris. Reddita eſt ſpes de/
ſperãtibus: excitatio facta ẽ dormiẽtibus:
cordibꝰ euigilauerũt inde plurimi:credide/
rũt/ſicut euãgelij ipſius ꝯſequentia teſtat.
Erãt eñ illic mẽbra chriſti/q̄ nondũ adheſe
rãt corpi chriſti:Et i illo populo a quo cru/
cifixus ẽ: a quo in ligno ſuſpẽſus ẽ: a q̄ pen
dens irriſus ẽ:a quo lancea vulneratꝰ ẽ:a q̄
felle ⁊ aceto potatus ẽ:erãt mẽbra chriſti ꝑ
Luc.23.e. quibus dixit: Pater ignoſce illis/ q2 neſci/
unt quid faciũt. Quid aũt cõuerſo nõ igno
ſcit/ſi fuſus chriſti ſanguis agnoſcit? Quis
homicida deſperet/ ſi in ſpem redditus ẽ a
quo etiã chriſtus occiſus eſt. Crediderunt
inde multi: donatus eſt eis ſanguis chriſti:
vt magis eũ biberẽt quo liberarent/ ꝙ rei
de illo effuſo tenerent. Quis deſperet? Et
ſi in cruce latro ſaluatus eſt añ paululũ ho
micida:poſt paululũ accuſatꝰ/ꝯuictꝰ/ dam/
natus/ſuſpẽſus/liberatus:noli mirari/vbi
conuictus ibi damnatus: ſed ibi liberatus
vbi mutatus. In hoc ergo populo cui dñs
loquebat: erãt qui in peccato ſuo fuerant
morituri:erãt etiã qui in ipſũ qui loqueba/
tur fuerãt credituri: ⁊ ab omni peccato libe
randi. Tamẽ hoc attẽde qđ ait dñs chriſtꝰ: E
Si non credideritis quia ego ſum: morie/
mini in peccatis veſtris. Quid eſt:ſi nõ cre
dideritis q2 ego ſum? Ego ſum. Quid? Ni/
hil addidit. Et quia nihil addidit/ multũ ẽ
qđ cõmendauit. Expectabat eñ vt diceret
quid eſſet: nec tamen dixit. Quid expecta/
batur vt diceret? Forte niſi credideritis q2
ego ſum chriſtus: niſi credideritiſ quia ego
ſum dei filius:niſi credideritis q2 ego ſum
verbũ patris: niſi credideritis quia ego ſũ
conditor mũdi:niſi credideritis q2 ego ſum
hominis formator ⁊ reformator/creator et
recreator/factor et refactor. Niſi hoc credi/
deritis quia ego ſum/ moriemini in pecca/
tis veſtis. Multũ eſt qđ ait ipſe:ego ſum:
Quia ſic dixerat dñs moyſi: Ego ſũ q̄ ſum. Exod.3.d.
Quis digne eloquat/ q̄d ſit ſũ. Mittebat
deus ꝑ angelũ ſuũ/ſeruũ ſuũ moyſen: ad li
berandũ ex egypto populũ ſuum. Legiſtis
qđ audiſtis ⁊ noſtis. Cõmemoro tñ:mitte/
bat trementẽ/ excuſantẽ ſed obedientem.
Cũ ergo excuſaret ait deo/quẽ loqui in an/
gelo intelligebat. Si dixerit mihi populꝰ/
quis eſt deus qui miſit te/q̄d dicaꝫ eis? Et
dñs ad eũ: Ego ſum qui ſum. Et repetiuit.
Dices filijs iſrael: Qui ẽ/miſit me ad vos.
Nõ ait ⁊ ibi/ego ſum deus/aut ego mundi
fabricator/aut ego ſũ omniũ rerũ creator/
aut ego ſum ipſius populi liberãdi ꝓpaga
tor:ſed hoc tñ:ego ſum qui ſum: ⁊ dices fi
lijs iſrael qui eſt. Nõ addidit: qui ẽ deꝰ ve/
ſter:qui eſt deus patrũ veſtroꝝ:ſed tñ hoc
dixit:qui eſt miſit me ad vos. Forte multũ
erat ⁊ ad ipſum moyſen/ſicut multũ ẽ ⁊ ad
nos: ⁊ multo magis ad nos intelligere q̄d
dictũ ſit:ego ſum q̄ ſum: ⁊ qui eſt/ miſit me
ad vos. Et ſi forte caperet moyſes: illi ad
quos mittebat qñ caperent? Diſtulit ergo
dñs qđ capere homo nõ poſſet:et addidit/
qđ capere poſſet. Adiunxit eñ et ait: Ego
ſum deus abraã ⁊ deus iſaac/et deꝰ iacob.
Hoc potes capere: Nã ego ſum qui ſum: q̄
mẽs poteſt capere? Quid ergo nos? Aude/
bimus ne aliquid dicere ex hoc qđ dictũ ẽ:
ego ſuꝫ q̄ ſum? Uel potius ex hoc qđ dñm

dicere audiſtis: Niſi credideritꝭ q2 ego ſū:
moriemini in peccatis veſtris? Ita ne his
verbis meis tantillis et pene nullis aude/
bo diſputare/quid ſit qđ ait dñs chriſtus:
niſi credideritis quia ego ſū? Audebo ipſū
dñm interrogare: audite me interrogantē
potius ꝙ diſputantez: magis querentē ꝙ
preſumentē: potius diſcentē ꝙ docentē: et
certe in me vel p me etiā vos interrogare.
Preſto eſt etiā ipſe dñs qui vbiqꝫ ē: Audi/
at interrogandi affectū/et intelligēdi pſtet
effectū: Nam et ego quibus verbis ⁊ forte
aliquid capio: pducere poſſū qđ capio ad
corda veſtra. Quiſnā ſufficit ſonus: q̄ ſup/
petit eloquētia/ que vires intelligēdi/ que
F facultas pferēdi? Dicā ergo dño noſtro ie/
ſu chriſto/dicā et audiet me. Credo pſentē/
Matth.28.d. omino nō dubito: Ipſe eñ dixit: Ecce ego
vobiſcū ſum vſqꝫ ad ɔſummationē ſeculi.
O dñe de⁹ noſter/q̄d eſt qđ aiſti: niſi credi/
deritis quia ego ſum? Quid eñ nō eſt eorū
que feciſti? Nūq̄d celū nō eſt? Nunq̄d ter/
ra nō eſt? Nūquid nō ſunt ea que in terra ⁊
in celo ſunt? Nūquid homo ipſe cui loque
ris nō eſt? Nū quid angelus quē mittis nō
eſt? Si oñia ſunt hec que p te facta ſūt: q̄d
ē qđ tibi ppriū quiddā tenuiſti ipſum eſſe/
qđ alijs nō dediſti/ vt tu ſolus eſſes? Nam
quomō audio/ego ſum qui ſum: quaſi alia
nō ſint? Et quō audio: niſi credideritis q2
ego ſum? Illi nō erant qui audiebāt? Et ſi
peccatores erāt/homines erāt. Quid ergo
facio? Quid ſit ipſum eſſe/dicat cordi: int⁹
dicat/intus loquat. Homo iterior audiat:
mens capiat vere eſſe: eſt eñ ſemp eodem
mō eſſe. Res eñ quelibet omino quaſi ce/
pi diſputare/et deſtiti querere: forte qđ au
diui volo loqui: auditui meo det exultati/
onē et veſtro cū loquor: Res eñ quelibet
ɔrſus qualicunqꝫ excellētia ſi mutabilis ē/
nō vere eſt: Non eñ eſt ibi verū eſſe/ vbi ē
⁊ nō eſſe. Quicquid eñ mutari poteſt: mu
tatum nō eſt qđ erat. Si non eſt qđ erat:
mors quedā ibi facta eſt. Peremptū eſt ali
quid ibi qđ erat/⁊ nō eſt. Nigredo mortua
eſt in capite albeſcentis ſenis: pulchritudo
mortua eſt in corpore feſſi et incurui ſenis:
mortue ſunt vires in corpore languentis:
mortua eſt ſtatio in corpore ambulantis:
mortua ē ambulatio in corpore ſtātis: mor
tua ē ambulatio et ſtatio in corpore iacen/
tis: mortua eſt locutio in lingua tacentis.
Quicq̄d mutat et eſt qđ nō erat: video ibi
quandā vitā in eo qđ eſt/et mortē in eo qđ
fuit. Deniqꝫ de mortuo cū dicit: vbi eſt ho/
mo ille? Reſpondet/fuit. O veritas q̄ vere
es: Nam in oñibus actionib⁹ ⁊ motib⁹ no
ſtris/et in omni ɔrſus agitatione creature
duo tēpora inuenio/pteritū et futurū. Pre/
ſens quero/nihil ſtat. Qđ dixi iā non ē: qđ
dicturus ſum/nondū eſt: qđ vixi/iam nō ē:
qđ victurus ſum/nondū eſt. Preteritū ⁊ fu
turū inuenio in omni motu rerū: In veri/
tate que manet/ preteritū ⁊ futurū nō inue
nio/ſed ſolū pſens: ⁊ hoc incorruptibiliter/
qđ in creatura nō eſt. Diſcute rerū mutati/
ones/inuenies fuit ⁊ erit: Cogita deū/inue G
nies eſt: vbi fuit et erit/eſſe non poſſit. Vt
ergo ⁊ tu ſis/trāſcēde tēpus. Sed q̄s tran/
ſcēdet viribus ſuis? Leuet illuc ille qui pa/
tri dixit: Volo vt vbi ego ſū/⁊ ipſi ſint me/ Ioh.17.d.
cū. Hoc itaqꝫ ɔmittēs ne moriamur in pec
catis noſtris: nihil aliud dñs ieſus chriſtus
mihi videt his v̄bis dixiſſe niſi: niſi credi/
deritis q2 ego ſum. Prorſus nihil aliud mi/
hi videt his v̄bis dixiſſe ꝙ hoc: niſi credi/
deritis q2 de⁹ ego ſū/moriemini in peccatis
veſtris. Bñ/deo gratias: q2 dixit: niſi credi
deritꝭ: nō dixit/niſi ceperitis. Quis eñ hoc
capiat? Aut vere q2 auſus ſū dicere/ et viſi
eſtis intelligere: aliq̄d de tāta ineffabilita/
te cepiſtis. Si ergo nō capis/ fides te libe/
rat: Ideo ⁊ dñs nō ait: niſi ceperitis q2 ego
ſum: ſed qđ poterāt dixit: Niſi credideritis
q2 ego ſum: moriemini in peccatis veſtris.
Et illi ſemp terrena ſapiētes ⁊ ſemp ſm car
nē audiētes ⁊ rñdētes: q̄d ei dixerunt?
Tu q̄s es? Non eñ cū dixiſti: niſi credi/
deritis q2 ego ſū/ addidiſti q̄d eſſes. Quis
es vt credam⁹? Et ille: Principiū. Ec
ce qđ eſt eſſe/pncipiū mutari nō pōt: prin/
cipiū in ſe manet ⁊ innouat oia. Principiū
eſt cui dictū eſt: Tu aūt idē ipſe es: et anni Ps.101.
tui nō deficiēt. Pricipiū ait/q̄ ⁊ loquor
vobis. Principiū me credite/ ne moria/
mini i peccatis veſtrꝭ. Tanq̄ eñ i eo qđ di/
xerſit: tu q̄s es? Nihil aliud dixerunt/ꝙ q̄d
te eſſe credim⁹. Rñdit/pncipiū: id ē/pncipi/
um me credite. In greco nāqꝫ eloquio diſ/
cernit/ qđ non pōt in latino. Apud grecos
eñ feminini generis ē pncipiū: ſicut apud
nos lex generis feminini ē/q̄ apud illos eſt
maſculini. Sicut ſapiētia ⁊ apđ nos ⁊ apđ
illos generis feminini ē. Cōſuetudo locu/

tionis ideo p diuerſas linguas variat gene-
ra vocabulorꝶ:qꝛ i ipſis rebꝰ nō inuenis ſe-
1.Cor.1.d. xum. Nō eñ ſapiētia vere fęmina ē:cū chri-
ſtus ſit dei ſapiētia:ꝛ chriſtꝰ appellet genere
maſculino/ſapiētia fęminino. Cū ġ dicerēt
iudęi: Tu qs es? Ille q ſciebat eē ibi quoſ-
dā crediturōs/ ꝛ inde dixiſſe:tu quis es? vt
ſcirent qd illū credere deberēt : rñdit/prin-
cipiū. Nō tanq̄ diceret pncipiū ſū:ſed tan-
q̄ diceret/pncipiū me credite. Qđ i ſermo-
ne gręco vt dixi/euidēter apparet: vbi fęmi-
nini generis eſt pncipiū. Velut ſi vellet di-
cere ſe eſſe ꝟitatē: et dicētibus:tu quis es?
rñderit/veritatē: cū videret ad id qđ dictū
eſt:tu quis es? rñdere debuiſſe/ ꝟitas: id ē
veritas ſum. Sed altiꝰ reſpōdit/ cū videret
eos ita dixiſſe:tu qs es? ac ſi dicerent: Qm̄
abs te audiuimus/ niſi credideritis qꝛ ego
ſum:quid te eſſe credimꝰ? Ad hoc rñdit/ pn-
cipiū: Tanq̄ diceret: Principiū me credi-
te. Et addidit:q ꝛ loquor vobis: id ē/qi hu-
milis ppter vos factus ad iſta ꝟba deſcen-
di: Nā ſi principiū ſicuti ē/ita maneret apđ
patrē:et nō acciperet formā ſerui/ et homo
loqueret hominibꝰ/quō ei crederēt: cū in-
firma corda intelligibile ꝟbū ſine voce ſen-
ſibili audire nō poſſint? Ergo inquit credi-
te me eſſe principiū:quia vt credatis nō ſo-
lum ſum/ſed et loquor vobis. Sed de hac
re iā multū eſt loqui vobis: Placeat itaq̄
charitati veſtrę: vt qđ reſtat/ illo adiuuāte
ſeruemus craſtino reddituri.

Ab eo quod dictum eſt: Mul-
ta habeo de vobis loqui et iudi-
care: ſed qui miſit me verax eſt:
vſq̄ ad id quod dictum eſt: Et nō
cognouerunt quia patrem eiꝰ di-
cebat deum. Tractatus.XXXIX.

A Erba domini
V noſtri ieſu chriſti quę habuit
cū iudęis/ita moderās loque-
lā ſuā/vt cęci nō viderent/ꝛ fi-
deles oculos aperirēt/quę hodie de ſancto
euāgelio recitata ſunt/ iſta ſūt: Dicebāt
ergo iudęi: Tu quis es? Quia dixe-
rat ſupra dñs:niſi credideritis qꝛ ego ſum/
moriemini i peccatis veſtris. Ad hoc ergo
illi: Tu quis es? veluti q̄rētes noſſe in quē
deberēt credere/ne in ſuo peccato morerē-
tur. Reſpondit/ dicētibus:tu quis es?
et ait: Principiū qui et loquor

vobis. Si ſe dixit dñs eſſe pncipiū: quę-
ri poteſt vtrū et pater principiū ſit? Si eñ
filius principiū eſt qui habet patrē: quāto
facilius intelligēdus eſt deꝰ pater eſſe pnci-
piū q habet quidē filiū cui pater ſit: ſed nō
habet de quo ſit. Filius eñ patris ē filius:
et pater vtiq̄ filij pater eſt. Sed deꝰ de deo
filiꝰ dicit:lumē de lumine filiꝰ dicit. Pater
dicit lumē/ſed nō đ lumine:pater dicit deꝰ
ſed nō de deo. Si ergo deꝰ de deo/lumē de
lumine pncipiū eſt:quāto facilius intelligi-
tur pncipiū/lumē de quo lumē/ꝛ deꝰ đ quo
deus. Videt itaq̄ abſurdū chariſſimi/vt fi-
liū dicamus principiū/et patrē pncipiū nō
dicamus. Sꝫ quid agemus? Nūquid duo
erunt principia? Cauendū eſt hoc dicere.
Quid ergo? Et ſi pater principiū/ et filius
principiū:quomō nō duo principia? Quō
dicimus patrē deū ꝛ filiū deū:nec tamē di-
cimꝰ duos deos: Nefas eſt eñ dicere du-
os deos:nefas ē dicere tres deos:et tñ qui
pater eſt nō eſt filius:qui filius ē nō eſt pa-
ter: Spūs aūt ſanctꝰ patris ꝛ filij ſpūs:nec
pater ē nec filiꝰ. Quis ergo ſicut aures ca-
tholicę ſunt eruditę i gremio matris eccle-
ſię:nec ille qui eſt pater ſit filius:nec ille q ē
filius ſit pater:nec ſpūſſanctus patris ꝛ fi-
lij ſit/ vel filiꝰ vel pater:tres deos tamē eſſe
nō dicimus:quis de ſingulis ſi quęrat:ne-
ceſſe eſt de quocūq̄ interrogati fuerimus/
deū eſſe fateamur. Et abſurda iſta vident
hominibꝰ ſolita trahentibꝰ ad inſolita/viſi-
bilia ad inuiſibilia/creaturā cōparātibꝰ cre-
atori. Interrogāt eñ nos aliqñ infideles ꝛ
dicūt: Patrē quē dicitis/deū dicitis? Re-
ſpōdemꝰ deū. Filiū quē dicitis/ deū dicitis?
Reſpondemꝰ deū. Spiritūſanctū quē dici-
tis/deū dicitis? Rñdemus deū. Ergo inq̄-
unt pater ꝛ filius ꝛ ſpūſſanctꝰ tres ſunt dij?
Rñdemꝰ/ Nō. Turbant: qꝛ nō illuminan-
tur. Cor clauſū habēt:qꝛ clauē fidei nō ha-
bent. Nos ġ fratres fide pręcedēte/q̄ ſanat
oculos cordis noſtri:qđ itelligimꝰ ſine ob-
ſcuritate capiamꝰ: qđ nō intelligimus/ſine
dubitatione credamus. A fundamēto fidei
non recedamꝰ/vt ad culmē pfectionis veni-
amus. Deus ē pater/deus ē filius/deꝰ ē ſpi-
ritusſanctꝰ: Et tñ pater nō ē qui filiꝰ:nec fi-
lius ē qui pater:nec ſpūſſanctꝰ patris ꝛ filij
ſpūs/ aut pater ē aut filius. Trinitas vnus
deꝰ/trinitas vna ęternitas/ vna poteſtas/
vna maieſtas: Tres pſonę/ſed nō tres dij.

Nũc mihi calumniator rñdeat: Quid ergo
tres? Si eñ tres ait: oportet dicaſ qd tres?
Rñdeo. Pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpũſſctũs. Ecce inqt
tres dixiſti: ſed qd tres exp̃me / imo tu nu-
mera? Nã ego compleo tres / cũ dico pater
et filius ⁊ ſpũſſanctus. Id eñ qd pater ad
ſe eſt / deus ẽ: qd ad filiũ eſt / pater eſt: qd fi-
lius ad ſeipſuȝ / deꝰ ẽ: qd ad patrẽ eſt / filiꝰ ẽ.
Iſta q̃ dico / poteſtiſ de ſimilitudinibꝰ agno
ſcere quotidianis. Homo et alter hõ: ſi ille
ſit pater / ille filiꝰ: qd homo ẽ ad ſeipſũ eſt:
qd pater eſt / ad filiũ eſt: Et filius ꝙ homo
eſt ad ſeipſũ eſt: ꝙ aũt filius ẽ / ad patrẽ eſt.
Pater eñ nomẽ eſt dictũ ad aliqd / ⁊ filius
ad aliquid. Sed iſti duo homines ſunt. At
ṽo pater deus ad aliqd eſt pater: id eſt / ad
filiũ: Et filius deus ad aliquid eſt filiꝰ: id ẽ
ad patrẽ: Sed nõ quõ illi duo hoĩes ſunt:
ſic iſti duo dij. Quare hoc non ita eſt ibi?
Quia illo aliud: h aũt aliud eſt: qꝛ illa diui
nitas eſt / hec humanitas. Eſt ibi aliqd ineſ
fabile / qd ṽbis explicari nõ poſſit: vt ⁊ nu-
B merus ſit / ⁊ numerꝰ nõ ſit. Videte eñ ſi nõ
q̃ſi apparet numerꝰ / pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpũſſanctꝰ
trinitas. Si tres / qd tres? Deficit numerꝰ.
Ita deꝰ nec recedit a numero / nec capiť nu-
mero: qꝛ tres ſunt / tñ̃ ẽ numerꝰ. Si q̃ris q̃
Pſ.146. tres? Nõ ẽ numerꝰ. Vñ dictũ ẽ: Magnus
dñs deꝰ noſter ⁊ magna ṽtus eiꝰ: ⁊ ſapiẽtię
eiꝰ nõ ẽ numerꝰ. Vbi cogitare cępis / incipiſ
numerare. Vbi numraueriſ / qd numeraue
D illo qui cecus natus ẽ: ſermo ad iudeos dñi exort⁹ ẽ. Huic itaq; lectiõi hodiernã eſſe cõtextã: ſcire debuit ꝛ cõmoneri charitas veſtra. Cum enĩ dñs dixiſſet: In iudiciũ enĩ ego veni in hunc mundũ/ vt qui nõ vidẽt videant: ꝛ qui vidẽt ceci fiãt: qđ eo tpe quo lectũ eſt/ vt potuimus expoſuimus: quidã ex phariſeis dixerũt: Nũquid ꝛ nos ceci ſumus. Quib⁹ reſpõdit dñs: Si ceci eſſetis/ nõ haberetis peccatũ: Nũc autẽ dicitis qꝛ videmus/ peccatũ veſtrũ manet. His verbis ſubiunxit ea/ que hodie cũ recitarẽtur/ audiuim⁹: Amen amen dico vobis: qui nõ intrat per oſtium in ouile ouiũ/ ſed aſcendit aliunde: ille fur eſt et latro. Ca.10. Dixerũt enĩ ſe cecos nõ eſſe: videre autẽ tunc poſſent/ ſi oues chriſti eſſent. Vñ ſibi vſurpabãt lumẽ/ qui furebãt contra diẽ. Propter illoꝝ ergo vanã et ſuperbã et inſanabilẽ arrogantiã: dñs ieſus iſta contexuit/ in quib⁹ ſalubriter nos ſi aduertam⁹ admonuit. Multi enĩ ſunt q̃ ſm quandã vite hui⁹ cõſuetudinẽ dicunt̃ boni homines/ boni viri/ bone femine/ innocentes: ꝛ quaſi obſeruãtes ea q̃ in lege ꝑcepta ſunt: deferẽtes honorẽ parẽtibus ſuis/ nõ Exod.20.

mechātes/nō homicidiū ꝑpetrātes/nō furtum faciētes/non falſum teſtimoniū aduerſus quēq̃ ꝓhibentes: et cetera que in lege mandata ſunt/velut obſeruātes: chriſtiani non ſunt: et plerūq̃ ſe iactant quomō iſti. Nūquid ꝛ nos ceci ſumus? Quia vero iſta oīa que faciunt: ꝛ neſciunt ad quem finē referāt/inaniter faciunt. Domin⁹ de grege ſuo ꝛ de oſtio qua intratur ad ouile: ſimilitudinem ꝓpoſuit in hodierna lectione. Dicant ergo pagani: Bene viuimus: Si per oſtiū non intrāt/quid ꝓdeſt eis? vnde gloriantur? Ad hoc eñ debet vnicuiq̃ ꝓdeſſe viuere: vt detur illi ſemꝑ viuere: Nam cui non daſ ſemꝑ viuere/quid ꝓdeſt bene viuere? Quia nec bene viuere dicendi ſunt: qui finē bene viuendi vel cecitate neſciūt/vel inflatione contemnūt. Non eſt autem cuiq̃ ſpes vera et certa ſemꝑ viuendi/ niſi agnoſcat vitā quod eſt chriſtus: et ꝑ ianuā intret in ouile. Querunt ergo plerūq̃ tales homines etiā perſuadere hominib⁹/vt bene viuant/et chriſtiani nō ſint. Per aliā partē volunt aſcēdere/ rapere et occidere:
B non vt paſtor conſeruare atq̃ ſaluare. Fuerūt ergo quidā philoſophi/de virtutibus et vitijs ſubtilia multa tractātes/diuidentes/definiētes/ratiocinatiōes acutiſſimas concludētes/libros implētes/ſuā ſapientiam buccis crepātibus vētilantes: qui etiā dicere auderēt hominib⁹: nos ſeq̄mini: ſectam noſtrā tenete/ſi vultis beate viuere. Sed nō intrant ꝑ oſtiū: perdere volebant/ mactare ꝛ occidere. Quid de iſtis dicā? Ecce ipſi phariſei legebāt: ꝛ in eo qđ legebāt/ chriſtū ſonabāt: venturū ſperabant: et preſentē nō agnoſcebant. Jactabant ſe etiam ipſi inter vidētes: hoc eſt inter ſapientes: ꝛ negabant chriſtū: ꝛ non intrabant ꝑ oſtiū. Ergo ꝛ ipſi ſi quos forte ſeducerēt/mactandos ꝛ occidēdos/nō liberādos ſeducerent. Et hos dimittam⁹: videamus illos ſi forte ipſi intrant ꝑ oſtiū/qui ipſius chriſti nomine gloriant̃. Jnnumerabiles eñ ſūt qui ſe videntes non ſolū iactāt/ ſed a chriſto illuminatos videri volūt: Sunt autē heretici. Forte ipſi per ianuā intrauerunt? Abſit. Sabellius dicit: Qui filius eſt/ipſe eſt pater: Sed filius nō eſt pater. Non intrat per oſtiū qui filiū dicit patrē. Arrianus dicit: Aliud eſt pater/aliud eſt filius. Recte diceret ſi diceret alius/nō aliud. Quādo eñ dicit aliud: ei contradicit a quo audit: Ego ꝛ pater vnū ſumus. Nec ipſe ergo ꝑ oſtium intrat: Predicat eñ chriſtū qualē ſibi fingit: non qualē veritas dicit. Nomē habes/rem nō habes. Alicui⁹ rei nomē eſt chriſt⁹. Tene ipſam rē/ſi vis ꝓdeſſe tibi nomē. Alius/neſcio vñ ſit: ſicut fotinus. Chriſtus hō eſt inquit/deus nō eſt. Nec ipſe intrat per oſtiū: q2 chriſtus homo ꝛ deus eſt. Et quid opus eſt multa ꝑcurrere: ꝛ multa vana hereſum enumerare? Hoc tenete: ouile chriſti eſſe catholicā eccleſiā. Quicūq̃ vult intrare ad ouile: ꝑ oſtiū intret: chriſtū verū ꝑdicet: nō ſolū chriſtū verū predicet/ ſed chriſti gloriā querat/non ſuā: Nā multi querēdo gloriā ſuā/ oues chriſti ſparſerūt potius q̃ ꝯgregauerūt. Humilis ē eñ ianua chriſtus dñs: Qui intrat ꝑ hanc ianuā/oportet humilē eſſe/vt ſano capite poſſit intrare. Qui aūt ſe non humiliat ſed extollit: ꝑ maceriā vult aſcēdere. Qui aūt ꝑ maceriā aſcendit: ideo exaltat̃ vt cadat. Tecte tamen adhuc loquitur dñs ieſus: nondū intelligit̃. Nominat oſtiū/nominat ouile/nomīat oues: cōmendat hec omnia/ ſed nondū exponit. Legamus ergo: quia vēturus ē ad ea verba/in quib⁹ nobis aliqua que dixit dignetur exponere: ex quorū expoſitione dabit nobis fortaſſe etiā illa que nō expoſuit intelligere. Paſcit eñ manifeſtis: exercet obſcuris. Qui nō intrat ꝑ oſtiū in ouile ouiū/ ſed aſcēdit aliūde: ve miſero/q2 caſurus eſt. Sit ergo humilis: ꝑ oſtiū intret: plano pede veniat/ꝛ nō offendat. Jlle inq̄t fur eſt et latro/q̄ oues ſuas vult dicere oues alienas: ad hoc ſuas: id ē furto ablatas: vt non ſaluet/ſed vt occidat. Ergo fur ē: q2 qđ alienū eſt ſuū dicit: latro/q2 ꝛ qđ eſt furatus occidit. Qui aūt intrat ꝑ oſtiū/ paſtor ē ouiū: Huic oſtiarius aperit. De C oſtiario iſto tūc queramus/qñ ab ipſo domino audierimus qđ ſit oſtiū: et qui ſit paſtor. Et oues vocē ei⁹ audiūt: et ꝓprias oues vocat nominatim. Habet eñ noīa eorū ſcripta in libro vite: Proprias oues vocat noīatim. Hinc dicit apl̃s: Nouit dñs q̄ ſunt ei⁹. Et adducit eas: 1.Timoth.2.c.
et cū ꝓprias oues emiſerit/ante eas vadit: ꝛ oues illū ſequunt̃: q2 ſciunt vocē ei⁹. Alienū aūt non ſequunt̃/ſed fugiūt ab eo: quia non nouerunt vocē alienorū. Tecta ſunt

verba hec/plena queſtionibus/grauida ſa-
cramentis. Sequamur ergo ⁊ audiamꝰ ma
giſtrũ ex his obſcuris aliquid aperientẽ: ⁊
ꝑ id qđ aperit/ nos forte intrare facientẽ.
**Hoc ꝓuerbiũ dixit illis ieſus: illi
autẽ nõ cognouerũt quid loque-
rẽt eis.** Forte nec nos. Quid ergo inter-
eſt inter illos ⁊ nos: anteq̃ iſta v̾ba agno-
ſcamꝰ ⁊ nos? Quia nos pulſamꝰ vt aperia
tur nobis: illi autẽ chriſtũ negãdo nolebãt
intrare ſeruãdi/ſed foris remanere ꝑdendi.
Cũ ergo nos audimus hec pie/ ꝙ anteq̃ il-
la intelligamus/ credimꝰ vera eſſe atq̃ di-
uina: magna ab iſtis diuerſitate diſtamꝰ.
Cũ eñ duo audiũt v̾ba euãgelij: vnꝰ impi-
us/alter pius: ⁊ talia ſũt vt forte ambo nõ
intelligãt: vnꝰ dicit/nihil dixit: alius dicit/
verũ dixit: ⁊ bonũ eſt qđ dixit/ſed nos non
intelligimꝰ. Iſte q̃ credit iã pulſat/ ⁊ dignꝰ
eſt cui aperiat̃ ſi pulſare ꝑſiſtat: ille v̾o ad-
Eſaie.7.b. huc audiat: Niſi credideritꝭ nõ intelligetꝭ.
Quare iſta cõmendo? Quia etiã cũ verba
hec obſcura ſicut poſſuꝫ expoſuero: aut q̃
valde ſunt abdita: vel ego eoꝝ nõ appreh̃ẽ
dere intelligentiã/vel explicandi qđ intelli
go nõ habuero facultatẽ: vel tam fuerit q̃ſ-
q̃ tardus/vt etiã exponentẽ nõ ſequat̃: nõ
de ſe deſperet: maneat in fide: ambulet in
Phil.3.d. via: audiat apl̃m dicentẽ: Et ſi q̃d aliter ſa-
pitis/ hoc q̃q̃ vobis deꝰ reuelabit: verũta-
mẽ in qđ ꝑuenimꝰ/in eo ambulemus. Inci
piamꝰ ergo audire exponentẽ/ quẽ audiui-
mus ꝓponentẽ. **Dixit ergo iterũ eis
ieſus: Amẽ amẽ dico vobis/ quia
ego ſũ oſtiũ ouiũ.** Ecce ipſũ oſtiũ qđ
clauſum poſuerat/ aperuit. Ipſe eſt oſtiũ:
Agnouimꝰ/intremus: vt nos intraſſe gau
deamꝰ. **Oẽs quotquot venerũt/ fu
res ſunt ⁊ latrones.** Quid eſt h̾ dñe:
Omnes q̃tquot venerunt? Quid eñ? Tu
nõ veniſti? Sed intellige. Oẽs quotquot
venerũt dixit/ vtiq̃ p̃ter me. Recolamꝰ er-
go: Ante aduentũ ipſius venerũt ꝓphete:
nũquid fures ⁊ latrones fuerũt? Abſit: nõ
p̃ter illũ venerũt: quia cũ illo venerũt. Uẽ
turꝰ precones mittebat: ſed eoꝝ corda q̃s
miſerat poſſidebat. Uultis noſſe quia cũ il
lo venerũt? Qui eſt ipſe ſemp/carnẽ quip-
pe accepit ex tẽpore. Quid eſt ergo ſemp?
Joh.1.a. In principio erat verbũ. Cũ illo ergo ve-
Joh.14.a. nerunt/ qui cũ verbo dei venerũt. Ego ſũ
inquit via et veritas ⁊ vita. Si ipſe eſt ve-
ritas: cũ illo venerunt qui veraces fuerũt.
Quotquot ergo p̃ter illũ: fures ſũt ⁊ latro-
nes: id eſt/ad furandũ ⁊ occidendũ. **Sed D
non audierunt eos oues.** Maior
hec queſtio eſt: nõ audierunt eos oues. Añ
aduentũ dñi noſtri ieſu chriſti/ quo humi-
lis venit in carne/p̃ceſſerunt iuſti: ſic in eũ
credentes venturũ/ quomõ nos credimus
in eũ qui venit. Tempora variata ſunt/nõ
fides: quia ⁊ ipſa verba ꝓ tempore varian-
tur/cũ varie declinant̃. Aliũ ſonuꝫ habet/
venturus eſt: aliũ ſonũ habet/venit. Mu-
tatus eſt ſonus: venturus ẽ ⁊ venit. Eadẽ
tamen fides vtroſq̃ coniũgit: ⁊ eos q̃ ven
turũ eſſe: et eos qui eũ veniſſe crediderũt.
Diuerſis quidẽ temporibꝰ/ ſed vtroſq̃ per
vnũ fidei oſtiũ: hoc eſt ꝑ chriſtũ/ videmus
ingreſſos. Nos credimus dñm ieſũ chriſtũ
natũ ex virgine: veniſſe ĩ carne/ paſſũ eſſe/
reſurrexiſſe/in celũ aſcendiſſe. Totũ hoc ſi-
cut verba auditis p̃teriti temporis: imple-
tũ eſſe iam credimus. In eius ſunt fidei ſo
cietate nobiſcum et illi patres qui credide-
runt de virgine naſciturũ/paſſurũ/reſurre-
cturũ/in celũ aſcenſurũ. Illos eñ oſtendit
apoſtolus vbi ait: Habẽtes autẽ eundẽ ſpi 2.Cor.4.c.
ritũ fidei/ſicut ſcriptum eſt. Credidi ꝓpter Ps.115.
quod locutus ſũ: et nos credimꝰ/ ꝓpter qđ
⁊ loquimur. Propheta dixit: Credidi pro-
pter qđ locutus ſũ. Apoſtolꝰ dicit: Et nos 1.Cor.10.a.
credimus/ ꝓpter qđ et loquimur. Ut ſcias
autẽ ꝙ vna ſit fides/audi dicentẽ: Haben-
tes eundẽ ſpiritũ fidei et nos credimꝰ. Sic
et alio loco: Nolo eñ vos inquit ignorare
fratres/q̃ patres noſtri oẽs ſub nube fu-
erũt: ⁊ omnes mare tranſierũt: ⁊ omnes in
moyſe baptizati ſunt in nube et in mari: et
oẽs eandẽ eſcã ſpiritalẽ manducauerũt:
et omnes eundẽ potũ ſpiritaleꝫ biberunt.
Mare rubꝝ ſignificat baptiſmũ. Moyſes
ductor ꝑ mare rubꝝ/ ſignificat chriſtũ. Po
pulꝰ tranſiẽs ſignificat fideles. Mors egy-
ptiorũ/ſignificat abolitionẽ peccatoꝝ. In
ſignis diuerſis/eadẽ fides: ſic ĩ ſignis diuer
ſis quomõ in verbis diuerſis: q̃ verba ſo-
nos mutãt ꝑ tp̃a: ⁊ vtiq̃ nihil aliud ſunt v̾-
ba q̃ ſigna: Significãdo eñ v̾ba ſũt. Tol-
le ſignificationẽ verbo/ſtrepitus inanis ẽ.
Significata ſunt ergo oĩa. Nũquid non
eadẽ credebãt/ ꝑ quos hec ſigna miniſtra-
bant̃: ꝑ quos eadẽ que credimus/ ꝓpheta-
ta ꝓnũciabant̃? Utiq̃ credebãt: Sed illi

ventura eſſe/nos aũt veniſſe: Ideo aũt ſic
ait: Eundẽ potũ ſpiritalẽ biberũt. Si ſpiri
talẽ eundẽ: nã corporalẽ non eundẽ. Quid
eñ illi bibebant? Bibebant eñ de ſpiritali
ſequente petra: petra autẽ erat chriſt⁹. Vi/
dete ergo: fide manẽte/ ſigna variata. Ibi
petra chriſtus: nobis chriſtus qḋ in altari
dei ponit: Et illi p magno ſacramẽto eiuſ/
dem chriſti biberunt aquã pfluentẽ de pe/
tra: nos quid bibamus norunt fideles. Si
ſpeciẽ viſibilẽ intendas/aliud eſt. Si intel/
ligibilẽ ſignificationẽ: eundẽ potũ ſpirita/
lem biberunt. Quotquot ergo illo tpe cre/
diderunt vel abrã/ vel iſaac/vel iacob/vel
moyſi: vel alijs patriarchis/alijſq3 pphetis
chriſtũ pnũciantibus: oues erant/ ꝛ chriſtũ
audierunt: nõ alienã vocẽ/ſed ipſius audi/
erũt. Iudex fuerat in preçone: quia ꝛ quã/
do iudex loquit p preçonẽ: exceptor nõ fa/
cit: preco nõ dixit/ſed iudex dixit. Alij ſunt
ergo quos nõ audierũt oues: in quibus nõ
erat vox chriſti: errãtes/falſa dicẽtes/ina/
nia garriẽtes/vana fingẽtes/miſeros ſedu/
E centes. Quid eſt ergo qḋ dixi? Maior hec
queſtio eſt: quid habet obſcurũ et ad intel/
ligendũ difficile? Audite obſecro: Ecce do/
minus ipſe ieſus chriſt⁹ venit/ predicauit:
Vtiq3 multo magis vox paſtoris erat/ ex/
preſſa ipſo ore paſtoris. Si eñ p pphetas
vox paſtoris erat: quanto magis vocẽ pa/
ſtoris pferebat lingua ipſa paſtoris. Non
omnes audierunt. Sed qḋ putamus? Qui
audierunt oues erũt? Ecce audiuit iudas/
et lupus erat: Sequebat: ſed pelle ouina
tectus/ paſtori inſidiabat. Aliq vero eorũ
q chriſtũ crucifixerũt: nõ audiebãt/et oues
erant: Ipſos eñ videbat in turba/ quãdo
Ioh.8.d. dicebat: Cũ exaltaueritis filiũ hominis: tũc
cognoſcetis quia ego ſũ. Quomõ iſta ſol/
uitur queſtio? Audiunt nõ oues: et nõ au/
diunt oues. Sequunt vocẽ paſtoris qui/
dam lupi: et ei quedã contradicunt oues:
poſtremo paſtorẽ occidũt oues. Soluitur
queſtio. Reſpõdet eñ aliquis ꝛ dicit: Sed
qñ nõ audiebant/oues nondũ erant: tunc
lupi erat. Vox audita eos mutauit: ꝛ ex lu
pis oues fecit. Qñ aũt facte ſunt oues: au
dierunt: et paſtorẽ inuenerũt: paſtoremq3 ſe/
cute ſunt: Paſtoris pmiſſa ſperauerũt: qr
iuſſa fecerunt. Soluta eſt vtcũq3 iſta que/
ſtio: ꝛ cuiq3 forte ſufficiat. Me autẽ adhuc
mouet: et qḋ me moueat cõmunico vobiſ/
cũ: vt quodãmodo querẽs vobiſcũ/ reuelã
te illo vobiſcum merear inuenire. Quid ẽ
me moueat accipite: Per eçechielẽ pphe/
tã dñs obiurgat paſtores: et dicit inter ce/
tera de ouibus: Errantẽ ouem non reuoca/ Eçech.34.a.
ſtis. Et errantẽ dicit/ ꝛ ouẽ appellat. Si qñ
errabat ouis erat: cuius vocẽ vt erraret au
diebat? Proculdubio eñ nõ erraret/ſi vo/
cẽ paſtoris audiret: Sed ideo errauit: quia
vocem audiuit alieni: vocẽ furis et latro/
nis audiuit. Certe latronũ voces nõ audi/
unt oues. Qui venerũt inquit/ ꝛ intelligi/
mus/pter me: id eſt/qui venerunt pter me:
fures ſunt ꝛ latrones: et nõ audierunt eos
oues. Dñe/ſi nõ audierũt eos oues: quo/
modo errãt oues/ſi oues nõ audiũt niſi te?
Tu aũt veritas es. Quiſq3 veritatẽ audit
nõ vtiq3 errat: Illi aũt errãt/ ꝛ oues appel/
lant: nã ſi in errore ipſo oues nõ appellarẽ/
tur: non diceret p eçechielẽ pphetã: Erran/
tem ouẽ nõ reuocaſtis. Quomõ et errat et
ouis eſt? Vocẽ alieni audiuit? Certe non
audierũt eos oues. Deinde mõ multi col/
ligunt ad ouile chriſti: et ex hereticis fiunt
catholici. A furibus tollunt: paſtori reddũ
tur. Et alieni qñ murmurãt/ tediũ patiunt
ad reuocantẽ: ꝛ nõ intelligũt iugulãtẽ: ve/
rũtamẽ etiã cũ renitẽtes venerũt que oues
ſũt: agnoſcũt vocẽ paſtoris: et ſe veniſſe le/
tant: et erraſſe erubeſcũt. Quãdo ergo in
illo errore tanq3 in veritate gloriabant: et
vtiq3 nõ audiebant vocẽ paſtoris: ꝛ alienũ
ideo ſequebant: oues erãt an nõ erant? Si
oues erãt: quomodo alienos oues audiũt?
Si oues nõ erãt: quare obiurgant illi qui/
bus dicit: Errantẽ ouẽ nõ reuocaſtis? Ipſis
etiã iam factis catholicis chriſtianis/bone
ſpei fidelibus: aliqñ mala contingũt: ſedu/
cuntur in errorẽ: et poſt errorẽ reuocãtur.
Quãdo ſeducti ſunt in errorẽ/ ꝛ rebaptiça/
ti ſunt: aut poſt ouilis dominici ſocietatẽ/
rurſus in errorẽ priſtinũ reuolati ſũt: oues
erant an nõ erãt? Vtiq3 catholici erãt. Si
catholici fideles erãt/oues erant. Si oues
erant: quomõ vocẽ alieni audire potuerũt
cũ dñs dicat: nõ audierũt eos oues? Audi/ F
ſtis fratres altitudinẽ queſtionis. Dico er/
go: Nouit dñs qui ſunt eius: Nouit pſci/ 2.timoth.2.c.
tos: nouit pdeſtinatos. De illo quippe di/
cit: Quos autẽ pſciuit et pdeſtinauit con/ Roma.8.f.
formes fieri imaginis filij ſui: vt ſit primo/
genitus in multis fratribus: Quos autẽ

ꝑdeſtinauit/ipſos et vocauit: et quos vo/
cauit/ipſos et iuſtificauit:quos autē iuſti/
ficauit/ipſos ꝛ glorificauit. Si deus ꝓ no/
Roma.8.f. bis/quis cōtra nos? Adde adhuc: Qui ꝓ/
prio filio ſuo nō pepercit/ſed ꝓ nobis om/
nibus tradidit eū:quomō etiā nō cum illo
omnia nobis donauit? Sed quibꝰ? Nobis
ꝑſcitis/ꝛ ꝑdeſtinatis/iuſtificatis/glorifica/
tis:de quibus ſequit: Quis accuſabit ad/
2.timoth.2.c. uerſus electos dei? Nouit dominꝰ qui ſūt
eius:ipſę ſunt oues. Aliqn̄ ſe ipſę neſciunt/
ſed paſtor nouit eas. Scđm iſtam ꝑdeſti/
nationē/ ſm̄ iſtam dei pręſciētiā/ ſm̄ electi/
onē ouiū/ante conſtitutionē mūdi. Scđm
iſtam ergo pręſcientiā dei et prędeſtinati/
onē/ ꝗ̄ multę oues foris/ ꝗ̄ multi lupi in/
tus: Et ꝗ̄ multę oues intus/et ꝗ̄ multi lu/
pi foris. Quid ē quod dixi: Q̄ multę oues
foris? Q̄ multi modo luxuriant/ caſti fu/
turi. Q̄ multi blaſphemant chriſtū/credi/
turi in chriſtū: Q̄ multi ſe inebriāt / futuri
ſobrij: Q̄ multi rapiūt res alienas/dona/
turi ſuas: verūtamen modo vocē alienam
audiunt/alienos ſequunt. Itē ꝗ̄ multi in/
tus laudāt/blaſphematuri: Caſti ſunt/for/
nicaturi: Sobrij ſunt/ſe vino poſtea ſepul
turi: Stāt/caſuri:et nō ſunt oues. De ꝑde/
ſtinatis em̄ loquimur. De his loq̄mur quos
nouit dn̄s/ qui ſunt eius: Et tamē ipſi ꝗ̄/
diu recte ſapiūt/chriſti vocē audiunt: Ecce
audiunt ipſi/nō audiunt illi:et tamē ſm̄ ꝑ/
deſtinationē nō oues iſti/oues illi. Adhuc
manet queſtio/quę mihi interim nūc vide/
tur ita poſſe diſſolui. Eſt aliqua vox:eſt in/
quā vox aliqua paſtoris/in qua oues non
audiūt alienos:i qua nō oues audiūt chri/
Matth.10.c. ſtū. Quę eſt iſta vox? Qui pſeuerauerit vſ/
ꝗ in finē/hic ſaluus erit. Hanc vocē nō ne/
gligit ꝓprius: nō audit alienus: Nā et ille
hoc ei ꝑdicat/vt pſeueret apud ipſum vſꝗ
in finē: Sed nō apud eū pſeuerādo nō au/
dit hanc vocē. Uenit ad chriſtū: audit alia
et alia verba/ illa et illa / omnia vera/ ſana
oīa:inter quę oīa eſt ꝛ illa vox: Qui ꝑ/
ſeuerauerit vſꝗ in finē/ hic ſaluꝰ erit: Iſtā
qui audierit ouis eſt. Sed audiebat illā ne/
ſcio quis:et deſipuit:refriguit/ audiuit ali/
enā. Si prędeſtinatus ē/ ad tēpus errauit:
in ęternū non perijt:redit vt audiat qđ ne/
glexerit:faciat qđ audiuit. Si em̄ de his ē
qui ꝑdeſtinati ſunt: ꝛ errorē ipſius deus ꝑ/
ſciuit/ꝛ conuerſionē futurā. Si aberrauit/

redit vt audiat illā vocē paſtoris/ ꝛ ſequa/
tur dicentē: Qui pſeuerauerit vſꝗ in finē
hic ſaluus erit. Bona vox fratres/vera/pa
ſtoralis:ipſa ē vox ſalutis in tabernaculis
iuſtorꝝ: Nā facile eſt audire chriſtū: facile ē
laudare euangeliū:facile eſt acclamare diſ/
putatori. Perſeuerare vſꝗ in finē/hoc eſt
ouiū vocē paſtoris audientiū. Temptatio
accidit/ pſeuera vſꝗ in finē: quia tempta/
tio nō pſeuerat vſꝗ in finē. Uſꝗ in quē fi/
nem pſeuerabis? Quouſꝗ finies viā? Q̄/ G
diu em̄ nō audis chriſtū:aduerſarius tuus
ē in iſta via:hoc ē in iſta mortali vita. Sed
quid dicit? Concorda cū aduerſario tuo ci/ Matth.5.d.
to/dū es cū eo in via. Audiſti/credidiſti/cō/
cordaſti. Si aduerſabaris ꝯcorda/ ſi tibi ꝑ/
ſtitū eſt concordare. Si aduerſabaris con/
corda:noli vlterius litigare. Quādo em̄ fi/
niat via neſcis/ſed tamē ille ſcit. Scit ille ſi
ouis es: ꝛ ſi pſeuerauerís vſꝗ in finē/ ſaluꝰ
eris: Ac ꝑ hoc iſtā vocē nō contemnūt ſui:
nō audiūt alieni. Ut potui vt ipſe donauit
ꝓfundā multū queſtionē aut expoſui vo/
bis/aut tractaui vobiſcū. Si qui minus in/
tellexerūt:maneat pietas/ et reuelabit ve/
ritas:qui autē intellexerūt:nō ſe extollant
quaſi celeriores ſuꝑ tardiores:ne extollēdo
ſe exorbitēt:et facilius ꝑueniāt tardiores.
Omnes autē ꝑducat cui dicimus: Deduc
me dn̄e in via tua: et ambulabo in verita/
te tua. Per hoc ergo qđ expoſuit dn̄s/quia
ipſe eſt oſtiū:intremus ad ea quę ꝓpoſuit/
nec expoſuit. Et paſtor quidē quiſnam ſit:
ꝗuis nō dixerit in iſta lectione quę hodie
recitata ē:tamen in ea quę ſequit apertiſſi/
me dicit: Ego ſum paſtor bonus. Q̄ð et ſi
nō diceret:quē alium ꝑter ipſum intellige/
re deberemꝰ in eis verbis vbi ait: Qui in/
trat ꝑ oſtiū/paſtor ē ouiū:huic oſtiariꝰ ape/
rit:et oues eius vocē audiunt:et proprias
oues vocat nominatim/et educit eas: ꝛ cū
ꝓprias oues emiſerit/an̄ eas vadit: ꝛ oues
eum ſequunt: quia ſciūt vocē eius? Quis
em̄ alius oues ꝓprias vocat nominatim: ꝛ
educit eas hinc ad vitā ęterna/niſi qui no/
uit nomina ꝑdeſtinatorū? Ūn̄ ait diſcipu/
lis ſuis: Gaudete/ qꝛ nomina veſtra ſcꝑta Luc.10.b.
ſunt in cęlo. Hinc em̄ vocat eas noīatim.
Et quis alius eas emitteret/niſi qui eaꝝ pec
cata dimittit:vt eū ſequi durꝭ liberatę vin/
culis poſſint? Et q̄s eas ꝑceſſit quo eū ſe/
quant/ niſi qui ſurgens a mortuis iam nō Roma.6.b.

moꝛit᷑: ⁊ moꝛs ei vltra non dominabit᷑. Et
Joh.17.d. cū hic conſpicuus eſſet in carne/ait: Pater
quos dediſti mihi/ volo vt vbi ego ſum/et
b ipſi ſint mecū. Vñ illud qđ ait: **Ego ſum
oſtiū: ꝑ me ſi q̄s introierit ſalua-
bitur: et ingredietur et egredietur:
et paſcua inueniet.** In hoc euidenter
oſtendit: nō ſolū paſtoꝛē/ ſed etiā oues in-
trare ꝑ oſtiū. Sed quid ē: ingredietur ⁊ egre-
dietur/et paſcua inueniet? Ingredi quippe in
eccleſiā ꝑ oſtiū chꝛiſtū valde bonū eſt: exi-
re autē de eccleſia/ſicut ait iſte ipſe iohan-
1.Joh.2.c. nes euāgeliſta ī epiſtola ſua: Ex nobis exi-
erūt/ſed nō erant ex nobis: non ē vtiq̄ bo
nū. Talis ergo egreſſus nō poſſet a bono
paſtoꝛe laudari/ vt diceret: ⁊ ingredietur ⁊
egredietur/ et paſcua inueniet. Eſt ergo ali-
quis non ſolū ingreſſus/ verū etiā egreſſus
bonus per oſtiū bonū/quod ē chꝛiſt⁹. Sed
quid ſit iſte laudabilis et beatus egreſſus?
Poſſem quidē dicere ingredi nos/qñ inte-
rius aliquid cogitamus: egredi autē quā-
do exterius aliquid operamur. Et quoniā
Eph.3.d. ſicut dicit ap̄lus: ꝑ fidē habitat chꝛiſtus in
coꝛdibus noſtris: ingredi ꝑ chꝛiſtū eſſe ſm
ipſam fidē cogitare: egredi aūt ꝑ chꝛiſtum
ſm ipſam fidē etiā foꝛis/ id ē corā homini-
Ps.103. bus operari. Unde ⁊ in pſalmo legit᷑: Exi-
et homo ad opus ſuū. Et ipſe domin⁹ dicit:
Matth.5.b. Luceant opera veſtra corā hominib⁹. Sed
plus me delectat quod ipſa veritas tanq̄
paſtoꝛ bonus / et ideo bonus doctoꝛ quo-
dāmodo nos admonuit/quemadmodū in-
telligere debeamus/qđ ait: Ingredietur ⁊
egredietur/et paſcua inueniet: conſecut⁹ ad-
iunxit: **Fur non venit niſi vt fure-
tur/et mactet/ et perdat: ego veni
vt vitā habeant/et abundantius
habeant.** Videt᷑ eñ mihi dixiſſe: vt vi-
tam habeant ingrediētes: et abundāti⁹ ha
beant egrediētes. Non autē poteſt quiſq̄
per oſtiū: id ē/ꝑ chꝛiſtū egredi ad vitā eter-
nam/que erit ī ſpecie/niſi ꝑ ipſum oſtium:
hoc ē per eundē chꝛiſtū in eccleſiā eius que
ē ouile eius/ intrauerit ad vitā tempoꝛalē/
Gal.5.b. que ē in fide. Ideo ait: Ego veni vt vitam
habeāt: hoc ē fidē/que ꝑ dilectionē opera-
tur: per quā fidē in ouile ingrediunt᷑ vt vi-
Abacuk.2.a. uant: quia iuſtus ex fide viuit. Et abūdan
Roma.1.b. tius habeāt: qui ꝑſeuerando vſq̄ in finē/ꝑ
illud oſtiū: id ē per fidē chꝛiſti egrediūtur:
quoniā veri fideles moꝛiunt᷑: et abūdanti-
us habebunt vitā/veniēdo quo paſtoꝛ ille
pꝛeceſſit: vbi nūq̄ deinde moꝛiant᷑. Quā-
uis ergo et hic in ipſo ouili non deſint pa-
ſcua: quoniā ad vtrūq̄ poſſimus intellige-
re quod dictū ē: ⁊ paſcua inueniet: id ē ⁊ ad
ingreſſum ⁊ ad egreſſū: tamē tunc vera pa
ſcua inuenient vbi ſaturent᷑ / qui eſuriūt et Matth.5.a.
ſitiūt iuſticiā: qualia paſcua inuenit cui di-
ctum ē: Hodie mecū eris ī paradiſo. Quo- Luc.23.f.
modo autē ipſe ſit oſtiū/ipſe paſtoꝛ: vt per
ſeipſū quodāmodo etiā ipſe ingredi ⁊ egre
di intelligat᷑: et quiſnā ſit oſtiarius: longū
ē hodie querere: ⁊ differendo ſicut ipſe do-
nauerit explicare.

**Ab eo quod dictū eſt: Ego ſum
paſtor bonus: bonus paſtoꝛ ani
mam ſuam ponit pꝛo ouibus ſu-
is: vſq̄ ad id quod ait: Mercēna-
rius autem fugit/quia mercennа-
rius eſt: et non pertinet ad eū de
ouibus:** Tractatus.XLVI.

a **Loquens do-**
minus ieſus ouibus ſuis/et
pꝛeſentibus et futuris: que
tunc aderant/que erāt ibi iā
oues eius: erātq̄ que future erāt ei⁹ oues:
Itē pꝛeſentib⁹ ⁊ futuris/ ⁊ illis ⁊ nobis: ⁊ q̄t-
quot etiā poſt nos fuerint oues eius: quis
ad eas miſſus eſſet/oſtēdit. Omnes ergo au-
diunt vocē paſtoꝛis ſui dicentis: **Ego ſū
paſtoꝛ bonus.** Nō adderet bonus/ni-
ſi eſſent paſtoꝛes mali. Sed paſtoꝛes mali
ipſi ſunt fures ⁊ latrones: aut certe vt mul-
tū mercēnarij. Omnes eñ hic ꝑſonas quas
poſuit requirere/ diſtinguere noſſe debem⁹.
Aperuit eñ iā duas res dñs/quas quodā-
modo clauſas ꝓpoſuerat. Iā ſcim⁹ qꝛ oſtiū
ipſe ē: ſcimus quia paſtoꝛ ipſe ē. Fures ⁊ la
trones q̄ ſint: in heſterna lectiōe patefactū
ē. Hodie aūt audiuim⁹ mercēnariū/audiui-
mus ⁊ lupū: heri noīatus ē ⁊ oſtiarius. In
bonis ergo oſtiū ē ⁊ oſtiari⁹/paſtoꝛ ⁊ ouis:
In malis fures et latrones/mercēnarij/ lu-
pus. Oſtiū dñm chꝛiſtū accipimus ipſū pa
ſtoꝛē/ipſū oſtiariū. Quia eñ hec duo ipſe
expoſuit: oſtiariū nobis reliquit querēdū.
Et q̄d ait de oſtiario? Huic inquit oſtiari⁹
aperit. Cui aperit? Paſtoꝛi. Quid apit pa
ſtoꝛi? Oſtiū. Et q̄s ē ipſum oſtiū? Ipſe pa-
ſtoꝛ. Nūquid ſi dñs chꝛiſt⁹ nō expoſuiſſet/
nō ipſe dixiſſet: Ego ſum paſtoꝛ/ ⁊ ego ſum

oſtiū: auderet quiſq̄ noſtrū dicere/ q̄ ipſe
chriſtus ſit ⁊ paſtor ⁊ oſtiū? Si eni diceret:
ego ſum paſtor/ ⁊ nō diceret: ego ſum oſti-
um: queſituri eramus quis eſſet oſtiū: ⁊ for-
te aliud putātes ante oſtiū remāſuri: gra-
tia illius ⁊ miſericordia nobis expoſuit pa-
ſtorē: ſeipſū dixit: expoſuit oſtiū: ſeipſū di-
xit: oſtiariū querendū nobis reliquit. Quē
nos dicturi ſum⁹ oſtiariū? Quemlibet in-
ueniremus: cauendū ē ne maior exiſtime-
tur q̄ ipſum oſtiū: quia oſtiarius in domi-
bus hominū maior ē oſtio. Oſtiarius eni
oſtio/ nō oſtiū p̄ponit oſtiario: q2 oſtiarius
oſtiū/ nō oſtiū cuſtodit oſtiariū. Nō audeo
dicere aliquē oſtiariū maiorē. Audiui eni
iā quid ſit oſtiū: nō me latet: non ſū dimiſ-
ſus coniecturę meę: nō mihi humana ē re-
laxata ſuſpitio. Deus dixit: veritas dixit:
mutari non pōt quod immutabilis dixit.
Dicā ergo in huius ꝓfunditate queſtionis
qd mihi videt: Eligat vnuſquiſq̄ qđ pla-
Sap.1.a. cet: pie tamē ſentiat ſicut ſcriptū ē: Senti-
te de dn̄o in bonitate: et i ſimplicitate cor-
dis querite illū. Oſtiariū forte ipſum dn̄m
B debemus accipere. Multo ſūt eni inter ſe
diuerſa in rebus humanis/ paſtor et oſtiū/
q̄ oſtiarius et oſtiū: et tamē dn̄s et paſto-
rem ſe dixit/ et oſtiū: Cur ergo nō intelliga-
mus ipſum et oſtiariū? Si eni conſiderem⁹
ꝓprietates: dn̄s chriſtus nec paſtor ē/ ſicut
conſueuimus noſſe et videre paſtores: nec
oſtiū ē: non eni eum faber fecit. Si aūt ſm
aliquā ſimilitudinē et oſtiū et paſtor ē: au-
deo dicere et ouis ē. Ouis nempe ſub pa-
ſtore eſt: tamen ille ⁊ paſtor eſt ⁊ ouis. Ubi
ē paſtor? Ecce hic habes: lege euangelium:
Ego ſum paſtor bonus. Ubi ē ouis? In-
Eſaie.53.c. terroga ꝓphetā: Sicut ouis ad immolan-
dū ductus ē. Ubi ē agn⁹? Interroga ami-
Joh.1.c. cum ſponſi. Ecce agnus dei/ ecce qui tollit
peccata mundi. Adhuc aliquid ſm iſtas ſi-
militudines mirabilius ſum dicturus. Et
agnus eni et ouis et paſtor/ inter ſe amica
ſunt. Contra leones autē a paſtorib⁹ oues
cuſtodiri ſolēt: ⁊ tamē de chriſto cū ſit ouis
Apocal.5.b. et paſtor/ legimus dictū: Uicit leo de tri-
bu iuda. Hęc omnia fratres ſm ſimilitudi-
nes accipite/ nō ſm ꝓprietates. Solemus
videre paſtores ſedere ſupra petrā: et inde
cōmiſſa ſibi pecora cuſtodire. Utriq̄ meli-
or paſtor q̄ petra/ ſup quam ſedet paſtor:
1.Cor.10.a. et tamen chriſtus et paſtor et petra. Totū
hoc ſm ſimilitudinē. Proprietatē autem ſi
queras a me: In principio erat verbū: et Joh.1.a.
verbū erat apud deū: et deus erat verbū.
Si queras a me ꝓprietatē: fili⁹ vnicus de
patre in ęternū ab ęterno genitus: ęqualis
gignenti: p quem facta ſunt oīa: cū patre
incōmutabilis: et accepta forma hominis
nō mutatus/ ex incarnatione homo/ filius
hominis et filius dei. Hoc totū qđ dixi/ nō
ſimilitudo ſed res ē. Non ergo pigeat nos
fratres ſm quaſdā ſimilitudines ipſū acci-
pere oſtiū/ ipſum oſtiariū. Quid ē eni oſti-
um? Quo intramus. Quis ē oſtiari⁹? Qui
aperit. Quis ergo ſe aperit/ niſi qui ſeipſū
exponit? Ecce dn̄s dixerat oſtiū: nō intelle-
xeramus. Quādo nō intelleximus/ clauſū
erat: qui aperuit ipſe ē oſtiarius. Nulla eſt
ergo neceſſitas aliquid aliud querere: nul-
la neceſſitas/ ſed fortaſſe ē voluntas. Si ē
voluntas: noli exorbitare: noli a trinitate
diſcedere. Si perſonā aliquā queris oſtia-
rij/ ſpirituſſanctus occurrat: Non eni dedi-
gnabit oſtiarius eſſe ſpirituſſanct⁹: quan-
do ipſum oſtiū eſſe dignatus ē filius. Ui-
de oſtiariū/ forte ſpiritumſanctū. Ipſe do-
minus diſcipulis ſuis de ſpirituſancto di-
cit: Ipſe vos docebit omnē veritatē. Oſti- Joh.16.c.
um quid ē? Chriſtus. Quid ē chriſtus? Ue-
ritas. Quis aperit oſtiū/ niſi qui docet om- C
nē veritatē? De mercēnario autē quid di-
cimus? Nō in bonis hic cōmemoratus ē.
**Paſtor bonus ait/ animam ſuam
dat pro ouibus ſuis. Mercenna-
rius et qui non eſt paſtor: cuiꝰ nō
ſunt oues ꝓprię: videt lupū ve-
nientē: et dimittit oues/ et fugit:
et lupus rapit et diſpergit oues.**
Non hic bonā perſonā mercēnarius gerit:
et tamen in aliquo vtilis ē. Nec mercēna-
rius diceret/ niſi acciperet a cōducēte mer-
cedem. Quis ē ergo iſte mercēnarius/ ⁊ cul-
pabilis et neceſſarius? Hinc vo fratres lu-
ceat nobis ipſe dn̄s: vt et mercēnarios in-
telligamus: ⁊ mercēnarij nō ſimus. Quis
ē ergo iſte mercēnarius? Sunt quidā eccle-
ſię ꝓpoſiti quib⁹ paulus apſus dicit: Sua Phil.2.c.
querentes/ nō quę ieſu chriſti. Quid ē ſua
querētes? Non chriſtū gratis diligentes:
nō deū ꝓpter deū querentes/ tēporalia cō-
moda ſectantes: lucris inhiātes: honores
ab hominibus appetētes. Hęc quādo amā-
tur a prępoſito/ et ꝓpter hoc ſeruitur deo:

quiſquis ē talis/mercēnarius ē:inter filios
ſe non cōputet. De talibus eñ et dñs di/
Matth.6.a. xit:Amen dico vobis/perceperunt merce/
dem ſuam. Audi de timotheo ſancto quid
dicat apl's paulus: Spero autē in dño ie/
ſu/timotheū cito me mittere vobis: vt et
ego bono animo ſim:cū cognouero quę cir
Phil.2.c. ca vos ſint: Neminē eñ habeo tam vna/
nimē/q̄ germane de vobis ſollicit⁹ ſit: om/
nes eñ ſua quęrūt/nō quę ieſu chriſti. In/
ter mercēnarios paſtor ingemuit. Quęſi/
uit aliquē q̄ ſinceriter diligeret gregē chri/
ſti:et circa ſe in eis qui cū illo eo tpe fuerāt
nō inuenit. Non eñ in eccleſia chriſti tunc
pręter paulū apl'm et timotheū nemo erat
qui germane de grege ſollicit⁹ eſſet: ſed cō/
tigerat vt eo tempore quo timotheū miſit:
circa ſe aliū de filijs nō haberet:ſ3 ſoli mer/
cēnarij cū illo eſſent:ſua quęrētes/ nō quę
ieſu chriſti:Et tamē ipſe germane de grege
ſollicitus:maluit filiū mittere:⁊ inter mer/
cēnarios remanere. Inuenimus ⁊ mercen/
narios:Nō eos diſcutit niſi dñs:qui cor in/
ſpicit/ipſe diſcutit: Tamē aliqñ intelligū/
tur a nobis: Non eñ fruſtra dixit ipſe do/
Matth.5.c. min⁹etiā de lupis: Ex fructib⁹ eoꝝ cogno/
ſcetis eos. Multos interrogāt tēptatiōes:
et tunc apparēt cogitationes:multi autē la
tent. Habet ouile dñi ꝑpoſitos/et filios/et
mercēnarios. Prępoſiti autē qui filij ſunt/
paſtores ſunt. Si paſtores ſunt: quō vnus
paſtor/niſi q2 ſunt illi omnes vnius mēbra
paſtoris/cuius ſunt oues ꝓprię? Nā et ipſi
Eſaie.53.c. mēbra ſūt ipſius vnius ouis: q2 ſicut ouis
ad immolandū ductus ē. Audite aūt/quia
D et mercēnarij neceſſarij ſunt. Multi quip/
pe in eccleſia cōmoda terrena ſectātes/chri
ſtū tamē prędicāt: ⁊ ꝑ eos vox chriſti audi/
tur: ⁊ ſequunẗ oues nō mercēnariū/ ſed vo
cem paſtoris ꝑ mercennariū. Audite mer/
cēnarios a b ipſo dño demōſtratos: Scri/
bę inquit ⁊ phariſęi cathedrā moyſi ſedēt:
Matth.23.a. quę dicūt facite:quę aūt faciūt/ facere no/
lite. Quid aliud dixit/niſi ꝑ mercennarios
vocē paſtoris audite? Sedendo eñ cathe/
drā moyſi/legē dei docent:ergo ꝑ illos de/
us docet. Sua vero illi ſi velint docere:no
lite audire: nolite facere. Certe enim tales
ſua quęrunt:nō quę ieſu chriſti. Nullus tñ
mercēnari⁹ auſus eſt dicere populo chriſti:
tua quęre/ nō quę ieſu chriſti. Qui eñ ma/
le facit:nō ꝑ̄dicat de cathedra chriſti: inde
lędit vñ male facit:non vñ bona dicit. Bo
trū carpe/ſpinā caue. Bñ q2 intellexiſtis/ſ3
ꝓpter tardiores dicā hoc idē planius. Quō
mō dixi: botrū carpe/ ſpinā caue: cum dñs
dicat: Nūquid colligūt de ſpinis vuā/ aut Matth.7.c.
de tribulis ficus? Verū ē omnino/⁊ etiā ve/
rū ego dixi:botrū carpe/ſpinā caue: q2 bo/
trus aliquādo de radice vitis exortus/pen
det in ſepe:creſcit palmes: inſeriẗ ſpinis: ⁊
portat fructū ſpina nō ſuū. Non eñ ſpinā
vitiſ attulit:ſ3 ſpiniſ palmes incubuit. Nō
li interrogare niſi radices. Quęre radicem
ſpinę: extra inuenies a vite. Quęre originē
vuę: vitis hanc ꝓtulit ex radice. Cathedrā
ergo moyſi vitiſ erat:phariſęoꝝ mores ſpi/
nę erāt. Doctrina vō ꝑ malos/ palmes in
ſepe. Botrū inter ſpinas caute lege: ne dū
quęris fructū/laceres manū. Et cū audis bo
na dicentē/ne imiteris mala facientē. Quę
dicūt facite:legite vuas: quę aūt faciūt/fa/
cere nolite: cauete ſpinas. Etiā ꝑ mercēna/
rios vocē paſtoris audite: Sed nolite eſſe
mercēnarij/cū ſitis membra paſtoris. Ipſe
aūt paulus apl's ſanctus q̄ dixit: Neminē Phil.2.c.
habeo q̄ tā germane de vobis ſollicit⁹ ſit:
oēs eñ ſua quęrūt/nō quę ieſu chriſti: Aliō
loco inter mercēnarios filioſq3 diſtinguēs/
videte q̄d dixerit: Quidā ꝑ inuidiā et con/ Phil.1.b.
tentionē: quidā vō et ꝑ bonā voluntatem
chriſtū prędicāt: quidā ex charitate/ſciētes
q2 in defenſione euāgelij poſitus ſū: quidā
vero et ꝑ contumaciā chriſtū annunciant:
nō caſte exiſtimātes tribulationē ſuſcitari
vinculis meis. Iſti mercēnarij erant: pau/
lo apl'o inuidebāt. Quare inuidebant/niſi
quia tēporalia requirebāt? Sed quid adiū
git attēdite. Quid eñ? Cū omī mō/ſiuē oc
caſione/ſiue veritate chriſtus annūcieẗ/ ⁊ i
hoc gaudeo/ſed ⁊ gaudebo. Veritas ē chri
ſtus: veritas a mercennarijs occaſione an/
nuncieẗ: veritas a filijs veritate annunci/
etur. Filij ęternā hęreditatē patris patien/
ter expectāt. Mercennarij tēporalē merce/
dē cōducētes/feſtināter exoptāt. Mihi hu
mana gloria cui mercēnarios inuidere vi/
deo minuaẗ: ⁊ tñ ꝑ linguas mercēnarioꝝ ⁊
filiorū diuina chriſti gloria diffameẗ: cū ſi/
ue occaſione ſiue veritate/ chriſtus annūci
etur. Vidimus q̄ ſit etiā mercēnari⁹. Quis
eſt lupus niſi diabolus? Et quid dictum ē
de mercēnario? Cū viderit lupum venien/
tē fugit: q2 nō ſunt eius oues ꝓprię: nec ei

cura eſt de ouib⁹: Nūquid talis erat apl's
paulus? Abſit. Nunqd talis petr⁹? Abſit.
Nunquid tales ceteri apl'i/excepto iuda fi-
lio pditionis? Abſit. Paſtores ḡ illi? Pla-
ne paſtores. Et vñ vn⁹ paſtor? Jā dixi pa-
ſtoreſ: qꝛ mēbra paſtoris illo capite gaude-
bāt: ſub illo capite ꝯcordabant: vno ſpū in
vnı⁹ corpis cōpage viuebāt: ac p hoc om̄es
ad vnū paſtorē ptinebāt. Si ḡ paſtoreſ, nō
mercēnarij: quare fugiebāt qñ perſecutio-
2. Cor'.11.g. nem patiebant? Expone nobis O dñe: vi-
di in epiſtola fugientē paulū: p murum in
ſporta ſubmiſſus eſt/ vt manus pſequētis
euaderet: Nō ergo illi cura fuit de ouibus/
quas lupo veniente deſerebat? Fugit pla-
ne: ſed eas paſtori in celo ſedēti orationi-
bus cōmendabat: Se autē vtilitati eaꝝ fu-
Phil.1.d. giendo ſeruabat/ſicut quodā loco ait: Ma
nere i carne neceſſariū duxi ꝓpter vos. Ab
Math.10.c. ipſo nāq paſtore omnes audierāt: Si vos
pſecuti fuerint in vna ciuitate/fugite in ali-
am. Hanc nobis queſtionē dñs dignet ex-
ponere. Dñe tu dixiſti eis quos fideles pa
ſtores eſſe vtiq volebas: quos tua mēbra
eſſe formabas: ſi vos pſecuti fuerint fugi-
te. Jniuriā ergo illis facis quādo reprehen
dis mercēnarios: qui vidēt lupū venientē/
ꝛ fugiūt: Rogam⁹ indices nobis/ qd habe-
at altitudo queſtionis: Pulſem⁹/ aderit q
aperiet ſe/oſtiarius oſtij qd ē ipſe. Quis ē
Phil.2.c. mercēnarius? Qui vidit lupū et fugit: qui
ſua querit/nō q̄ ieſu chriſti. Peccantē non
1.timoth.5.d. libere audet redarguere. Ecce neſcio quis
peccauit: grauiter peccauit: increpādus ē:
excōmunicādus eſt. Sed excōmunicat⁹ ini-
micus erit/inſidiabitur/nocebit cū potue-
rit. Jā ille qui ſua querit/nō que ieſu chri-
ſti: ne perdat qd ſectatur/humane amicitie
cōmoditatē: ꝛ inimiciciaꝝ humanaꝝ incur
rat moleſtiā/tacet/nō corripit. Ecce lupus
oui guttur apprehēdit: diabolus fideli adul
teriū perſuaſit. Tu taces/non increpas: O
mercēnarie/ lupū venientē vidiſti et fugi-
ſti. Reſpōdet forte et dicet: Ecce hic ſū/nō
fugi. Fugiſti/quia tacuiſti: Tacuiſti/qꝛ ti-
muiſti. Fuga animi timor ē. Corpe ſtetiſti/
ſpiritu fugiſti. Qd ille nō faciebat qui dice
Col.2.a. bat: Et ſi corpe abſens ſum/ ſpiritu vobiſ-
cū ſuꝫ. Quomō eñ ſpiritu fugiebat/q etiā
corpe abſens/ fornicatores litteris argue-
bat? Affectiōes noſtre mot⁹ animoꝝ ſunt:
Leticia/animi diffuſio: Triſticia/animi cō-
tractio: Cupiditaſ/animi ꝓgreſſio: Timor/
animi fuga ē. Diffūderis eñ animo cū de-
lectaris. Cōtraheris animo cū moleſtaris.
Progrederis animo cū appetis. Fugis ani-
mo cū metuis. Ecce vñ ille mercēnarius vi-
ſo lupo dicit fugere. Quare? † Quia nō Ar.†Mercenarius ideo fugit: qꝛ mercenarius eſt/ et non ptinet ad eum de ouib⁹.
eſt ei cura de ouibus. Quare nō eſt
ei cura de ouibus? Quia mercēnari⁹
eſt. Quid ē/mercennarius eſt? Tempora-
lem mercedē querit: ꝛ in domo in eternum
nō manebit. Sunt adhuc hec querenda/et
diſcutienda vobiſcū: ſed onerare vos nō ē
conſilij: Dñica eñ cibaria cū ſeruis mini-
ſtramus: in paſcuis dñicis oues paſcim⁹/ ꝛ
ſimul paſcimur. Sicut nō eſt negandū qd
neceſſariū eſt: ſic nō eſt cor infirmū pabuli
multitudine ꝑgrauandū. Non ſit ergo mo
leſtū charitati veſtre: qꝛ omnia que hic ad-
huc diſcutiēda arbitror/hodie nō diſcutio:
ſed iteꝝ nobis in nomine dñi dieb⁹ redden
di ſermonis/eadē lectio recitabit: ꝛ diligen
ter illo adiuuante tractabit.

Ab eo qd dictū ē: Ego ſū paſtor
bonus: ꝛ cognoſco oues meas: ꝛ
cognoſcūt me mee: vſq ad id qd
ait: Nūquid demoniū pōt cecoꝝ
oculos apire? Tractatus. XLVII.

Si ſermonē a

q dñi dei noſtri nō ſolū liben-
ter/ſed etiā diligenter audi-
ſtis: ꝓmiſſionis noſtre pro-
culdubio meminiſtis. Jpſa qppe lectio euā-
gelica et hodie lecta eſt/que lecta fuerat p-
ximo dñico die. Propterea quoniā in qui-
buſdā neceſſitatibus imorati: nō potuim⁹
om̄ia diſcutere/q̄ veſtris ſenſib⁹ debebam⁹:
Proinde q̄ iā dicta atq tractata ſunt/ ho-
die nō q̄rim⁹: ne adhuc eadē repetendo: ad
illa q̄ nondū dicta ſunt: puenire minime p-
mittamur. Noſtis iā in noīe dñi q ſit bon⁹
paſtor: ꝛ quēadmodū paſtoreſ boni/mēbra
ſint eius: et ideo paſtor ſit vnus. Noſtis q
ſit mercēnarius ferēdus: quis lupus/et fu-
res ꝛ latrones cauēdi: q̄ ſint oues: quod ſit
oſtiū quo ꝛ oues ingrediunt: ꝛ paſtor quō
ſit intelligēdus oſtiarius. Noſtis etiā qñ
quiſqs non per oſtiū intrauerit/ fur ē et la-
tro: nec venit niſi vt furet/et occidat ꝛ per-
dat. Hec omnia dicta/ſufficiēter quantum
exiſtimo pertractata ſunt: Hodie debem⁹
dicere quantū adiuuat dominus: quoniā

ipſe ieſus chriſtus ſaluator noſter/ ⁊ paſto/
rem ſe eſſe dixit/ et oſtiū: ⁊ paſtorem bonū
dixit intrare ꝑ oſtiū. Quō ipſe ꝑ ſe ipſum
intrat? Si eñ nemo paſtor bonus eſt niſi
qui per oſtiū intrat/ et ipſe eſt precipue pa/
ſtor bonus: ⁊ ipſe eſt oſtiū: intelligere non
poſſum niſi et ipſum ꝑ ſeipſum ad oues ſu
as intrare: et vocē ſuā illis dare vt ſequan/
tur eum: eaſq; intrantes et exeuntes pa/
ſcua inuenire/ quod ē vita eterna. Cito er/
go dico: Ego querens intrare ad vos: id ē/
ad cor veſtrū/ chriſtū ꝑdico: Si aliud predi/
cem/ per aliā partē conabor aſcēdere. Chri
ſtus itaq; mihi ianua eſt ad vos: ꝑ chriſtū
intro/ nō ad parietes veſtros/ ſed ad corda
veſtra. Quid ē ꝑ chriſtum intro? Chriſtū in
me libēter audiſtis. Quare chriſtū in me li
benter audiſtis? Quia oues chriſti eſtis: ſan/
guine chriſti cōparate eſtis: agnoſcitis preciū
veſtrū qd nō ad me dat̃/ ſed ꝑ me predicat̃.
Ille quippe emit/ qui precioſū ſanguinem
fudit. Precioſus ſanguis eſt illius ſine pec
cato: Fecit tamē ipſe etiam ſuorū ſangui/
nē precioſū/ ꝓ quibus dedit ſanguinis ꝓ/
ciū: Nā ſi ſuorū ſanguinē non faceret preci/
Ps.115. oſum/ non diceret̃: Precioſa in conſpectu
dñi/ mors ſanctorū eius. Itaq; etiā qd ait:
Paſtor bonus animā ſuā ponit ꝓ ouibus:
nō ipſe vnus fecit: et tamē ſi illi qui fecerūt
membra eius ſunt: idē ipſe vnus hoc fecit.
Ipſe eñ potuit facere ſine illis: ipſi ſine il/
Ioh.15.a. lo nō potuerūt/ cū ipſe dixit: Sine me nihil
poteſtis facere? Hinc autē oſtendimus qd
et alij fecerūt: quia ipſe apl's iohānes/ qui
hoc quod audiſtis euāgeliū predicauit: in
epiſtola ſua dixit: Sicut ꝓ nobis animā ſu
am poſuit: ſic et nos debem⁹ animas ꝓ fra/
tribus ponere. Debemus dixit: debitores
nos fecit/ qui prim⁹ exhibuit. Ideo quodā
Prouer.23.a loco ſcriptū eſt: Si ſederis cenare ad men/
ſam potētis: ſapiēter intellige q̄ apponūtur
tibi/ ⁊ mitte manū tuam: ſciens qꝛ talia te
oportet ꝑparare. Menſa potētis q̄ ſit no/
ſtis/ vbi ē corp⁹ ⁊ ſāguis chriſti: qui accedit
ad talē menſam/ ꝑparet talia. Et qd ē ꝑpa/
ret talia? Quomō ipſe ꝓ nobis animā ſuā
poſuit: ſic ⁊ nos debem⁹ ad edificandā ple/
bē/ ad aſſerendā fidē animas ꝓ fratrib⁹ po/
nere. Ideo petro quē facere volebat paſto
rē bonū: nō in ipſo petro/ ſed i corpore ſuo
Ioh.21.d. ait/ Petre amas me? Paſce oues meas.
Hoc ſemel/ hoc iterū/ hoc tertio: vſq; ad ei⁹
triſticiā. Et cum tantū interrogaſſet dñs/
quantū interrogandū eſt indicauit/ vt ter
confiteat̃ qui ter negauerat: ⁊ ei ſuas oues
paſcendas tertio cōmendaſſet/ ait illi; Cū Ibidem.e.
iunior eſſes/ cingebas te ⁊ ambulabas vbi
volebas: cū autē ſenueris/ extēdes manus
tuas/ et alter te cinget/ ⁊ ducet quo tu non
vis. Et expoſuit euangeliſta quid dñs di/
xerit: Hoc autē inquit dixit/ ſignificās qua
morte clarificaturus eſſet deū. Ad hoc er/
go ꝑtinet: paſce oues meas/ vt ponas ani/
mā tuam ꝓ ouibus meis. Iā illud qd ait:
Sicut nouit me pat̃ et ego agno/ N
ſco patrem. Quis neſcit hoc? Ipſe eñ
agnoſcit patrē ꝑ ſe/ nos ꝑ illū: quia ipſe ꝑ
ſe cognoſcit/ nouimus: quia et nos ꝑ illum
etiam hoc nouimuſ: quia ⁊ hoc ꝑ illū noui/
mus. Ipſe eñ dixit: Deū nemo vidit vn/ Ioh.1.b.
q̄/ niſi vnigenitus filius qui eſt in ſinu pa/
tris/ ipſe enarrauit: Ergo ⁊ nos ꝑ ipſū qui/
bus enarrauit. Itē alibi ait: Nemo nouit Matth.11.d.
filiū niſi pater: neq; patrē quis nouit niſi fi
lius/ et cui voluerit fili⁹ reuelare. Sicut er/
go ipſe ꝑ ſe nouit patrē: nos autē ꝑ illū no/
uimus patrē: ſic intrat in ouile per ſemet/
ipſum/ ⁊ nos ꝑ ipſum. Oſtiū dicebamus ꝑ
chriſtū nos habere ad vos: Quare? Quia
chriſtū predicamus: Nos chriſtū predicā/
mus: ⁊ ideo intramus ꝑ oſtiū. Chriſtus au
tē chriſtū ꝑdicat: quia ſeipſū ꝑdicat: ⁊ ideo
paſtor ꝑ ſeipſū intrat. Lumen cū alia mon
ſtrat que vident̃ in lumine: nūquid aliquo
alio indiget vt mōſtret̃? Lumē ergo ⁊ alia
demonſtrat ⁊ ſeipſū. Quecūq; intelligim⁹/
intellectu intelligim⁹: Et ipſum intellectū
vñ niſi intellectu intelligimus? Nūquid ſic
oculo carnis ⁊ alia vides ⁊ ipſū? Quis eñ
videant homines oculis ſuis: nō tñ vident
oculos ſuos. Ocul⁹ carnis alia videt/ ſe nō
pōt: intellectus autē et alia intelligit/ et ſe/
ipſum. Quō intellectus videt ſe: ſic ⁊ chri/
ſtus ꝑdicat ſe. Si predicat ſe/ ⁊ ꝑdicādo in/
trat ad te: ꝑ ſe intrat ad te ⁊ ad patrē. Ipſe
eſt oſtiū: quia nō ē qua veniat̃ ad patrē ni/
ſi ꝑ ipſū. Unus eñ de⁹ et vn⁹ mediator dei 1.timoth.2.b.
et hoim/ homo chriſt⁹ ieſus. Uerbo multa
dicunt̃. Hec ipſa que dixi/ vtiq; verbo dixi.
Si velim dicere et ipſū verbū/ vñ dico niſi
verbo? Ac ꝑ hoc ꝑ verbū ⁊ alia dicunt̃ que
nō ſunt: quod verbū/ ⁊ ipſum verbū dici nō
poteſt niſi ꝑ verbū. Adiuuante dño exem/
plis abundauim⁹. Tenete ergo quomodo

dñs ieſus chriſtus/ ⁊ oſtiū ſit ⁊ paſtor: Oſti
um pandēdo ſe: paſtor intrando p ſe. Et q̄-
dem fratres/ q̄ paſtor eſt/ dedit et membris
ſuis: Nam et petrus paſtor: et paulus pa-
ſtor: et cęteri apoſtoli paſtores: et boni epī
paſtores. Oſtiū vero nemo noſtrū ſe dicit:
hoc ſibi ipē ꝓpriū tenuit/ qua intrāt oues.
Deniq̄ paulus boni paſtoris implebat of
ficiū qñ chriſtū prędicabat: quia p oſtiū in-
trabat. At vbi oues indiſciplinatę cęperūt
facere ſchiſmata/ et alia oſtia ſibi ponere:
nō qua intrarēt vt ꝯgregarent̄: ſed q̄ erra-
1. Cor. 1. b. rēt vt diuiderent̄ dicētes: Alij/ ego ſū pau-
li: alij/ ego ſum cęphę: alij/ ego apollo: alij/
ego chriſti: expauēſcēs ad eos qui dixerūt:
ego ſū pauli: tanq̄ clamans ad oues: miſe-
rę qua itis? non ſū oſtiū: Nunquid paulus
inquit ꝓ vobis crucifixus ē: aut in nomine
C pauli baptiȥati eſtis? Qui vero dicebant:
Ego ſū chriſti: inuenerūt oſtiū. De vno au
tem ouili ⁊ vno paſtore/ iam quidē aſſidue
ſoletis audire: Multū eñ cōmendauimus
vnū ouile prędicātes vnitatem: vt p chri-
ſtum omnes oues ingrederent̄/ et donatū
nulla ſequeret̄: verūtamen vnde hoc pro-
prie dixerit dñs ad ipſos/ ſatis apparet: Lo
quebat̄ eñ apud iudęos: miſſus autē fue-
rat ad ipſos iudęos: nō ꝓpter quoſdā im-
mani odio ptinaces et pſeuerātes in tene-
bris: ſed ꝓpter quoſdā in ipſa gente quas
Matth. 15. c. dicit oues ſuas/ de quib⁹ dicit: Nō ſū miſ-
ſus niſi ad oues quę perierūt domus iſra-
el. Nouerat etiā eas in turba furentiū: ⁊ p̄-
uidebat in pace credentiū. Quid eſt ergo:
Nō ſū miſſus niſi ad oues q̄ perierunt do-
mus iſrael: niſi quia p̄ſentiā ſuā corporalē
nō exhibuit niſi populo iſrael? Ad gentes
nō perrexit ipſe/ ſed miſit: ad populū vero
iſrael et miſit ⁊ venit ipſe: vt qui cōtemne-
bant/ maius iudiciū ſumerent: quia etiā p̄-
ſentia eſt illis exhibita. Ipſe dñs ibi fuit:
ibi matrē elegit: ibi cōcipi/ ibi naſci/ ibi ſan-
guinē fundere voluit: ibi ſunt veſtigia ei⁹:
modo adorant̄ vbi nouiſſime ſtetit: vnde
aſcēdit ad cęlū: Ad gētes aūt miſit. Sȝ for-
te aliqui arbitrant̄: qm̄ non ipē ad nos ve-
nit/ ſed miſit ad nos: non nos audiſſe vocē
ipſi⁹/ ſed vocē coꝝ quos miſit. Abſit. Pel-
latur iſta cogitatio de cordibus veſtris: et
in his quos miſit ipſe erat. Ipſū paulū au
di quē miſit. Ad gentes eñ p̄cipue paulū
miſit apoſtolū. Et ait ipſe paulus terrens
nō de ſe ſed d̄ illo: An vultis accipere expe- 2. Cor. 13. a.
rimentū eius qui in me loquit̄ chriſt⁹? Au-
dite ⁊ ipſum dñm: Et alias oues ha-
beo: id ē in gentibus: quę nō ſunt de
hoc ouili: id ē/ de populo iſrael: opor-
tet me ⁊ illas adducere. Ergo p ſuos
nō p alteros adducit: Adhuc audi: et vo-
cē meā audient. Ecce ⁊ p ſuos ipſe lo-
quit̄: ⁊ p ſuos quos mittit vox eius audit̄:
vt ſit vnū ouile ⁊ vnus paſtor. De
duobus iſtis gregibus tanq̄ duob⁹ parie-
tibus/ factus eſt lapis angularis. Ergo et Eph. 2. d.
oſtiū eſt ⁊ lapis angularis/ oīa p ſimilitu
dinē/ nihil hoꝝ ꝓprie. Iam eñ dixi ⁊ cōmē
daui vęhemēter: et qui capiunt ſapiūt: im-
mo qui ſapiunt capiūt: ⁊ qui nondū intelle
ctu ſapiūt/ fide teneant qđ intelligere non-
dū poſſunt. Per ſimilitudines chriſt⁹ mul-
ta eſt/ quę p ꝓprietatē nō eſt. Per ſimilitu-
dinē ⁊ petra ē chriſtus/ ⁊ oſtiū eſt chriſtus/
et lapis angularis eſt chriſtus: ⁊ paſtor eſt
chriſtus: ⁊ agn⁹ ē chriſtus: ⁊ leo eſt chriſtus.
Et multa p ſimilitudines ⁊ alia/ quę cōme
morare longū eſt. Si aūt ꝓprietates diſcu
tias rerū quas videre conſueſti: nec petra
eſt/ quia durus ⁊ ſine ſenſu nō eſt: nec oſti-
um/ quia faber eū non fecit: nec lapis angu
laris eſt/ quia nō eſt ab ſtructore cōpoſit⁹:
nec paſtor eſt/ q2 cuſtos ouiū quadrupedū
nō eſt: nec leo eſt/ quia fera nō eſt: nec agn⁹
eſt/ quia pecus nō eſt: Oīa ergo iſta p ſimi-
litudinem. Quid ergo ꝓprie? In principio Joh. 1. a.
erat verbū: ⁊ verbū erat apud deū: ⁊ deus
erat verbū. Quid de homine qui apparuit?
Et verbū caro factū eſt: et habitauit in no Ibidem. b.
bis. Audi ⁊ cętera. Propterea me pa D
tęr diligit inquit: quia ego pono
animam meā/ vt iterum ſumā eā.
Quid ait? Propterea me pater diligit: q2
morior vt reſurgā. Cū magno eñ ponde-
re dictū eſt ego: quia ego pono inquit ani-
mā meā. Ego pono. Quid eſt ego pono?
Ego inquit illā pono. Non glorientur iu-
dęi: Sęuire potuerūt: poteſtatē habere nō
potuerunt. Sęuiant quantū poſſūt: ſi ego
noluero animā meā ponere: quid ſęuiendo
facturi ſunt? Una reſpōſione ꝓſtrati ſunt/
quādo eis dictū eſt. Quem quęritis? dixe- Joh. 18. a.
runt/ ieſum. Et ait eis: Ego ſum: redierunt
retro/ ⁊ ceciderunt in terrā. Qui ceciderunt
ad vnam vocem chriſti morituri: quid faci-
ent ſub voce iudicaturi? Ego inquā pono

animā meam/ vt iterū ſumā eam. Non glo
rientur iudęi quaſi qui pręualuerint: Ipſe
poſuit animā ſuā. Ego dormiui dicit. No-
Pſ.3. ſtis pſalmū: Ego dormiui et ſomnū cępi: ⁊
exurrexi: qm̄ dn̄s ſuſcepit me. Modo pſal-
mus ipſe lectus eſt/ modo audiuimꝰ: Ego
dormiui ⁊ ſomnū cępi: et exurrexi: qm̄ dn̄s
ſuſcepit me. Quid eſt/ ego dormiui? Quia
volui dormiui. Quid ē dormiui? Mortu-
us ſum. Nonne dormiuit/ qui quando vo-
luit de ſepulchro tanꝙ de lecto ſurrexit? Sꝫ
amat dare gloriā patri: vt nos ędificet glo
riā dare creatori: Nam ꝙ addidit: exurre-
xi: qm̄ dn̄s ſuſcipiet me: putatis hic quaſi
virtutē eius defeciſſe: vt ꝑ poteſtatem ſu-
am mori potuerit: et ꝑ poteſtatē ſuam re-
ſurgere nō potuerit? Sic eñ videnꝛ ſona-
re verba nō intentius intellecta: Ego dor-
miui: id eſt/ ꝙ volui dormiui: et exurrexi.
Quare? quia dn̄s ſuſcipiet me. Quid eñ?
Tu a teipſo reſurgere non valeres? Si eñ
non valeres/ nō diceres: **Poteſtatē ha
beo ponendi anima meam: et po-
teſtatem habeo iteꝝ ſumendi eā.**
Audi alio loco in euangelio: qꝛ nō ſolū pa-
ter ſuſcitauit filiū/ ſed etiam filius ſeipſū.
Joh.2.d. Soluite inquit templū hoc: ⁊ in triduo ſu-
ſcitabo illud. Et euangeliſta: Hoc autē in-
quit dicebat de templo corporis ſui. Hoc
eñ ſuſcitabatꝛ quod moriebatꝛ: Nam ver-
bum nō eſt mortuū: anima illa nō eſt mor-
tua. Si nec tua moritur/ dn̄i moreretꝛ? Uñ
ſcio inquis ſi mea non moritꝛ? A te non oc-
cidatur/ et non moritꝛ. Quomō inquis ego
poſſum occidere animā meā? Ut alia pec-
Sap.1.c. cata interim taceam: os quod mentitꝛ occi-
dit animā. Quomodo inquis ſecurus ſum
quia nō moritur? Ipſum dn̄m audi/ dantē
Matth.10.c. ſeruo ſecuritatē: Nolite timere eos qui oc-
Luc.12.a. cidunt corpus: et poſtea nō habent qd fa-
ciant. Sed plane quid ait? Eū timete qui
habet poteſtatē corpus et animā occidere
in gehennā. Ecce quia moritꝛ: ecce quia nō
moritur. Quid eſt mori ipſius? quid ē mo-
ri carni tuę? Mori carni tuę/ ē amittere vi-
tam ſuā: Mori animę tuę/ eſt amittere vi-
tam ſuā. Uita carnis tuę anima tua: vita
animę tuę deꝰ tuus. Quō moritꝛ caro amiſ-
ſa anima quę vita eſt eius: ſic moritꝛ anima
amiſſo deo/ qui vita eſt eiꝰ. Certe ergo im-
mortalis eſt anima? Plane immortalis ē:
quia viuit ⁊ mortua ē. Quod eñ de vidua
delitioſa dixit apl̄s: de anima etiā ſi deū ſu 1.Timoth.5.a.
um amiſerit/ dici poteſt: viuens mortua ē.
Quomō ergo ponit animā ſuam dn̄s? Fra E
tres/ quęramꝰ hoc paulo attētius: nō nos
artat hora quę ſolet: die dn̄ico vacat no-
bis: hoc lucrenꝛ qui ad verbū dei etiaꝫ die
hodierna conueniūt. Pono inq̄t aiam me-
am. Quiſ ponit? quā ponit? Chriſtꝰ. Quid
eſt chriſtus? Uerbū ⁊ hō: nec ſic hō vt ſola
caro: Sed quia homo cōſtat ex carne ⁊ ani
ma/ totus eſt homo in chriſto: nō eñ partē
deteriorē ſuſcępiſſet/ et partē meliorē deſe-
ruiſſet. Et pars quippe hominis melior eſt
anima ꝙ̄ corpus. Quia ergo totus homo
in chriſto/ quid ē chriſtus? Uerbū inquā et
homo. Quid ē verbū ⁊ hō? Uerbū/ anima
caro. Tenete hoc: quia nō defuerūt hęreti-
ci ⁊ in iſta ſentētia: pulſi quidē iā olim a ve
ritate catholica/ ſed tñ vt fures et latrones
nō intrantes ꝑ oſtiū/ inſidiari ouili nō deſi
nūt. Apollinariſtę hęretici dicti ſunt: quia
auſi ſunt dogmatiçare/ ꝙ chriſtus nō ſit ni-
ſi verbū ⁊ caro: ⁊ animā humanā nō eū aſ-
ſumpſiſſe contendūt: nam ⁊ aliqui eoꝝ fu-
iſſe in chriſto animā negare nō potuerunt.
Uidete abſurditatem et inſaniā nō feren-
dā. Aiam irrationalē eū habere voluerūt:
rationalē negauerūt. Dederūt illi aiam pe
coris: ſubtraxerūt aiam hoīs. Sꝫ illi abſtu
lerūt chriſto rationē/ nō tenēdo rationem.
Abſit hoc a nobis in fide catholica nutritꝛ
atqꝫ fundatꝛ. Ex hac ḡ occaſione admonu-
erim charitatē veſtrā: vt quō ſuꝑioribꝰ le-
ctionibꝰ ſatis vos inſtruximꝰ/ aduerſus ſa-
bellianos ⁊ arrianos: Sabellianos qui di-
cūt: ipſe ē pater q̄ filiꝰ: Arrianos q̄ dicūt: ali-
ud eſt pater/ alius ē filiꝰ: quaſi nō ſint eiuſ-
dē ſubſtātię pater ⁊ filiꝰ. Inſtruximus etiā
quantū meminiſtis/ ⁊ q̄ntū meminiſſe de-
betis contra hęreticos fotinianos: q̄ ſoluꝫ
hominē chriſtū eſſe dixerūt. Contra mani-
cheos/ qui ſolū ſine hoīe deū: ex hac occaſi-
nerāt: ſed ab eis q videbāt ꝛ inuidebāt: qꝛ
nec videbāt / ſed in lapidē illū cęcitate offē-
debāt. Cum autē abſcōdit ſe ieſus ab eis /
qui eū occidere cupiebant: qḋ ſępe ꝓpter
obliuionē cōmonendi eſtis: noſtrę infirmi-
tati cōſuluit: non ſuę poteſtati derogauit.

Ab eo qḋ ſcriptū eſt: Cū aūt tā-
ta ſigna feciſſet corā eis / nō crede-
bant in eum: vſq ad id quod ait:
Dilexerūt gloria hominum ma-
gis ꝙ dei: Tractatus. LIII.

Renunciata a

p

dn̄s chriſtus paſſione ſua ꝛ
morte fructuoſa in exaltati-
one ſanctę crucis: vbi dixit
ſe oīa tractuꝝ eſſe poſt ſe: cū intellexiſſet
iudęi ꝙ de ſua morte dixiſſet: et ꝓpoſuiſſēt
ei quęſtionē: quomō diceret ſe eſſe mori-
tuꝝ: cū ex lege audierint ꝙ chriſtus manet
in ęternū: hortatus ē eos: vt dū adhuc mo-
dicū lumen in eis eſſet / quo chriſtū ęternū
eſſe didiciſſent: ambularēt vt totum diſce-
rent / ne comꝓhēderent a tenebris. Et cum
hęc eſſet locutus / abſcōdit ſe ab eis. Hęc in
ſuperiorib⁹ dominicis lectionib⁹ verbiſq
didiciſtis. Deinde tulit euangeliſta vſ ho-
diernum capitulū recitatum eſt / ꝛ ait: Cū

autē tanta ſigna feciſſet corā eis: nō credebāt in eū: vt ſermo eſaie
Eſaie.53.a. ꝓphete impleret quē dixit: Dñe qs credidit auditui noſtro: ⁊ brachiū domini cui reuelatū eſt? Ubi ſatis oſtendit brachiū dñi ipſum filiū dei nuncupatū: nō ꝙ deus pater figura determinet carnis humane. Brachium dñi filius
Joh.1.a. dicit: ꝙ omnia ꝑ ipſum facta ſunt: eiꝙ filius non tanꝙ mēbrū corꝑis hereat/ſed qꝛ oīa ꝑ ipſum facta ſunt: ideo brachiū domini dictū eſt. Sicut eñ tuū brachiū ꝑ qđ operaris: ſic dei brachiū dictū eſt eius verbū: qꝛ ꝑ verbū mundū operatus ē. Cur eñ homo vt aliquid operet brachiū extendit/ niſi quia nō continuo fit qđ dixerit? Si autē tāta poteſtate ꝓualeret/ vt ſine vllo motu corꝑis ſui qđ diceret fieret: brachiū eius verbū eius eſſet: quia verbum eſt cogitabile vel ſonabile: Sed dñs ieſus vnigenitus dei patris filꝰ: ſicut nō eſt paterni corꝑis membꝝ: ita nō eſt cogitabile vel ſonabile ac tranſitoriū verbū: quia cū oīa ꝑ ipſum facta ſunt/dei verbū erat. Cum ergo audiuimus brachiū dei patris eſſe dei filiū: nō nobis obſtrepat cōſuetudo carnalis: ſed quantū illo donāte poſſumꝰ: virtutem dei ⁊ ſapientiā cogitemus/ꝑ quā facta ſunt oīa. Tale quippe brachiū nec porrectū extendit/nec collectū ꝯtrahit. Nō ē eñ ipſe qui pater/ſed vnū ſunt ipſe ⁊ pater: et equalis patri: vbiꝙ totus ē ſicut pater: ne aliqua pateat occaſio deteſtabili errori eorū/qui dicunt ſolū eſſe patrē: ſed ꝓ diuerſitate cauſaꝝ ipſum dici filiū: ipſum dici ſpiritūſanctū: ⁊ in his ꝟbis audēt dicere: Ecce videtis qꝛ ſolus ē pater/ſi brachiū eius ē filius: nō eñ due ſed vna ꝑſona ē homo et brachiū eius: nō intelligētes neꝙ aduertētes/quomō verba de rebus alijs ad res alias transferant/ ꝓpter aliquā ſimilitudinē etiā ī locutionibꝰ quotidianis de viſibilibꝰ ⁊ notiſſimis rebꝰ: quāto magꝭ vt nobis ineffabilia qualitercunꝙ dicant: ꝗ dici ſicuti ſūt/oīno nō pñt. Nā et hō alteꝝ hominē ꝑ quē ſolet agere quicq̄d agit: brachiū ſuū appellat: ⁊ ſi ei auferat/dolēs dicit: brachiū ꝑdidi: et ei qui abſtulerit dicit: brachiū meum mihi abſtuliſti. Intelligāt ergo quō dictus ſit filꝰ patris brachiū/ꝑ qđ pater operatus eſt oīa: ne nō hoc intelligēdo/et in ſui erroris tenebris permanendo/ ſimiles ſint iudeis ipſis: de quibus dictū eſt: ⁊ brachium dñi cui reuelatū eſt. Hic occurrit altera queſtio: de qua q̄dē vt cōpetenter aliquid diſputet: et oēs eius latebroſiſſimi
B
ſinus perſcrutent et excutiant vt dignum eſt/nec mearū virium eſſe arbitror: nec anguſtiarū temporis/ nec veſtre capacitatis. Tamē quia tranſire ad alia veſtra expectatione nō ſinimur/niſi aliquid inde dicamꝰ: accipite qđ poterimꝰ: ⁊ vbi veſtre expectationi nō ſuffecerimꝰ: ab illo incrementū poſcite/qui nos plātare poſuit et rigare: qꝛ ſicut dicit apl's: Neꝙ qui plantat eſt aliq̄d/ 1.Cor.3.b.
neꝙ qui rigat: ſed qui incrementū dat deꝰ. Quidā ergo inter ſe muſſitāt: ⁊ vbi poſſūt aliquādo ꝓclamāt: ⁊ turbulēta diſceptatione contēdunt dicētes: Quid fecerunt iudei/ vel que culpa coꝝ fuit/ſi neceſſe fuit vt ſermo eſaie ꝓphete impleret quem dixit: Dñe quis credidit auditui noſtro: ⁊ brachi Eſaie.53.a.
um dñi cui reuelatū eſt? Quibus reſpōdemus: deū ꝓſciū futuroꝝ/ ꝑ ꝓphetā ꝓdixiſſe infidelitatem iudeoꝝ: ꝓdixiſſe tamē/nō feciſſe. Non eñ ꝓpterea quēꝙ deus ad peccandū cogit: qꝛ futura hominū peccata iā nouit: Ipſoꝝ eñ ꝓſciuit peccata non ſua: nō cuiuſꝙ alterius/ſꝫ ipſoꝝ. Quapropter ſi ea que ille ꝓſciuit ipſoꝝ/non ſunt ipſoꝝ: nō vere ille ꝓſciuit. Sed quia illius ꝓſcientia falli nō poteſt: ſine dubio nō alij ſꝫ ipſi peccāt/quos deus peccatores eſſe ꝓſciuit. Fecerunt ergo peccatū iudei: qđ eos non compulit facere/cui peccatū nō placet: ſed facturoſ eſſe ꝓdixit quē nihil latet. Et ideo ſi non malū ſed bonū facere voluiſſent: nō ꝓhiberent: et hoc facturi ꝓuiderent ab eo qui nouit quid ſit quiſꝙ facturꝰ: et quid ei ſit ꝓ eius opere redditurus. Sed ꝗ ſequun C
tur euāgelij verba plus vrgēt: et ꝓfundiorem faciunt queſtionē. Adiūgit eteñ ⁊ dicit: Propterea nō poterāt credere: quia iterum dicit eſaias: Exce Eſaie.6.c.
cauit oculos eorum/ et indurauit cor eorū/ vt non videant oculis/ et intelligant corde: et conuertantur et ſanem illos. Dicit eñ nobis: Si nō potuerunt credere: quod peccatū eſt hominis nō faciētis qđ non poteſt facere? Si autē nō credēdo peccauerūt: potuerunt ergo credere ⁊ nō fecerūt. Si ꝗ nō potuerunt: quō dicit euāgelium: Propterea nō poterant credere: qꝛ iteꝝ dicit eſaias: Excecauit

oculos eorū: et indurauit cor eorū: vt qd̄
eſt grauius/ ad deū referatur cauſa qua nō
crediderūt: quādoquidē ipſe exceçauit ocu
los eorum/ et indurauit cor eorū. Non enī
ſaltē hoc de diabolo dicit/ ſed de deo: qd̄
ipſa ꝓphetica ſcriptura teſtat. Nam ſi ar/
bitremur hoc dictū de diabolo/ ꝙ exceca/
uit oculos eorū/ et cor indurauit: laboran/
dum eſt quomō illorū culpā quia nō credi/
derunt poſſimus oſtēdere de quibus dica/
tur: nō poterant credere. Deinde quid re/
ſpondebimus de alio ꝓphetę ipſius teſti/
monio qd̄ poſuit paulus apoſtolus dicēs:
Roma.11.b. Qd̄ quęrebat iſrael/ hoc nō eſt cōſecutus:
electio autem conſecuta eſt: cęteri vero ex/
Eſaie.6.c. cęcati ſunt/ ſicut ſcriptū eſt: Dedit illis de/
us ſpiritū compūctionis: oculos vt nō vi/
deant: et aures vt nō audiant: vſq; in ho/
diernū diem. Audiſtis fratres mei propo/
ſitam queſtionē: nempe ꝙ ꝓfunda ſit cer/
nitis: Sed reſpōdemus vt poſſumus. Nō
poterant credere: quia hoc eſaias ꝓpheta
prędixit. Hoc autem ꝓpheta prędixit: quia
deus hoc futurū eſſe pręſciuit. Quare au/
tem nō poterāt/ ſi a me quęrat: cito reſpō/
deo/ quia nolebant: Malā quippe eoꝝ vo
luntatē prępuidit deus: et ꝑ ꝓphetam prę/
nunciauit ille cui abſcondi futura non poſ/
ſunt. Sed aliā cauſam inquis dicit ꝓphe/
ta/ nō voluntatis eorū. Quā cauſam dicit
ꝓpheta? Quia dedit illis deus ſpiritū cō/
punctionis: oculos vt non videant: et au/
res vt nō audiant: et excęcauit oculos eo/
rum: et indurauit cor eorū. Etiā hoc eorū
voluntatē meruiſſe reſpōdeo. Sic enī exce
cat: ſic obdurat deus deſerēdo et nō adiu/
uādo: qd̄ occulto iudicio facere poteſt: ini/
quo nō poteſt. Hoc omnino pietas religi/
oſorum inconcuſſum debet inuiolatumq;
ſeruare: ſicut apoſtolus dicit: cum eandem
ipſam tractaret difficillimam queſtionem.
Roma.9.c. Quid ergo dicemus inquit? Nunquid ini
quitas eſt apud deum? Abſit. Si ergo ab/
ſit vt ſit iniquitas apud deum: ſiue quādo
adiuuat/ miſericorditer facit: ſiue quando
non adiuuat/ iuſte facit: quia omnia nō te/
meritate/ ſed iudicio facit. Porro ſi iudicia
ſanctorū iuſta ſunt: quanto magis ſancti/
ficantis ⁊ iuſtificātis dei. Iuſta ergo ſunt/
ſed occulta. Ideo cū queſtiones huiuſmo/
di in mediū venerint: quare alius ſic/ alius
autem ſic: quare ille deo deſerente excęcet:
ille deo adiuuante illuminetur: non nobis
iudiciū de iudicio tanti iudicis vſurpem⁹/
ſed contremiſcentes exclamemus cū apo/
ſtolo: O altitudo diuitiaꝝ ſapientię ⁊ ſcien Roma.11.d.
tię dei: ꝙ inſcrutabilia ſunt iudicia eius: et
inueſtigabiles vię ei⁹. Vn̄ dictū eſt in pſal
mo: Iudicia tua abyſſus multa. Nō ergo Pſ.35.
me fratres ad hāc penetrandā altitudinē/
ad hanc abyſſū diſcutiendā/ ad inſcrutabi/
lia perſcrutāda/ expectatio veſtrę charita/
tis impingat. Agnoſco modulū meū: ſen/
tire mihi videor etiā modulū veſtrū. Alti⁹
eſt hoc incrementis meis/ et fortius viri/
bus meis: puto quia et veſtris. Simul er/
go audiamus admonentē ſcripturā atq; di/
centē: Altiora te ne quęſieris: et fortiora te Eccl.3.c.
ne ꝑſcrutatus fueris: non quia iſta negata
ſunt nobis/ cū deus magiſter dicat: Nihil ē Matth.10.c.
occultū qd̄ non reuelabit. Sed ſi in qd̄ ꝑ/
uenimus in eo ambulam⁹/ ſicut dicit apo/
ſtolus: non ſolū qd̄ neſcimus et ſcire debe/ Phil.3.c.
mus/ ſꝫ etiā ſi quid aliter ſapimus: id quo/
q; nobis deus reuelabit. Peruenimus au/ D
tē in viā fidei: hanc ꝑſeuerantiſſime tenea/
mus. Ipſa ꝑducit ad cubiculū regis: i quo Col.2.a.
ſunt omnes theſauri ſapientię ⁊ ſciētię ab/
ſconditi. Nō enī ipſe dn̄s ieſus chriſtus ſu/
is illis magnis et ꝑcipue electis diſcipulis
inuidebat/ qn̄ eis dicebat: Multa habeo Ioh.16.c.
vobis dicere: ſed nō poteſtis illa portare
modo. Ambulandū eſt: ꝓficiendū eſt: cre/
ſcendū eſt: vt ſint corda noſtra capacia ea/
rum rerū quas capere mō non poſſumus.
Q; ſi nos vltimus dies ꝓficientes inuene/
rit: ibi diſcemus qd̄ hic non potuimus. Si
quis autē iſtā queſtionē liquidius et meli⁹
nouit ſe poſſe ⁊ confidit exponere/ abſit vt
non ſim paratior diſcere ꝙ docere: tm̄ ne
audiat quiſq; liberū arbitriū ſic defendere:
vt nobis orationē q̄ dicim⁹: Ne nos infe/
ras in temptationē/ conet auferre: Rurſus
ne quiſq; neget volūtatis arbitriū: ⁊ aude/
at excuſare peccatū. Sed audiamus domi/
nū/ et prępipientē/ et opitulantē/ et iubentē
quid facere debeam⁹: et adiuuantē vt im/
plere poſſimus: Nā ⁊ quoſdā nimia ſuę vo
luntatis fiducia extulit in ſupbiā: ⁊ quoſdā
nimia ſuę volūtatis diffidētia deiecit i ne/
gligentiā. Illi dicūt: vt quid rogamus de/
um ne vincamur tēptatione/ qd̄ in noſtra
eſt poteſtate? Iſti dicūt: vt quid conamur
bn̄ viuere/ qd̄ in dei eſt poteſtate? O dn̄e

o pater q̄ es in celis: ne nos inferas ī quā/
libet iſtarum temptationū/ ſed libera nos
Luc.22.d. a malo. Audiam⁹ dn̄m dicētē: Rogaui ꝓ
te petre/ ne deficiat fides tua: Nec ſic exi/
ſtimemus fidē noſtrā eſſe in libero arbitrio
vt diuino nō egeat adiutorio. Audiamus
Joh.1.a. et euangeliſtā dicentē: Dedit eis poteſta/
tē filios dei fieri: Ne om̄ino exiſtimemus
in noſtra poteſtate non eſſe qđ credimus:
verūtamen in vtroq; illius beneficia co/
gnoſcamus: Nā et agende ſunt gratie: q꞉
data ē poteſtas: et orandū ne ſuccūbat in/
Gal.5.b. firmitas. Ipſa eſt fides que per dilectionē
operatꝰ: ſicut eius menſurā dn̄s cuiq; par/
Hiere.9.g. titus eſt: vt qui gloriatꝰ/non in ſeipſo ſed in
1.Cor.1.d. dn̄o glorietur. Non itaq; mirū eſt quia nō
poterant credere/quorū volūtas ſic ſuper/
Roma.10.a. ba erat: vt ignorantes dei iuſticiā/ ſuā vel/
lent conſtituere. Sicut dicit de illis apoſto
Roma.9.g. lus: Juſticie dei nō ſunt ſubiecti. Quia eñ
nō ex fide/ſed tanq̄ ex operib⁹ tumuerunt:
ipſo ſuo tumore cecati/ offenderūt in lapi/
E dem offenſionis. Sic autē dictū eſt: nō po/
terant: vbi intelligendū ē q̄ nolebāt: quē/
admodū dictū eſt de dn̄o deo noſtro: ſi nō
2.timoth.2.c. credimus/ille fidelis permanet: negare ſe/
ipſum nō poteſt: de omnipotēte dictū eſt/
nō poteſt. Sicut ergo q̄ dn̄s negare ſeipſū
nō poteſt/ laus eſt volūtatis diuine: ita q̄
illi nō poterant credere/ culpa ē volunta/
tis humane. Ecce dico et ego: q̄ tā ſuperbe
ſapiunt/ vt ſue volūtatis virib⁹ tantū exi/
ſtimēt eſſe tribuendū: vt negēt ſibi eſſe ne/
ceſſariū diuinū adiutoriū ad bene viuen/
dū: nō poſſunt credere in chriſtū. Non eñ
aliquid ꝓſunt ſyllabe nominis chriſti/ ⁊ ſa/
cramenta chriſti/ vbi reſiſtitꝰ fidei chriſti. Fi
des autē chriſti et ſacramēta/eſt credere in
Roma.4.a. eū qui iuſtificat impiū. Credere in media/
torē: ſine quo interpoſito nō recōciliamur
deo. Credere in ſaluatorē/qui venit qđ pe
rierat querere atq; ſaluare. Credere in eū
Joh.15.a. q̄ dixit: Sine me nihil poteſtis facere. Qui
ergo ignorans dei iuſticiā qua iuſtificatur
impius: ſuā vult conſtituere qua conuin/
catꝰ ſuperbus/ in hūc nō pōt credere. Hinc
et illi nō poterant credere: nō quia mutari
in melius homines nō poſſūt/ſed q̄diu ta/
lia ſapiūt/nō poſſunt credere. Hinc exceca/
tur et indurātur: quia negando diuinū ad/
iutoriū non adiuuantꝰ. Hoc de iudeis qui
excecati et indurati ſunt deus preſciuit: at/
q; in eius ſpiritu ꝓpheta predixit. Qđ ve/
ro addidit: Et conuertantur et ſanē
eos: vtrū ſubaudiendū ſit/non: id eſt/nō
conuertantꝰ: connexa deſuper ſentētia vbi
dictū eſt: vt nō videant oculis et intelligāt
corde: quia et hic vtiq; dictū eſt/ vt non in/
telligant. Et ipſa eñ conuerſio de illi⁹ gra/
tia eſt cui dicitꝰ: De⁹ virtutū conuerte nos. Ps.79.
An forte et hoc de ſupne medicine miſeri/
cordia factū intelligendū eſt: vt quoniā ſu/
perbe ⁊ pu̾ſe volūtatis erāt: et ſuā iuſtici/
am conſtituere volebāt: ad hoc deſererentꝰ
vt excecarentꝰ: ad hoc excecarentꝰ vt offen/
derent in lapidē offenſionis: ⁊ impleretꝰ fa/ Ps.82.
cies eorū ignominia: atq; ita humiliati q̄/
rerent gloriā dn̄i/ et non ſuā/ qua inflatꝰ ſu/
perbus: ſed iuſticiā dei/ qua iuſtificatꝰ impi/
us. Hoc eñ multis eorū profecit in bonū:
qui de ſuo ſcelere compūcti/ in chriſtū poſt
ea crediderūt: ꝓ quib⁹ et ipſe orauerat di/
cēs: Pater ignoſce illis/ quia neſciūt quid Luc.23.e.
faciunt. De qua eorū ignorantia ⁊ apoſto
lus dicit: Teſtimoniū illis phibeo quia ze/ Roma.10.a.
lum dei habent/ſed non ſm̄ ſcientiā. Tunc
etem̄ hoc ſubiūxit atq; ait: Ignorātes eñ
dei iuſticiā/et ſuā volentes conſtituere: iu/
ſticie dei nō ſunt ſubiecti. Hec dixit eſa/ F
ias/ quādo vidit gloriā eius: ⁊ lo/
cutus eſt de eo. Quid viderit eſaias: ⁊
hoc quomō ad dominū chriſtū ptineat: in
libro eius legendū ⁊ intelligendū ē. Vidit
eñ non ſicuti eſt/ſed mō quodā ſignificati/
uo: ſicut ꝓphete viſio fuerat informanda.
Nā vidit et moyſes: ⁊ tamē ei quē videbat
dicebat: Si inueni gratiā ante te: oſtende Exo.33.c.
mihi temetipſum manifeſte vt videā te: q꞉
non videbat ſicuti eſt. Qn̄ autē nobis hoc
futurū ſit: idē iſte ſanctus iohannes euan/
geliſta in epiſtola ſua dicit: Dilectiſſimi/ fi/
lij dei ſumus: ⁊ nondū apparuit q̄d erimus:
Scimus quia cū apparuerit/ſimiles ei eri/
mus: quoniā videbimus eū ſicuti eſt. Po/
terat dicere: quoniā videbim⁹ eū/ ⁊ nō ad/
dere: ſicuti eſt. Sed q꞉ ſciebat a quibuſdā
patribus ⁊ ꝓphetis viſū/ſed non ſicuti eſt:
ideo cū dixiſſet/ videbimus eū: addidit/ ſi/
cuti eſt. Nemo eñ vos fallat fratres eoꝝ q̄
dicūt inuiſibilē patrē/ ⁊ viſibilē filium. Hic
eñ hoc aſſerūt qui putāt eū eſſe creaturā:
nec intelligūt ſm̄ q̄ dictū eſt: Ego et pater Joh.10.f.
vnū ſumus. Proſus in forma dei in qua
equalis eſt patri/ etiā fili⁹ inuiſibilis ē. Ut

autē ab hominibus videret/formā ſerui ac-
cepit: et in ſimilitudinē hominū factus/vi-
ſibilis factus eſt. Oſtendit ergo ſe etiā an-
teq̄ ſuſciperet carnē oculis hominū/ ſicut
voluit in ſubiecta ſibi creatura/ non ſicuti
eſt. Mundemus corda per fidē: vt illi inef-
fabili/et (vt ita dicā) inuiſibili viſioni p̄pa-
Matth. 5. a. remur. Beati eīn mūdo corde: quoniā ipſi
deū videbunt. **Uerūtamen ⁊ ex p̄n-
cipibus multi crediderunt in eū:
ſed ꝑpter phariſeos non confite-
bant: vt de ſynagoga non eijcerē-
tur: Dilexerunt eīm gloriā homi-
nū magis q̄ gloriam dei.** Uidete
quemadmodū notauerit euāgeliſta: et im-
probauerit quoſdā: quos tamē in eū credi-
diſſe dixit: qui in hoc ingreſſu fidei ſi profi-
cerent: amorē quoq̄ humane glorie ꝑficiē-
do ſuperarēt: quā ſuperauerat apoſtolꝰ di-
Gal. 6. d. cens: Mihi autē abſit gloriari/ niſi in cru-
ce dn̄i noſtri ieſu chriſti: ꝑ quē mihi mūdus
crucifixꝰ eſt et ego mūdo. Ad hoc eīm ⁊ ipſe
dominus crucē ſuam/vbi eū dementia ſu-
perbe impietatis irriſit: in corū qui in illū
crederent frontibus fixit: vbi eſt quodam-
modo ſedes verecūdie: vt de nomine eius
fides nō erubeſcat: ⁊ magꝭ dei gloriā q̄ ho-
minū diligat.

**Ab eo qđ ait ieſus: Qui credit i
me: nō credit in me/ ſed in eū q̄ mi-
ſit me: vſq̄ ad id quod ait: Sed q̄
miſit me pater: ipſe mihi manda-
tum dedit/ quid dicam ⁊ quid lo-
quar: Tractatus. LIIII.**

A **Loquente do-**
1 mino noſtro ieſu chriſto apđ
iudeos / et tanta miraculo-
rum ſigna faciente: quidā cre-
diderunt p̄deſtinati in vitā eternam: quos
etiā vocauit oues ſuas: quidā vero nō cre-
diderunt/nec poterāt credere: eo q̄ occulto
nec tamen iniuſto iudicio dei fuerāt exce-
Jacob. 4. b. cati et indurati: deſerēte illo qui ſupbis re-
1. Petri. 5. b. ſiſtit: humilibus autē dat gratiā. Eorū au-
tem qui crediderūt: alij vſq̄adeo confite-
bant/vt palmarū ramis acceptis venienti
occurrerēt/ in eadē laudis confeſſione letā-
tes. Alij vero ex principibus/ nō audebāt
cōfiteri: vt de ſynagoga nō eijcerent: quos
notauit euangeliſta dicens: q̄ dilexerunt
gloriā hominū magis q̄ gloriā dei. Eorū
etiā qui non crediderūt: alij erant poſtea
crediturí: quos ꝓuidebat vbi ait: Cū exal- Joh. 8. d.
taueritis filiū hominis: tunc cognoſcetis q̄
ego ſum. Alij vero in eadē infidelitate mā-
ſuri/quorū imitatrix eſt etiā iſta gens iu-
deorū: que poſtmodū debellata/ ad teſti-
moniū ꝓphetie que de chriſto ſcripta ē: in
toto pene orbe diſperſa ē. His ita ſe habē-
tibus: et ſua iam ꝓpinquāte paſſione: ie-
ſus clamauit et dixit: vn̄ lectio cepit
hodierna. **Qui credit in me: nō cre-
dit in me/ſed i eū qui miſit me. Et
qui videt me: videt eum qui miſit
me.** Jā dixerat quodā loco: Mea doctri- Joh. 7. b.
na nō eſt mea/ſed eius q̄ miſit me. Ubi in- s. Tract. 29.
telleximus eū doctrinā ſuā dixiſſe verbum
patris quod eſt ipſe: et hoc ſignificaſſe/ di-
cendo: Mea doctrina nō eſt mea/ ſed eius
qui me miſit: qđ a ſeipſo ipſe nō eſſet/ſ; ha-
beret a quo eſſet. Deus eīm de deo/ filiꝰ pa-
tris. Pater autē nō deus de deo/ ſed deus
pater filij. Nūc aūt qđ ait: Qui credit i me:
nō credit in me/ſed in eū qui miſit me: quo-
modo intellecturi ſumꝰ/niſi quia homo ap
parebat hominibꝰ cū; lateret deus? Et ne
putarent hoc eū eſſe tm̄modo qđ videbāt:
talē ac tantū ſe volens credi/ qualis ⁊ quā-
tus eſt pater: Qui credit in me inquit: nō
credit in me: id eſt in hoc qđ videt/ſed in eū
qui miſit me: id eſt/in patrē. Sed qui cre-
dit in patrē: neceſſe eſt eū credat eſſe pa-
trem. Qui autē credit eum patrē: neceſſe
eſt vt credat eū habere filiū: Ac ꝑ hoc qui
credit in patrē: neceſſe eſt vt credat in fili-
um. Sed ne quiſq̄ hoc credat de vnigeni-
to filio/ quod de his qui dicti ſunt filij dei
ſm̄ gratiā/ nō naturā: ſicut ait euāgeliſta:
Dedit eis poteſtatem filios dei fieri: Un- Joh. 1. a.
de et illud eſt quod ipſe dominꝰ cōmemo-
rauit in lege dictū: Ego dixi dij eſtis: et fi- Pſ. 81.
lij excelſi om̄es. Propterea dixit: Qui cre-
dit in me/ non credit in me: ne totū qđ de
chriſto creditur/ ſm̄ hominē crederet. Ille
ergo inquit credit in me: qui non credit in
me ſm̄ id qđ me videt: ſed in eū qui me mi-
ſit: vt cū credit in patrē: credat eū habere
filiū ſibi equalē: et tunc vere credat in me.
Nam ſi putauerit eū nō habere niſi filios
ſm̄ gratiam: qui ſunt eius vtiq̄ creatura:
non verbū ſed facta per verbū: nec habere
filium equalem ſibi atq̄ coeternū: ſemper
natū/pariter incōmutabilem/ ex nullo diſ-

ſimilē atq̧ imparem: nō credit in patrē qui
eum miſit: quia nō eſt hic pater qui eū mi-
B ſit. Et ideo cū dixiſſet: qui credit in me: nō
credit in me/ſed in eū qui miſit me: ne pu-
taretur ſic voluiſſe patrē intelligi/tanq̄ pa
trem multorū filiorū per gratiā regenera-
torū: non vnici verbi equali ſibi: continuo
ſubiecit: Et qui videt me/ videt euȝ
qui miſit me. Nūquid ait: qui videt me/
non videt me/ſed eū qui miſit me: ſicut di-
xerat: qui credit in me: nō credit in me/ ſed
in eū qui miſit me? Illud nāq̧ dixit: ne ſi-
cut videbatur/crederet tm̄modo filius ho-
minis: hoc autē dixit/ vt patri crederetur
equalis. Qui credit in me inquit: non cre-
dit in hoc qđ videt me/ ſed credit in eū qui
miſit me: Aut cum credit in patrē qui ſibi
equalē genuit me: nō quomō me videt: ſed
ſic credat in me/quomō in eū qui miſit me.
Uſq̧adeo em̄ nihil diſtat inter eū et me:
vt qui me videt/ videat eum qui me miſit.
Apoſtolos ſuos certe ipſe dn̄s chriſtus mi-
ſit: quod eorū etiā nomen indicat: Nā ſi-
cut grece angeli/latine nūcij vocantur: ita
grece apoſtoli/latine miſſi appellant̄. Nū-
q̄ tamē aliquis apoſtolorū dicere auderet:
qui credit in me: nō credit in me/ ſed in eū
qui miſit me: Omnino em̄ nō diceret: q̄ cre-
dit in me: credim⁹ em̄ apoſtolo/ ſed nō cre-
Roma.4.a. dimus in apoſtolū. Non em̄ apoſtol⁹ iuſti-
ficat impiū. Credenti em̄ in euȝ qui iuſtifi-
cat impiū: deputatur fides eius ad iuſtici-
Math.10.d. am. Poſſet dicere apoſtol⁹: qui recipit me/
recipit eū qui me miſit: vel qui audit me/
audit eū qui me miſit. Hoc em̄ eis ipſe do-
minus ait: qui vos recipit/me recipit: ⁊ qui
recipit me/ recipit eū qui me miſit: q̄ dn̄s
honoratur in ſeruo/et pater in filio: ſed pa
ter tanq̄ in filio/dn̄s tanq̄ in ſeruo. Filius
autē vnigenitus recte dicere potuit: credi-
te in deū/et in me credite. Et qđ nunc ait:
qui credit in me/nō credit in me/ ſed in euȝ
qui miſit me: non a ſe abſtulit fidē creden-
tis/ſed noluit in forma ſerui remanere cre-
dentē: quoniā cū quiſq̧ credit in patrē qui
eū miſit: pfecto credit in filiū/ ſine quo pa-
trē non eſſe cognoſcit: et ita credit vt cre-
dat equalē: quoniā ſequit̄: ⁊ qui videt me/
videt eū qui me miſit. Attēde cetera. Ego
lux in mundū veni: vt omnis qui
credit in me/ in tenebris non ma-
neat. Dixit quodam loco diſcipulis ſuis:

Uos eſtis lux mūdi. Nō poteſt ciuitas ab- Math.5.b.
ſcondi ſupra montē conſtituta: Neq̧ accē
dunt lucernā/⁊ ponūt eā ſub modio: ſed ſu
pra candelabrū/ vt luceat omnibus qui in
domo ſunt. Sic luceat lumen veſtrū corā
hominibus/vt videāt opera veſtra bona: ⁊
glorificent patrē veſtrū qui in celis ē. Nō
tamē eis dixit: vos lux veniſtis in mundū:
vt om̄is qui credit in vos/ in tenebris nō
maneat. Nuſq̄ hoc legi poſſe cōfirmo. Lu
mina ergo ſunt oēs ſancti/ ſed credēdo ab
eo illuminant̄: a q̄ ſi receſſerint / tenebra-
bunt̄: a ſe recedere nō poteſt: q̄ incōmuta
bile om̄ino eſt. Credimus ergo lumini illu
minato/ ſicut prophete/ſicut apoſtolo: ſed
ideo illi credimus/ vt nō in ipſū credamus
quod illuminat̄: ſed cū illo credamus in il-
lud lumē a quo illuminat̄: vt ⁊ nos illumi-
nemur: nō ab illo/ſed cū illo a quo ille. Cū
aūt dicit: vt om̄is qui credit in me/in tene-
bris nō maneat /ſatis manifeſtat om̄es ſe
in tenebris inueniſſe. Sed ne i eis tenebris
maneāt in quibus inuēti ſunt: debent cre-
dere in lucē que venit in hūc mundū: quia
per illā factus eſt mūdus. Et ſi quis au- C
dierit inquit v̄ba mea ⁊ cuſtodie-
rit: ego nō iudico eum. Mementote
que vos audiſſe in ſuperiorib⁹ lectionibus
noui: et qui obliti forte eſtis/recolite: ⁊ qui
nō affuiſtis ſed adeſtis: audite quomō di-
cit fili⁹: Ego nō iudico eū: cū dicat alio lo- Ioh.5.d.
co: Pater non iudicat quēq̄/ſed oē iudiciū
dedit filio: niſi q̄ intelligendū ē: mō nō iu-
dico eū. Quare nō iudicat modo? Attēde
quid ſequit̄: Nō em̄ veni inquit vt iu
dicē mundū/ſed vt ſaluificē mun-
dū: id eſt/vt ſaluū faciā mundū. Nunc er-
go eſt tempus miſericordie: poſtea erit iu-
dicij: q̄ miſericordiā inquit ⁊ iudiciū cāta- Ps.100.
bo tibi dn̄e. Sed de ipſo etiā futuro nouiſ-
ſimo iudicio videte q̄d dicat. Qui ſper-
nit me ⁊ non accipit v̄ba mea/ ha
bet qui iudicet eū. Sermo quē lo
cutus ſum: ille iudicabit eū in no-
uiſſimo die. Nō ait: q̄ ſpernit me/⁊ non
accipit verba mea: ego non iudico eū i no-
uiſſimo die. Hoc em̄ ſi dixiſſet: non video
quomō poſſet nō eſſe cōtrariū illi ſentētie
vbi ait: pater nō iudicat quēq̄/ ſed om̄e iu-
diciū dedit filio. Cū v̄o dixit: q̄ ſpernit me/
et nō accipit v̄ba mea: habet q̄ iudicet eū:
Expectantibus aūt quiſnā ille eſſet: ſecu-

tus adiunxit: Sermo quē locutus ſum: ille
iudicabit eū in nouiſſimo die: ſatis mani/
feſtauit ſeipſū iudicaturū in nouiſſimo die.
Seipſum quippe locutus eſt: ſeipſū annū/
ciauit: ſeipſum ianuā poſuit: quia ipſe ad
oues paſtor intraret. Aliter itaqꝫ iudicabū
tur qui nō audierūt: aliter qui audierūt et
cōtempſerunt. Qui eñ ſine lege peccaue/
Roma.2.b. runt / ait apl's: ſine lege et peribūt: et qui in
lege peccauerunt / per legē iudicabuntur:
Quia ego inq̄t ex meipſo nō ſum
locutus. Ideo ſe dicit non locutū ex ſe
ipſo: quia nō eſt ex ſeipſo. Iā hoc ſepe di/
ximus: iā hoc tanq̄ notiſſimū non docere/
ſed admonere debemus. Sed qui mi/
ſit me pater: ipſe mihi mandatuz
dedit / quid dicā / ⁊ quid loquar.
Nō laboraremus / ſi cū eis nos loqui ſcire/
mus: cū quibus ſuperiora locuti ſumus: et
cū eiſpſis nō omnibus / ſed qui audierunt
D memoria retinētibus. Nūc vero quia for/
taſſe aliq̄ aſſunt qui nō audierūt: eiſqꝫ ſunt
ſimiles qui obliti ſunt qđ audierūt: ꝓpter
illos pferāt moras noſtras qui audita me/
minerunt. Quomodo dat mandatū pater
vnico filio? Quo verbo loquit̃ verbo: cum
ſit ipſe filius vnigenitus verbū? Nunquid
ꝑ angelū / cū ꝑ ipſū creati ſunt angeli? Nū/
quid ꝑ nubē: que quādo ſonuit ad filiū: nō
ꝓpter ipſum ſonuit: quod alibi dicit etiā
ipſe: ſ3 ꝓpter alios quos oportebat ita au/
dire? Nūquid per ſonū labijs emiſſum / qui
nō habet corpus? An aliquo locorū inter/
uallo filius a patre ſeparat̃ / vt ſit inter il/
los aer medius: quo ꝑcuſſo vox fiat et ad
aurē veniat? Abſit vt talia de illa incorpo
rea et ineffabili ſubſtātia ſuſpicemur. Fili⁹
vnicus / eſt verbū patris / ⁊ ſapiētia patris:
in illa ſunt oīa mādata patris. Neqꝫ eñ
patris mandatū filius aliq̄ñ neſciebat: vt
eū neceſſe eſſet ex tēpore habere qđ antea
nō habebat. Ita eñ a patre qđ habet ac/
cepit / vt naſcēdo acceperit: dederitqꝫ illi gi/
gnendo: Nā et vita eſt: et accepit vitā vti/
qꝫ naſcēdo / nō prius ſine vita exiſtendo: q2
et pater habet vitā: ⁊ quod habet ē: nec ac/
cepit tamē: quia nō ex aliquo eſt. Fili⁹ au/
tē accepit vitā dante patre a quo eſt: ⁊ ipſe
quod habet eſt: Habet eñ vitā / et vita eſt.
Ipſū audi loquentē: Sicut habet inquit
pater vitā in ſemetipſo: ſic dedit et filio vi/
tam habere in ſemetipſo. Nūquid exiſten/
ti ⁊ nō habēti dedit? Sed eo dedit quo ge/
nuit qui vitā genuit: et vita genuit vitā: ⁊
quia parē genuit / nō imparē genuit vitā:
ideo dictū eſt: Sicut habet ipſe vitā in ſe/
metipſo: ſic dedit et filio vitā habere in ſe/
metipſo. Vitā dedit: quia gignendo vitā /
q̄d dedit niſi eſſe vitā? Et q2 eterna eſt ipſa
natiuitas: nūq̄ nō fuit filius qui eſt vita:
nunq̄ nō fuit filius ſine vita. Et ſicut ē na/
tiuitas eterna: ſic eſt qui natus ē vita eter/
na. Ita et mandatū nō quod filius nō ha/
bebat pater dedit / ſed ſicut dixi / in ſapien/
tia patris quod eſt verbū patris / oīa mā
data ſunt patris. Dicit̃ autē mandatū da/
tum: quia nō eſt a ſeipſo cui dicit̃ datū. Et
hoc eſt dare filio / ſine quo nunq̄ filius fu/
it: quod eſt gignere filiū qui nunq̄ nō fuit.
Sequit̃ autē: Et ſcio quia mandatū E
eius vita eterna ē. Si ergo vita eter/
na eſt ipſe fili⁹: ⁊ vita eterna ē mandatū pa
tris: quid aliud dictū eſt / q̄ ego ſū manda/
tū patris? Proinde et id qđ adiūgit et di/
cit: Que ego loquor / ſicut dixit mi
hi pater ſic loquor: Nō accipiam⁹ / di/
xit mihi / quaſi pater verba locutus ſit vni/
co verbo / aut egeat dei verbis dei verbū.
Dixit ergo pater filio: ſicut dedit vitā filio:
non q̄ neſciebat vel nō habebat: ſed quo
ipſe fili⁹ erat. Quid eſt autē: ſicut dixit mi/
hi pater ſic loquor / niſi verbū loquor? Ita
ille dixit vt verax: ita iſte loquitur vt veri/
tas. Verax autē genuit veritatē. Quid er/
go iā diceret veritati? Nō eñ imꝑfecta erat
veritas cui verū aliquid adderet̃. Dixit er/
go veritati / q2 genuit veritatē. Porro ipſa
veritas ſic loquit̃ vt ei dictū eſt: ſed intelli/
gentib⁹ quos docet vt nata ē. Vt aūt cre/
derēt homines qđ intelligere nōdū valēt:
ex ore carnis verba ſonuerūt et abierunt.
Tranſuolātes ſoni ſtrepuerūt / ꝑactis mo/
rulis temporū ſuorū. Sed res ipſe quarū ſi/
gna ſunt ſoni: traiecte quodāmodo in eo/
rū memoriā qui audierūt: etiā ad nos per
litteras que viſibilia ſigna ſunt ꝑuenerūt.
Nō ſic loquit̃ veritas: Intelligētib⁹ men/
tibus intus loquit̃: ſine ſono inſtruit: intel
ligibili luce ꝑfundit. Qui ergo poteſt in ea
credere natiuitatis eius eternitatē: ipſe il/
lā ſic audit loquentē: ſicut ei dixit pater qđ
loqueret̃. Excitauit nos ad magnū deſide/
riū interioris dulcedinis ſue: ſed credendo
capimus: ambulādo creſcimus: ꝓficiendo

ambulamus vt peruenire poſſimus.

Ab eo qđ ait: Añ diē feſtū paſche/ ſciēs ieſus q2 venit hora ei⁹: vſq ad id qđ ait: Uenit ergo ad ſimone petrum: Tractatus.LV.

A
Cena domini

ſcḋm iohānē adiuuāte ipſo debitis ē explicāda tractatib⁹: ⁊ vt nobis poſſe donauerit/ explanāda. Añ diē aūt feſtū paſche: ſciēs ieſus q2 venit hora ei⁹/ vt traſeat ex hoc mūdo ad patrē: cū dilexiſſet ſuos q̄ erāt in mūdo: i fine dilexit eos. Paſcha aūt fratres/ nō ſicut quidā exiſtimant/ grecū nomē eſt/ ſed hebreū. Opportuniſſime tñ occurrit in hoc nomine quedā cōgruētia vtrarūq lingua/rū. Quia eñ paſſio grece πασχιμ dicitur: ideo paſcha paſſio putata ē: velut hoc nomen a paſſione ſic appellatū eſt. In ſua vo lingua: hoc eſt in hebrea: paſcha tranſitus dr: ꝓpterea/ quia tunc primū paſcha celebrauit populus dei: quādo ex egypto fugientes/ rubꝝ mare tranſierūt. Nunc ergo figura illa ꝓphetica in veritate completa eſt: cū ſicut ouis ad immolādū ducit chriſtus: cuius ſanguine illitis poſtibus noſtris: id eſt/ cui⁹ ſigno crucis ſignatis frontib⁹ noſtris: a ꝑditione huius ſeculi tanq̄ a captiuitate vel interēptione egyptia liberamur: ⁊ agimus ſaluberrimū tranſitū: cum a diabolo tranſimus ad chriſtū: et ab iſto inſtabili ſeculo ad eius fundatiſſimū regnū. Ideo qp pe ad deū permanentē tranſim⁹: ne cū mūdo trāſeunte trāſeamus. De hac nobis collata gratia deum laudans apl's dicit: Qui eruit nos de poteſtate tenebrarū: ⁊ tranſtulit in regnū filij claritatis ſue. Hoc itaq nomē: id ē/ paſcha: qđ latine vt dixi tranſitus nūcupat: velut interpretās nobis beatus euāgeliſta: Ante diē inquit feſtū paſche ſciens ieſus quia venit hora eius vt tranſeat ex hoc mundo ad patrē. Ecce paſcha/ ecce tranſitus. Unđ ⁊ quo? De hoc ſcꝫ mūdo ad patrē. Spes mēbris in capite data eſt: q̄ eſſent illo tranſeunte ſine dubio ſecutura. Quid ergo infideles et ab hoc capite atq ab eius corpore alieni? Nōne ⁊ ipſi tranſeunt/ q2 nō ꝑmanēt? Tranſeūt plane ⁊ ipſi. Sed aliud ē trāſire de mūdo/ aliud ē trāſire cū mūdo/ aliud ad patrē/ aliud ad hoſtē.

Ca.13. (margin) — Eſaie.53.c. — Exo.14.b. — Col.1.b.

Nā et egyptij trāſierunt: nō eñ ꝑſequēdo māſerunt: nō tamē trāſierūt ꝑ mare ad regnū/ ſed in mari ad interitū. Sciēs ergo ieſus q2 venit hora eius/ vt tranſiret ex hoc mundo ad patrē: cū dilexiſſet ſuos q̄ erāt in mūdo: in finē dilexit eos. **B** Utiq vt ⁊ ipſi de hoc mūdo vbi erant/ ad ſuum caput qđ hinc trāſiſſet/ eius dilectione trāſirēt. Quid eſt eñ: i finē/ niſi in chriſtū? Finis eñ legis chriſtus/ ait apoſtol⁹/ ad iuſticiā omni credenti. Finis perficiēs/ nō interficiens. Finis quouſq eamus/ non vbi peream⁹. Sic omnino intelligendū ē: paſcha noſtrū immolatus ē chriſt⁹. Ipſe ē finis noſter: in illū eſt trāſit⁹ noſter. Nā video poſſe iſta verba euāgelica quodā humano mō etiā ſic accipi: tanq̄ vſq ad mortē chriſtus dilexerit ſuos: vt hoc videat eſſe/ in finē dilexit eos. Humana ē hec ſentētia/ nō diuina. Nec eñ nos hucuſq ille dilexit: q̄ ſemper ⁊ ſine fine nos diligit. Abſit vt dilectionē morte finierit/ q̄ nō ē in morte finitus. Etiā poſt mortē q̄nq fratres ſuos dilexit diues ille ſuperb⁹ atq impi⁹: ⁊ vſq ad mortē nos dilexiſſe putandus ē chriſtus? Abſit chariſſimi: nequaq̄ ille nos diligendo vſq ad mortē veniret: ſi dilectionē noſtrā morte finiret: Niſi forte ita ſit intelligēdū: in finem dilexit eos/ vſq ad mortē dilexit eos: quia tantū dilexit/ vt moreretur ꝑ eis. Hoc eñ teſtat⁹ eſt dicēs: Maiorē hac charitatē nemo habet/ q̄ vt animā ſuā ponat quis ꝑ amicis ſuis. Ita ſane nō ꝓhibemus intelligi/ in finē dilexit/ vſq ad mortē dilexit: id ē vſq ad mortē illū dilectio ipſa ꝑduxit. Et cena inde facta/ cū diabolus iā miſiſſet i cor vt traderet eū iudas ſimonis ſcariothis: ſciens q2 omia dedit ei pater in manus: ⁊ quia a deo exijt/ et ad deū vadit: ſurgit a cena/ ⁊ ponit veſtimēta ſua. Et cū accepiſſet lintheū: p̄cinxit ſe. Deinde mittit aqua in peluim: et cepit lauare pedes diſcipulorum: ⁊ extergere lintheo quo erat p̄cinct⁹. Non ita debem⁹ intelligere cenā factā veluti iā cōſummatā atq trāſactā. Adhuc eñ cenabat cum dñs ſurrexit: ⁊ pedes lauit diſcipulis ſuis: Nā poſtea recubuit: et buccellam ſuo traditori poſtea dedit/ vtiq cena nondū finita: hoc eſt/ dum adhuc panis eſſet in menſa. Cena ergo facta/ dictū eſt/ iā

Roma.10.a. — 1.Cor.5.b. — Luc.16.g. — Joh.15.b. — Al. t mittit (margin)

paratã: ꝛ ad conuiuantiũ menſã vſumq̧ ꝑducta. Quod aũt ait: Cum diabolus iam miſiſſet in coꝛ vt traderet euz iudas ſimonis ſcariothis: ſi queris quid miſſum ſit in coꝛ iudę: hoc vtiq̧ / vt traderet eum. Miſſio iſta / ſpiritalis ſuggeſtio eſt: non ſit ꝑ aurẽ / ſed ꝑ cogitationẽ: ac ꝑ hoc nõ coꝛpoꝛaliter ſed ſpiritaliter. Neq̧ enĩ ſpiritale quod dicit᷑ / ſemꝑ in laude accipiendũ eſt. Nouit apoſtolus quędã ſpiritalia nequitię in cęleſtibus: aduerſus q̃ nobis colluctationẽ eſſe teſtat᷑. Non autẽ eſſent maligna etiã ſpiritalia / ſi nõ eſſent etiam maligni ſpiritus. Ab ſpiritu enĩ ſpiritalia nominant᷑. Sed quomodo iſta fiant vt diabolicę ſuggeſtiones immittant᷑ / et humanis cogitatiõibus miſceant᷑ / vt eas tã q̃ ſuas deputet homo / vñ ſcit homo? Nec dubitandũ eſt etiã bonas ſuggeſtiones a bono ſpiritu ita latẽter ac ſpiritaliter fieri. Sed intereſt quibus nã eaꝝ mẽs humana conſentiat diuino auxilio / vł deſerta ꝑ meritum / vel adiuta ꝑ gratiã. Factũ ergo iam fuerat in coꝛde iudę ꝑ immiſſionẽ diabolicam / vt traderet diſcipulus magiſtrũ / ſed quẽ non didicerat deũ. Iam talis venerat ad cõuiuiũ exploꝛatoꝛ paſtoꝛis / inſidiatoꝛ ſaluatoꝛis / vẽditoꝛ redẽptoꝛis: iã talis venerat ꝛ videbat᷑ / et tolerabat᷑ / ꝛ ſe ignoꝛari arbitrabat᷑: quia in eo quẽ volebat fallere / fallebat᷑. At ille iſto in ipſo coꝛde intus inſpecto neſciẽte / ſcienter vtebat᷑. Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. Ergo ꝛ ipſum traditoꝛẽ: Nã ſi eũ in manibus nõ haberet: non vtiq̧ illo vteret᷑ vt vellet. Pꝛoinde iaz traditoꝛ tradit᷒ erat ei quẽ tradere cupiebat: atq̧ ita malũ tradendo faciebat: vt de illo tradito bonũ fieret qđ neſciebat. Sciebat enĩ dñs q̃d faceret ꝓ amicis / q̃ patiẽter vtebat᷑ inimicꝭ: Ac ſic oĩa dederat pater ĩ man᷒ ei᷒ / ꝛ in vſũ mala / ꝛ in effectũ bona. Sciens etiã q2 a deo exijt et ad deũ vadit. Nec deuz cũ inde exiret / nec nos deſerens cũ rediret. Hęc ꝗ faciẽs / ſurgit a cęna / et ponit veſtimẽta ſua. Et cum accepiſſet lintheum / pręcinxit ſe. Deinde miſit aquã in peluim: et cępit lauare pedes diſcipuloꝛũ: et extergere lintheo quo erat ꝓcinctus. Debemus chariſſimi ſenſũ euãgeliſtę diligẽter attendere. Locutur᷒ quippe de tãta dñi humilitate: pri᷒ ei᷒ celſitudinẽ voluit cõmẽdare. Ad hoc ꝑtinet qđ ait: ſciẽs q2 oĩa dedit ei pater in manus: ꝛ q2 a deo exijt / ꝛ ad deũ vadit. Cũ illi ergo oĩa pater dediſſet in manus: ille diſcipuloꝛũ nõ manus / ſed pedes lauit. Et cũ ſe ſciret a deo exiſſe ꝛ ad deum pergere: non dñi dei / ſed hominis ſerui impleuit officiũ. Ad hoc autẽ ꝑtinet qđ etiã de traditoꝛe ipſius: quia iã talis venerat / qui nec ab illo ignoꝛabat᷑ / ꝓloq̃ voluit: vt hoc quoq̧ ad maximũ cumulũ humilitatꝭ accederet / q̧ etiã illi nõ dedignat᷒ eſt pedes lauare / cuius man᷒ iaz ꝓuidebat in ſcelere. Quid autẽ mirũ ſi ſurrexit a cęna / ꝛ poſuit veſtimẽta ſua: qui cũ in foꝛma dei eſſet: ſemetipſum exinaniuit? Et q̃d mirꝝ ſi ꝓcinxit ſe lintheo / q̃ foꝛmã ſerui accipiẽs habitu inuentuſ ẽ vt hõ? Quid mirꝝ ſi miſit aquã in peluim vñ lauaret pedes diſcipuloꝝ / qui ĩ terrã ſanguinẽ fudit quo immũdiciã dilueret peccatoꝛũ? Quid mirũ ſi lintheo quo erat ꝓcinctus / pedes quos lauerat terſit: q̃ carne qua erat indutus / euãgeliſtaꝝ veſtigia cõfirmauit? Et lintheo quidẽ vt ſe ꝓcingeret: poſuit veſtimẽta ſua quę habebat. Vt autem foꝛmã ſerui acciperet qñ ſemetipſum exinaniuit: nõ quod habebat depoſuit / ſed qđ nõ habebat accępit. Crucifigẽdus ſane ſuis expoliat᷒ ẽ veſtimẽtis: ꝛ moꝛtuus inuolut᷒ ẽ lintheis: ꝛ tota illa ei᷒ paſſio / noſtra purgatio ẽ. Paſſurus igit᷑ exitia ꝓmiſit obſequia: nõ ſolum eis ꝓ quib᷒ erat ſubiturus moꝛtẽ / ſed etiã illi qui eũ fuerat traditurus ad moꝛtẽ. Tãta ẽ quippe humanę humilitatis vtilitas / vt eã ſuo cõmẽdaret exemplo etiã diuina ſublimitas: q2 hõ ſuꝑbus in ęternũ periret / niſi illũ de᷒ humilis inueniret. Venit enĩ filius hominis q̃rere et ſaluũ facere qđ perierat. Perierat aũt ſuper hiã deceptoꝛis ſecutus: ergo humilitatem redemptoꝛis ſequat᷑ inuentus.

Ab eo qđ ait: Venit ergo ad ſimonẽ petrũ: ꝛ dicit ei petrus: Dñe tu lauas mihi pedes? vſq̧ ad id qđ ait: Qui lotus ẽ / nõ indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mundus totus: Tractatus. LVI.

Vm lauaret pedes diſcipuloꝝ domin᷒: venit ad ſimonem petrum: et dicit ei petr᷒:

[Marginal notes: C (beside "ducta. Quod aũt ait"); Ephe. 6. b. (beside "piendũ eſt. Nouit apoſtolus"); Phil. 2. a. (beside "veſtimẽta ſua: qui cũ in foꝛma dei"); Luc. 19. b. (beside "inueniret. Venit enĩ filius hominis"); D (beside "theo quo erat ꝓcinctus"); C (beside "pedes diſcipuloꝝ domin᷒")]

Dñe/ tu mihi lauas pedes? Quis
enim non expaueſceret lauari ſibi pedes a
dei filio? Quis itaq; magnę fuiſſet auda/
cię ꝯtradicere ſeruũ domino/hominẽ deo:
tamen hoc petrus facere maluit/ ꝗ perpe/
ti vt ſibi pedes lauarent a domino et deo.
Nec putare debemus hoc petrũ inter ce/
teros formidaſſe atq; recuſaſſe: cum id alij
ante ipſum libenter vel equanimiter ſibi fi
eri ꝑmiſiſſent. Facilius quippe ſic accipiũ/
tur iſta verba euãgelij: quia cũ dictũ eſſet:
Cepit lauare pedes diſcipulorum/et exterge/
re lintheo quo erat ꝑcinctus. Deinde ſub/
iunctũ eſt: Venit ergo ad ſimonẽ petrũ:
quaſi aliquibus iã lauiſſet: et poſt eos ve/
niſſet ad primũ. Quis em̃ neſciat primuȝ
apoſtolorum eſſe beatiſſimũ petrũ? Sed non
ita intelligendũ eſt/ ꝙ poſt aliquos ad illũ
venerit/ſed ꝙ ab illo ceperit. Quando er/
go pedes diſcipulorum lauare cepit: venit ad
eum a quo cepit: id eſt ad petrũ. Et tũc pe
trus/quod etiã quilibet eorum expauiſſet/
expauit atq; ait: Domie/tu mihi lauas pe/
des? Tu mihi. Quid eſt/tu? Quid eſt mi/
hi? Cogitanda ſunt potius ꝗ dicenda: ne
forte qđ ex his verbis aliquatenus dignũ
concipit anima/nõ explicet lingua. Sed
reſpondit ieſus et dixit ei: Quod
ego facio/tu neſcis modo: ſcies au/
tẽ poſtea. Nec tamen ille dominici facti
altitudine exterritus/ꝑmittit fieri: qđ cur
fieret ignorabat: Sed vſq; ad ſuos pedes
humilẽ chriſtũ adhuc nõ vult videre: non
poteſt ſuſtinere. Non lauabis mihi
inquit pedes in eternũ. Quid eſt/in
eternũ: Nunꝗ hoc ferã: nunꝗ patiar: nũ/
ꝗ ſinã. Hoc quippe in eternũ nõ fit/ quod
nunꝗ fit. Tum ſaluator egrũ reluctantem
de ipſiꝰ ſalutis periculo exterrens. Si nõ
lauero te inquit/non habebis par
tem mecũ. Ita dictũ eſt: ſi nõ lauero te:
cum de ſolis pedibꝰ ageretur: quomodo di/
ci aſſolet/ calceas me: quãdo ſola plãta cal/
catur. At ille amore et timore ꝑturbatus:
et plus expaueſcẽs chriſtum ſibi negari/ ꝗ
vſq; ad ſuos pedes humiliari. Domine
ait: non tm̃ pedes meos/ſed et ma
nus et caput. Quandoquidẽ ſic mina/
ris lauanda tibi mẽbra mea: nõ ſolum tibi
ima nõ ſubtraho/verumetiã prima ſubſter
no. Ne mihi neges capiendã tecũ partem:
nullã tibi nego abluendã mei corporis par/
tem. Dicit ei ieſus: Qui lotus eſt:
nõ habet opus niſi pedes lauare/
ſed eſt mũdus totus. Hic moueatur B
fortaſſis quis et dicat: Immo ſi mũdus eſt
totus: quid ei opus eſt vel pedes lauare?
Dñs autẽ nouerat quod dicebat: etiã ſi no
ſtra infirmitas eiꝰ ſecreta nõ penetrat. Ve/
rũtamen quantũ nos erudire/ et ex lege ſua
docere dignatur: ꝓ captu meo/ ꝓ modulo
meo: aliquid etiã ego de huius queſtionis
ꝓfunditate illo adiuuante reſpondeam: ac
primũ ipſam locutionẽ nõ ſibi eſſe contra/
riã/facillime oſtendã. Quis em̃ non ita re
ctiſſime loqui poſſit: mũdus es totus ꝑter
pedes? Elegãtius autẽ loquitur ſi dicit: mun
dus es totus niſi pedes: qđ tantundẽ va/
let. Hoc ergo ait dñs: Nõ habet opus niſi
pedes lauare/ſed eſt mũdus totus. Totus
vtiq; ꝑter pedes/ vel niſi pedes quos ha/
bet opus lauare. Sed quid eſt hoc? Quid
ſibi vult: quid hic neceſſariuȝ eſt vt quera/
mus. Dñs dicit: veritas loquitur: ꝙ opus ha
beat pedes lauare etiã ille ꝗ lotꝰ eſt. Quid
fratres mei/ quid putatis: niſi quia homo
in ſancto quidẽ baptiſmo totus abluitur: nõ
ꝑter pedes/ſed totus omnino. Verũtamen
cũ in rebꝰ humanis poſtea viuitur: vtiq; ter/
ra calcatur. Ipſi igitur humani affectus/ſine ꝗ/
bus in hac mortalitate nõ viuitur: quaſi pe/
des ſunt/ vbi ex humanis rebus afficimur:
et ſic afficimur: vt ſi dixerimus/ qꝛ peccatũ 1.Joh.1.c.
nõ habemus/nosipſos decipimꝰ: et veritas
in nobis nõ eſt. Quotidie igitur pedes lauat
nobis/ꝗ interpellat ꝓ nobis: Et quotidie Roma.8.
nos opus habere vt pedes lauemꝰ: id eſt/
vias ſpiritaliũ greſſuuȝ dirigamus: in ipſa
oratiõe dominica ꝯfitemur cũ dicimꝰ: Di/ Matth.6.b.
mitte nobis debita noſtra/ ſicut et nos di/
mittimꝰ debitoribꝰ noſtris. Si em̃ confitea 1.Joh.1.d.
mur ſicut ſcriptum eſt/ pctã noſtra: ꝑfecto
ille qui lauit pedes diſcipulorum ſuorũ: fide/
lis ẽ et iuſtus ꝗ dimittat nobis peccata no/
ſtra: et mũdet nos ab om̃i peccato: id ẽ/vſq;
ad pedes quibꝰ conuerſamur i terra. Pro/
inde eccleſia quã mũdat chriſtꝰ lauacro aq̃
in verbo: non ſolũ in illis eſt ſine macula et Eph.5.f.
ruga/qui poſt lauacrũ regenerationis ꝯti/
nuo ex huiꝰ vite cõtagione tolluntur: nec cal/
cant terrã vt opus habeant pedes lauare:
verumetiã in his quibus iſtã miſericordiã
ꝑbẽs dñs: fecit eos de ſeculo iſto lotis etiã
pedibus emigrare. In his aũt ꝗ hic demo/

ranſ/etiã ſi mũda ſit: quoniã iuſte viuunt:
op⁹ tamẽ habẽt pedes lauare: qm̃ ſine pec/
cato vtiq; nõ ſunt. Propter hoc dicit in cã/
Cant. 5. b. ticocanticoꝝ: Laui pedes meos: quõ inq̃/
nabo illos? Dicit eñ hoc cũ cogit ad chri/
ſtum venire: et terrã calcare conuenit. Alia
queſtio rurſus exorit: Nonne chriſtus ſur/
ſum eſt? Nõne aſcendit in celũ/ et ſedet ad
dexterã patris? Nõne apl's ad nos clamat ⁊
Col. 3. a. dicit: Si ergo reſurrexiſtis cũ chriſto: que
ſurſũ ſunt querite: vbi chriſtus eſt in dexte
ra dei ſedens: que ſurſum ſunt ſapite: nõ q̃
ſuper terrã? Quomõ ergo vt ad chriſtũ ea/
mus/ terrã calcare compellimur: cũ potius
nobis ſurſum cor habendũ ſit ad dñm: vt
cũ illo eſſe poſſimus? Videtis fratres ho/
dierni tẽporis anguſtias/ iſtã coartare que/
ſtionẽ. Quõ et ſi vos forte minus videtis:
ego vtcũq; video quãte diſputationis in/
digeat. Vñ peto vt eam potius ſuſpẽdi/ q̃
vel negligentius vel anguſtius ꝑtractari:
nõ fraudata ſed dilata expectatione patia/
mini. Aderit eñ dñs qui nos debitores fa/
cit/ vt faciat etiam redditores.

De eadẽ lectiõe: Tractatus. LVII.

A NOn ĩmemor
n mei debiti/ et iã reddendi tẽ
pus agnoſco. Donet vnde
reddã/ qui donauit vt debe
am. Donauit eñ dilectionẽ/ de qua dictũ
Roma. 13. c. eſt: Nemini quicq; debeatis/ niſi vt inuicẽ
diligatis. Donet etiam ſermonẽ quem vi/
deo me debere dilectis. Expectationẽ ve/
ſtrã ad hoc nempe diſtulerã: vt explicarẽ ſi/
cut poſſem: quemadmodũ etiã ꝑ terrã ve/
Col. 3. a. niat ad chriſtũ: cũ potius iubeamur q̃ ſur/
ſum ſunt querere/ nõ que ſup terrã. Surſũ
eñ chriſt⁹ eſt ſedens ad dexterã patris: Sꝫ
ꝑfecto et hic eſt ꝓpter quod et ſaulo in ter/
Act. 9. a. ra ſeuienti dicit: Saule ſaule qd me perſe/
queris? Vt aũt hoc querendũ ſuſciperem⁹:
id tractabatur q pedes dñs diſcipulis la/
uit: cũ iam ipſi diſcipuli loti eſſent: nec op⁹
haberent niſi pedes lauare: vbi viſum eſt
intelligendũ/ q baptiſmo quidẽ homo to/
tus abluitur/ ſed dũ iſto poſtea viuit in ſe/
culo/ humanis affectibus terrã velut pedi/
bus calcans: ipſa ſcꝫ cõuerſatione vite hu/
Matth. 6. b. ius ꝯtrahit vñ dicat: Dimitte nobis debi/
ta noſtra. Ac ſic etiã inde mundat ab eo q̃
Roma. 8. g. pedes lauit diſcipulis ſuis: nec deſinit inter/
pellare ꝓ nobis. Hinc occurrunt ex canti/
cocanticoꝝ eccleſie verba dicẽtis: Laui pe/ Cant. 5. b.
des meos: quõ inquinabo eos? Cum vel/
let ire ⁊ aperire ei qui venerat ad eã/ ⁊ pul/
ſauerat: ſibiq; aperiri popoſcerat/ ille ſpeci/ Pſ. 44.
oſus forma ꝓ filijs hominũ. Hinc queſtio
nata eſt quã coartare noluimus anguſtijs
tẽporis: ideoq; diſtulimus: quo nã mõ ec/
cleſia timeat inquinare pedes/ dũ ꝑgit ad
chriſtũ/ quos baptiſmate lauerat chriſti. Sic
eñ ait: Ego dormio/ et cor meum vigilat. Cant. 5. a.
Vox fratruelis mei pulſat ad ianuã. Dein
de dicit etiã ipſe: Aperi mihi ſoror mea/ ꝓ/
xima mea: columba mea: ꝑfecta mea: quia
caput meũ repletũ ẽ rore: ⁊ crines mei gut/
tis noctis. Et reſpõdit illa: Exui me tuni/
ca mea/ quomõ induar ea? Laui pedes me/
os/ quomõ inquinabo illos? O admirabi/
le ſacramentũ/ o grande myſteriũ. Ergo ne
timet inquinare pedes veniẽdo ad eũ qui
lauit ſuoꝝ diſcipuloꝝ pedes? Timet certe
quia ꝑ terrã venit ad eũ qui etiã in terra ẽ:
quia ſuos hic cõſtitutos nõ deſerit. An nõ
ipſe ait: Ecce ego vobiſcũ ſum vſq; ad con/ Matth. 28. d.
ſũmationẽ ſeculi? An nõ ipſe ait: Videbi/ Joh. 1. g.
tis celos apertos: et angelos dei aſcẽdentes
et deſcendẽtes ad filiũ hominis? Si aſcen/
dunt ad eũ ꝓpterea q; ſurſum ẽ: quomodo
ad eũ deſcendũt ſi etiã non hic ẽ? Dicit er/
go eccleſia: Laui pedes meos: quomõ inq̃/
nabo eos? In eis hoc dicit qui ꝑdicãt chri/
ſtum: et aperiunt illi oſtiũ/ vt habitet per fi/
dem in cordibus hominũ. In his hoc dicit
cũ deliberãt/ vtrũ miniſteriũ tale ſuſcipiãt/
cui ſe minus idoneos exiſtimãt/ vt ſine cul/
pa impleãt: ne forte alijs ꝑdicãtes/ ipſi re/ 1. Cor. 9. d.
probi fiant. Tutius eñ veritas auditur q̃
predicat: quoniã cũ audit/ humilitas cuſto
dit: cum autẽ predicat/ vix nõ ſurrepit cui/
uis hominũ quantulacũq; iactãtia: in qua
vtiq; inquinent pedes. Ergo vt apl's iaco/
bus dixit: Sit oĩs homo velox ad audiẽ/ Jacob. 1. c.
dum/ tardus autẽ ad loquendũ. Dicit ⁊ ali
us homo dei: Auditui meo dabis gaudiũ Pſ. 50.
et leticiã: et exultabũt oſſa humiliata. Hoc
eſt quod dixi: Cũ veritas audit/ humilitas
cuſtoditur. Dicit et alius: Amicus aũt ſpõ/ Joh. 3. d.
ſi ſtat et audit eũ: et gaudio gaudet ꝓpter
vocẽ ſponſi. Fruamur auditu/ ſine ſtrepitu B
nobis loquente intrinſecus veritate: q̃q;
etiã cũ forinſec⁹ inſonat ꝑ legentẽ/ ꝑ annun
ciantem/ ꝑ predicantẽ/ per diſputantẽ/ per

pręcipientē/ per conſolantē/ ꝑ exhortantē/
per ipſum etiā cātantē atqꝫ pſallentē: Ipſi
qui hęc agūt/inquinare pedes ſuos time/
ant: cū placere hominib⁹ ſurrepente amo/
re humanę laudis affectāt. Ceterū qui eos
audit libenter et pie: nō habet locū iactan/
di ſe in laboribus alienis: et nō inflatis oſ/
ſibus humiliatis/ gaudio gaudet ꝓpter vo
cē dominicę veritatis. Proinde in eis qui
libenter ⁊ humiliter audire nouerunt: ⁊ vi/
tam quietā in ſtudijs dulcibus et ſalubri/
bus agūt: catholica delitieꝶ eccleſia et di/
Canti.5.a. cat: Ego dormio/et cor meū vigilat. Quid
eſt: ego dormio/et cor meū vigilat/ niſi ita
quieſco vt audiā? Ociū meū nō impendiꝶ
nutriendę deſidię/ ſed percipiēdę ſapiētię.
Pſ.45. Ego dormio/et cor meū vigilat: vaco ⁊ vi/
deo: quoniā tu es dn̄s: quia ſapientiā ſcri/
Eccl.38.c. bo in tēpore ocij: et qui minoraꝶ actu/ ipſe
percipiet eam. Ego dormio/et cor meū vi/
gilat: Ego requieſco a negocioſis actib⁹: ⁊
animus meus diuinis ſe intēdit affectib⁹.
Sed in his qui iſto modo ſuauiter ⁊ humi/
liter requieſcūt: dū ocioſe oblectaꝶ eccleſia:
Matth.10.c. ecce pulſat ille qui ait: Quę dico vobis in
tenebris/dicite in lumine: et qđ in aure au/
ditis/ p̄dicate ſup tecta. Vox ergo eius pul
Cant.5.a. ſat ad ianuā/⁊ dicit: Aperi mihi ſoror mea/
ꝓxima mea/columba mea/ ꝑfecta mea: qꝛ
caput meū repletum eſt rore: et crines mei
guttis noctis: Velut ſi diceret: Tu vacas:
⁊ contra me oſtiū clauſū ē. Tu ſtudes ocio
paucorū: ⁊ abundāte iniquitate refrigeſcit
charitas multoꝝ. Nox quippe iniquitas ē:
Ros ꝟo eius ⁊ guttę/ hi ſunt qui frigeſcūt
et cadūt: ⁊ faciūt refrigeſcere caput chriſti:
1.Cor.11.a. hoc eſt vt non ameꝶ deus: caput em̄ chriſti
deus. Sed portanꝶ in crinibus: id eſt/in ſa
cramentis viſibilibus toleranꝶ: cū nequa/
qꝫ interiora ſenſus attingūt. Pulſat ergo
vt excutiat quietē ſāctis ocioſis/et clamat:
Aperi mihi de ſanguine meo ſoror mea/de
acceſſu meo ꝓxima mea/de ſpiritu meo co/
lumba mea: de ſermone meo quē pleni⁹ ex
ocio didiciſti ꝑfecta mea. Aperi mihi/ p̄di/
ca me. Ad eos quippe qui clauſerūt ꝯtra me:
Roma.10.c. quomō intrabo ſine aperiēte? Quomō em̄
audient ſine p̄dicante? Hinc fit vt etiā hi q
amant ociū ſtudioꝝ bonorū: ⁊ nolunt per/
peti laborioſaꝝ moleſtias actionum: eo q
min⁹ idoneos ad hęc miniſtrāda/ ⁊ ſine rep̄/
henſione agenda ſe ſentiūt: mallent ſi fieri
poſſet/ſanctos ap̄los ⁊ prędicatores veri/
tatis antiquos excitari aduerſus abundā/
tiā iniquitatis: quia feruor friguit charita/
tis. Sed in eis qui iā de corpore exierūt: et C
carnis indumento expoliati ſunt: neqꝫ em̄
ab ea ſeꝑati ſunt: reſpōdeat eccleſia. Exui
me tunica mea: quomodo induar ea. Reci
pietur quidē illa tunica: ⁊ in eis qui iā exu/
ti ſunt: rurſus veſtieꝶ carne eccleſia: nō ta/
men nunc quādo ferueſaciēdi ſunt frigidi:
ſed tunc qn̄ reſurrecturi ſunt mortui. Paſ/
ſa ergo difficultatē ꝓpter inopiā prędicato/
rū: ⁊ recolens illa ſua mēbra ſana ſermoni/
bus/ſancta moribus: ſed iā exuta corpori/
bus: ingemit ⁊ dicit eccleſię: Exui me tuni Cant.5.b.
ca mea: quomodo induar ea? Mēbra illa
mea quę chriſto aperire euāgeliçādo excel/
lentiſſime potuerūt: quomō ad corpa qui/
bus exuta ſunt/redire nūc poſſūt? Deinde
reſpiciēs ad eos qui p̄dicare/ ⁊ populos ac/
quirere ac regere/ac ſic chriſto aperire vtcū
qꝫ poſſunt: ſed in his difficultatib⁹ actionū
peccare metuūt: Laui inquit pedes meos:
quō inqnabo illos? Quiſqꝫ em̄ in ꝟbo non Jacob.3.a.
offendit: hic ꝑfectus eſt vir. Et quis eſt ꝑfe
ctus? Quis eſt qui nō offendit in tāta abū
dantia iniqtatis/tanto frigore charitatis?
Laui pedes meos: quō inqnabo eos? Qm̄
quidē lego et audio. Nolite multi magiſtri
fieri fratres: qm̄ maius iudiciū ſumitiſ: In
multis em̄ offendimus om̄es. Laui pedes
meos: quō inqnabo eos? Sed ecce ſurgo ⁊
aperio: chriſte laua eoſ. Dimitte nobis de/ Matth.6.b.
bita noſtra: quoniā nō ē extincta charitas
noſtra: quia et nos dimittimus debitorib⁹
noſtris. Qm̄ te audimus: exultant tecū in Pſ.50.
cęleſtib⁹ oſſa humiliata. Sed quando te p̄/
dicamus: terrā calcamus vt tibi aperiam⁹.
Et ideo ſi rep̄hendimur/ꝑturbamur: ſi lau/
damur/inflamur. Laua pedes noſtros ań
mūdatos: ſed cū ad aperiendū tibi ꝑ terrā
pergim⁹ inqnatos. Hęc vobis hodie ſatis
ſint dilectiſſimi. Si qđ fec⁹ qꝫ oportuit dicē
tunc ieiunabũt filij ſponſi. Quis aũt ſpon/
ſus niſi dñs chriſtus? Deinde ſequit et di/
cit: Adhuc modicũ et mundus me
iam nõ videt. Quid eñ? Tunc eũ vide/
bat mundus: quandoquidẽ mũdi nomine
vult intelligi eos de quibus ſuperius locu
tus eſt: dicẽs de ſpũſancto quẽ mũdus ac/
cipere nõ poteſt: quia nõ videt eũ neqꝫ co/
gnoſcit eũ. Videbat eũ plane mũdus car/
neis oculis in carne conſpicuũ: nõ autẽ vi/
debat ꝙ in carne verbũ latebat. Videbat
hominẽ/ nõ videbat deũ: videbat indumẽ/
tum/ nõ videbat indutũ. Sed quoniã cum
poſt reſurrectionẽ etiã ipſam carnẽ ſuam
quã non ſolũ videndã/ verumetiã contre/
ctãdã/ ſuis voluit demõſtrare/ nõ ſuis ſub/
trahere: fortaſſe hinc intelligendũ eſt eſſe
dictũ: Adhuc modicũ ⁊ mũdus me iam nõ
videt. Vos autẽ videtis me: quia
ego viuo/ et vos viuetis. Quid ẽ/ qꝛ
ego viuo/ et vos viuetis? Cur de p̃ſenti ſe
dixit viuere: illos aũt de futuro eſſe victu/
ros/ niſi quia vitã etiã carnis vtiqꝫ reſurgẽ
tis qualis in ipſo p̃cedebat: et illis eſt pol/
licitus ſecuturã? Et quia ipſius mox futu/
ra erat reſurrectio: p̃ſentis poſuit tẽporis
verbũ ꝓpter ſignificandã celeritatẽ: illorũ
autẽ quoniã ſeculi differt in finẽ: nõ ait vi/
uitis/ ſed viuetis. Duas ergo reſurrectio/
nes/ ſuã ſcꝫ mox futurã: et noſtrã in ſeculi
fine venturã: duob' verbis p̃ſentis tẽporis
et futuri/ elegãter breuiterqꝫ ꝓmiſit. Quia
ego inquit viuo ⁊ vos viuetis: quia viuit/

1.Cor.15.c. ideo ꝛ nos viuem⁹: Per hoīem ꝗppe mors/
et ꝑ hominē resurrectio mortuoꝝ: Sicut
eñ in adā omnes moriunt̄: ita et in chriſto
oēs viuificabūtur: quoniā nemo ad mor
tem niſi ꝑ illū: nemo ad vitā niſi ꝑ chriſtū.
Quia nobis vixim⁹/mortui ſumus: quia
viuit ipſe/viuemus nos. Mortui ſumus il
li/quādo viximus nobis. Quia vō mortu/
us ē ille ꝑ nobis: ꝛ ſibi viuit ꝛ nobis. Quia
eñ viuit ille/et nos viuemus: Nam ſicut ꝑ
nos mortē habere potuimus: non ſic ꝛ vi-
B tam per nos habere poſſumus. In illo
die inquit vos cognoſcetis/quia
ego ſum in patre: et vos in me: et
ego in vobis. In quo die/ niſi de quo
ait: et vos viuetis? Tunc eñ erit/vt poſſi/
mus videre qᵭ credimus: nam et nūc eſt in
nobis/et nos in illo. Sed hoc nūc credim⁹:
tunc etiā cognoſcemus: ꝗuis et nūc credē/
do nouerimus: ſed tūc cōtemplādo noſce/
2.Cor.5.b. mus. Qdiu eñ ſumus in corꝑe quale nūc
Sap.9.d. eſt: id eſt corruptibili: qᵭ aggrauat animā:
peregrinamur a dño: ꝑ fidē eñ ambulam⁹/
non ꝑ ſpeciē. Tunc ergo ꝑ ſpeciē: quoniā
1.Joh.3.a. videbimus eū ſicuti eſt. Nam ſi etiam nūc
chriſtus in nobis nō eſſet: nō diceret apl's:
Roma.8.b. Si autē chriſtus in nobis: corpus quidem
mortuū eſt ꝓpter peccatū: ſpiritus autē vi/
ta eſt ꝓpter iuſticiā. Quia vō et nos etiam
nūc in illo ſumus: ſatis oſtendit vbi dicit:
Joh.15.a. Ego ſum vitis: vos palmites. In illo ergo
die quādo viuemus ea vita qua mors ab/
ſorbebit̄: ꝯgnoſcemus quia ipſe ī patre/ et
nos in ipſo/et ipſe in nobis: qꝛ tunc perfi/
cietur hoc ipſū/qᵭ et nūc inchoatū eſt iam
ꝑ ipſū: vt ſit in nobis ꝛ nos in ipſo. Qui
habet inquit mādata mea et ſeruat
ea/ ille eſt qui diligit me. Qui habet
in memoria/ꝛ ſeruat in vita: Qui habet in
ſermonibus/et ſeruat in moribus: Qui ha
bet audiendo/ꝛ ſeruat faciēdo: aut qui ha/
bet faciēdo/et ſeruat ꝑſeuerādo: Ipſe ē in/
quit qui diligit me. Opere ē demōſtranda
dilectio: ne ſit infructuoſa nominis appel/
latio. Et qui diligit me inqᵗ/ dilige/
tur a patre meo: et ego diligā eū:
et manifeſtabo ei meipſū. Quid eſt
diligā: tanꝗ̄ tūc dilecturus ſit: ꝛ nūc nō di/
ligat? Abſit. Quomō eñ nos pater ſine fi/
lio/aut filius ſine patre diligeret? Quomō
cū inſeꝑabiliter operent̄/ ſeꝑabiliter dili/
gunt? Sed ad hoc dixit: diligam eū: ad qᵭ
ſequit̄: et manifeſtabo ei meipſū. Diligam
et manifeſtabo: id eſt/ad hoc diligā vt ma/
nifeſtem. Nūc eñ ad hoc dilexit/ vt creda/
mus: et mandatū fidei teneamus: tunc ad
hoc diliget/ vt videam⁹: ꝛ ipā viſione mer/
cedē fidei capiamus: quia ꝛ nos nūc diligi/
mus credendo qᵭ nō videm⁹: tunc autē di/
ligemus videndo qᵭ credimus.

De eo quod ſequit̄: Dicit ei iu/
das/ nō ille ſcariothis: Dñe quid
factum eſt/ quia nobis manifeſta
tur⁹ es teipſum et non mundo: vſ/
ꝗ ad id qᵭ ait: Sermo quē audi/
tis nō eſt meus: ſed eius q̄ miſit
me patris: Tractatus.LXXVI.

a INterroganti
c bus diſcipulis: ꝛ eis magiſtro
reſpondēte ieſu: etiā nos tan/
ꝗ̄ cum illis diſcimus/qñ ſan/
ctum euangeliū vel legimus vel audimus.
Quia ergo dixerat dñs: Adhuc modicū et
mundus me iā non videt: vos autē vide/
bitis me. Interrogauit eum de hoc ipſo iu
das: non ille traditor eius qui ſcario
this cognominatus ē: ſed cui⁹ et epiſtola
inter ſcripturas canonicas legit̄. Domi/
ne/quid factū eſt quia nobis ma/
nifeſtaturus es teipſum/ ꝛ nō mū
do? Simus cū ipſis tanꝗ̄ interrogantes
diſcipuli: cōmuneꝗ̄ magiſtrū audiamus ꝛ
nos. Judas eñ ſanctus/nō immūdus/ nec
inſectator dñi/ſed ſectator: cauſā queſiuit
quare ſe nō mundo/ ſed ſuis manifeſtatu/
rus eſſet ieſus: quare adhuc modicū ꝛ mun
dus nō videret eū: ipſi autē viderent eum.
Reſpondit ieſus et dixit ei: Si
quis diligit me/ſermonē meū ſer/
uabit: et pater meus diliget eum:
et ad eum veniemus: et manſio/
nem apud eum faciemus. Qui nō
diligit me: ſermones meos nō ſer
uat. Ecce expoſita eſt cauſa/ quare ſe ſuis
manifeſtaturus eſt/nō alienis: quos mun/
di nomine appellat: et ipā ē cauſa: ꝗ hi di/
ligant/illi non diligant. Ipſa cauſa eſt de
qua ſacer inſonat pſalmus: Judica me de/ Ps.42.
us: et diſcerne cauſam meā de gēte nō ſan/
cta. Qui eñ diligunt: quia diligūt/eligun/
tur: Qui vō non diligunt: ſi linguis homi/ 1.Cor.13.a.
nū loquant̄ et angeloꝝ: fiunt eramentū ſo
nans et cymbalū tinniens: Et ſi habuerint

ꝓphetiã: et ſcierint oĩa ſacramenta ⁊ om
nẽ ſcientiã: et habuerint omnẽ fidẽ vt mõ/
tes transferãt/nihil ſunt. Et ſi diſtribuerint
omnẽ ſubſtantiã ſuam: et tradiderint cor/
pus ſuũ vt ardeant: nihil eis ꝓdeſt. Dile/
ctio ſanctos diſcernit a mũdo: q̃ facit vna/
Pſ.67. nimes habitare in domo: in qua domo pa/
ter et fili⁹ manſionẽ faciũt/ q̃ donãt et ipſã
dilectionẽ: quibus donẽt ĩ fine etiã ipſam
ſuã manifeſtationẽ. De qua diſcipul⁹ ma/
giſtrũ interrogabat: vt non ſolũ illi q̃ tunc
audiebant ꝑ os eius/ ſed etiã nos ꝑ euan/
geliũ eius hoc noſſe poſſemus. Queſierat
eñ de chriſti manifeſtatione: et audiuit de
dilectione atq̃ manſione. Eſt ergo quędã
dei manifeſtatio interior/ quã ꝓrſus impij
nõ nouerunt: quibus dei patris ⁊ ſpiritus/
ſancti manifeſtatio nulla eſt. Filij v̾ó potu
it eſſe/ ſed in carne: quę nec talis eſt qualis
illa: nec ſemꝑ illis adeſſe poteſt qualiſcũq̃
ſit/ ſed ad modicũ tempus: ⁊ hoc ad iudici/
um/ nõ ad gaudiũ: ad ſupplicium/ nõ ad prę/
B miũ. Nunc eſt ergo vt intelligamus quan/
tum aperire ille dignat̾/ quõ dictũ ſit: Ad/
huc modicũ et mundus me iam nõ videt:
vos autẽ videbitis me. Verũ eſt quidẽ/ q̃
poſt paululũ etiam corpus ſuũ/ in quo po/
terant eũ et impij videre: oculis eorũ fue/
rat ſubtracturus: quãdoquidẽ poſt reſur/
rectionẽ nemo eũ vidit illorũ: ſed quoniã
Act.1.b. dictũ eſt teſtantibus angelis: Sic veniet
quemadmodũ vidiſtis eũ euntẽ in cęlum:
nec aliud credimus q̃ eum in eodẽ corpo/
re ad iudiciũ viuorũ et mortuorũ eſſe ven/
turũ. Proculdubio tunc eũ videbit mun/
dus: quo nomine ſignificati ſunt a regno
eius alieni: Ac ꝑ hoc longe melius intelli/
git̾ iã illud tempus ſignificare voluiſſe in
eo qđ ait: Adhuc modicũ et mũdus me iã
nõ videt: quãdo in fine ſeculi auferetur ab
oculis damnatorũ: vt illi eũ de cętero vi/
deant/ apud quos diligentes eũ/ facit pa/
ter atq̃ ipſe manſionẽ. Modicũ autẽ di/
xit: quia et id qđ prolixũ videt̾ hominib⁹:
breuiſſimũ eſt ante oculos dei. De hoc ꝙ/
1.Joh.2.c. pe modico iſte ipſe iohãnes: Filioli inquit/
nouiſſima hora ẽ. Ne quis porro exiſtimet
patrẽ tñmodo et filiũ ſine ſpiritusancto/
apud dilectores ſuos facere manſionẽ: re/
colat qđ ſuperius de ſpiritusancto dictũ ẽ:
Quẽ mundus nõ poteſt accipere: quia nõ
videt eum/ nec ſcit eũ: vos autẽ cognoſce/
tis eum: quia apud vos manebit/ et in vo/
bis erit. Ecce facit in ſanctis cũ patre et fi/
lio ſanctus etiã ſpiritus manſionẽ: int⁹ vti/
q̃ tanq̃ deus in templo ſuo. De⁹ trinitas
pater et filius ⁊ ſpũſſanct⁹ veniunt ad nos
dũ venim⁹ ad eos. Veniunt ſubueniẽdo/
venimus obediẽdo: Veniũt illuminãdo/
venimus intuẽdo. Veniunt implẽdo/ ve/
nimus capiẽdo: vt ſit nobis eorũ: non ex/
traria viſio/ ſed interna: et in nobis eoꝝ nõ
tranſitoria manſio/ ſed ęterna: Sic mundo
nõ ſe filius manifeſtat. Mũdus eñ dictus C
eſt hoc loco: de quibus continuo ſubiũxit
atq̃ ait: **Qui nõ diligit me: ſermo/
nes meos nõ ſeruat.** Hi ſunt qui pa/
trem et ſpiritumſanctum nunq̃ vident: fi/
liũ autẽ nõ vt beatificent̾/ ſed vt iudicẽtur
ad modicũ vident. Nec ipſum in forma dei
vbi eſt cũ patre ⁊ ſpiritusancto pariter inui
ſibilis: ſed ĩ forma hominis vbi eſſe voluit
mũdo patiẽdo contẽptibilis/ iudicãdo ter/
ribilis. Qđ v̾o adiunxit: **Et ſermo quẽ
audiſtis non eſt meus: ſed ei⁹ qui
miſit me patris:** Non miremur: nõ pa/
ueamus: nõ eſt minor patre/ ſed nõ eſt niſi
a patre: nõ ẽ impar ipſo/ ſed nõ eſt a ſeipſo.
Neq̃ eñ mentitus eſt dicẽdo: Qui nõ dili
git me/ ſermones meos nõ ſeruat: Ecce ſu/
os dixit eſſe ſermones: Nunq̃d ſibi ipſe eſt
contrarius: vbi rurſus dixit: Et ſermo quẽ
audiſtis non eſt meus? Aut q: ſm̃ hominẽ
nõ eſt ſuus? Et fortaſſe ꝓpter aliquã diſtin
ctionẽ/ vbi ſuos dixit pluraliter dixit: hoc ẽ
ſermones: vbi autẽ ſermonẽ/ hoc ẽ verbũ:
non ſuũ dixit eſſe/ ſed patris: ſeipſũ intelli/
gi voluit. In ꝑncipio eñ erat verbũ: ⁊ ver/ Joh.1.a.
bũ erat apud deũ: ⁊ deus erat verbũ. Non
itaq̃ ſuũ ſed patris eſt verbũ: quomõ nec
ſua imago/ ſed patris eſt: nec ſuus fili⁹ idẽ
ipſe ſed patr̾. Recte igit̾ tribuit auctori q̃c
quid fecit ęqualis: a quo habet hoc ipſũ/ q̃
illi eſt indifferenter ęqualis.

**De eo qđ ſequit̾: Hęc locut⁹ ſũ
vobis apud vos manẽs: vſq̃ ad
id quod ait: Pacẽ meam do vo/
bis: nõ quomõ mundus dat ego
do vobis: Tractatus. LXXVII**

N preceden A
ti lectione ſancti euangelij/
quã ſequitur iſta quę modo
recitata ẽ: dñs ieſus dixerat

ſe et patrem ad dilectores ſuos eſſe ventu/
ros: et apud eos manſionē eſſe facturos.
Iā vero et ſuperius dixerat de ſpirituſan/
cto: Uos autē cognoſcetis eū: quia apud
vos manebit/ et in vobis erit. Uñ intelle/
ximus in ſanctis tanq̄ i templo ſuo ſimul
manere trinitatē deū. Nunc autem dicit:
Hec locutus ſū vobis apud vos manens. Illa itaq; manſio alia eſt quā
pmiſit futurā: hec vero alia quā preſentē
eſſe teſtatur. Illa ſpiritalis eſt/ atq; intrin/
ſecus mentibus redditur: hec corporalis fo
rinſecus oculis atq; auribus exhibet. Illa
in eternū beatificat liberatos: hec in tem/
pore viſitat liberādos. Scđm illam dñs a
ſuis dilectoribus nō recedit: ſm hanc it et
redit. Hec inquit locutus ſum vobis/ apud
vos manens: vtiq; p̄ſentia corporali/ qua
cū illis viſibilis loquebat. **Paracletus autem inquit ſpirituſſanctus/ quē mittet pater in nomine meo: ille**
Al. ſuggeret **vos docebit omnia: et† cōmemorabit vobis omnia quecunq; dixero vobis.** Nūquid nā dicit filius: et
docet ſpirituſſanctus: vt dicente filio ver/
ba capiam⁹: docente autē ſpirituſancto ea/
dem verba intelligamus? Quaſi dicat fili/
us ſine ſpirituſancto/ aut ſpirituſſanct⁹ do/
ceat ſine filio: aut vero nō et filius doceat/
et ſpirituſſanctus dicat: et cū deus aliquid
dicit et docet: trinitas ipſa dicat ⁊ doceat?
Sed quoniā trinitas eſt: oportebat eā ſin/
gulas inſinuare pſonas: eaſq; nos diſtin/
cte audire/ inſepabilit intelligere. Audi pa
Pſ.2. trem dicentē vbi legis: Dñs dixit ad me fi/
lius meus es tu. Audi ⁊ docentē vbi legis:
Ioh.6.e. Omnis qui audiuit a patre et didicit/ venit
ad me. Filiū vero dicentē mō audiſti. De ſe
quippe ait: Quecunq; dixero vobis. Quē
et ſi docentē vis noſſe/ magiſtrum recole:
Math.23.b. Unus eſt inquit magiſter veſter chriſtus.
Spiritū porro ſanctū quē mō audiſti do/
centē vbi dictū eſt: Ipſe vos docebit om/
nia: audi etiā dicentē/ vbi legis in actibus
apoſtolorū/ beato petro dixiſſe ſpiritūſan/
Act.10.c. ctum: Uade cum illis: quia ego miſi eos.
Omnis igit et dicit et docet trinitas. Sed
niſi etiā ſingillatim cōmendaret/ eam nul/
lo mō humana capere vtcunq; poſſit infir/
mitas. Cū ergo omnino ſit inſepabilis: nun/
q̄ trinitas eſſe ſciretur/ ſi ſemp inſepabili/
ter diceret: Nā et cū dicimus patrē et fili/
um et ſpiritūſanctū: nō eos vtiq; dicimus
ſimul: cū ipſi nō poſſint eſſe niſi ſimul. Qđ B
vero addidit: cōmemorabit vobis: intelli/
gere debemus etiā/ q̄ iubemur nō obliui/
ſci ſaluberrimos monitus ad gratiā perti/
nere: quā nobis cōmemorat ſpiritus. **Pacem inquit relinquo vobis: pacem meā do vobis.** Hoc autē eſt quod le/
gimus apud pphetam: Pacē ſuper pacē.
Pacē nobis relinquit iturus: Pacē ſuam
nobis dabit in fine venturus: Pacē nobis
relinqt in hoc ſeculo: Pacē ſuā nobis da/
bit in futuro ſeculo: Pacē nobis relinquit
in qua manētes hoſtē vincimus: Pacē ſu/
am nobis dabit/ quando ſine hoſte regna/
bimus: Pacē relinquit nobis/ vt etiā hic
inuicē diligam⁹: Pacē ſuam nobis dabit/
vbi nunq̄ diſſentire poſſimus: Pacē relin
quit nobis/ ne de occultis noſtris inuicē iu
dicemus/ cū in hoc ſumus mūdo: Pacē ſu/
am dabit nobis/ cū manifeſtabit cogitati/ 1.Cor.4.a.
ones cordis: ⁊ tūc laus erit vnicuiq; a deo.
In illo tamen atq; ab illo nobis eſt pax:
ſiue quā nobis relinquit iturus ad patrē:
ſiue quā nobis dabit nos pducturus ad pa/
trē. Quid autē nobis relinquit aſcendens
a nobis/ niſi ſeipſū dū nō recedit a nobis?
Ipſe eſt enī pax noſtra/ q̄ fecit vtraq; vnū. Eph.2.c.
Pax ergo ipſe nobis eſt: et cū credimus q̄
eſt: et cū videmus eum ſicuti eſt. Si enī q̄/ 1.Ioh.3.a.
diu ſumus i corpore corruptibili quod ag/ 2.Cor.5.b. Sap.9.d.
grauat animā: cū per fidē ambulamus/ nō
per ſpeciē: non deſerit peregrinantes a ſe:
quanto magis cū ad ipſam ſpeciē veneri/
mus/ nos implebit ex ſe. Sed quid eſt qđ C
vbi ait: Pacē relinquo vobis: nō addidit
meā: vbi vero ait/ pacem do vobis: ibi di/
xit meā? Utrū ſubaudiendū eſt meam: et
vbi dictū non eſt: quia poſtea dictū eſt: po
teſt referri ad vtrūq; etiam quod ſemel di/
ctū eſt? An forte et hic aliquid latet quod
petendū eſt et querendū: et ad quod pul/
ſantibus aperiendū? Quid ſi enī pacem ſu/
am eā voluit intelligi qualem habet ipſe?
Pax vero iſta quā nobis relinquit in hoc
ſeculo: noſtra eſt potius dicēda q̄ ipſius.
Illi quippe nihil repugnat in ſeipſo/ qui nul 1.Petri.2.d.
lam habet omnino peccatū: Nos autē talē
pacē nunc habemus/ in qua adhuc dica/
mus: Dimitte nobis debita noſtra. Eſt er Math.6.b.
go nobis pax aliqua: quoniā condelecta/ Roma.7.d.
mur legi dei ſm interiorē hominē/ ſed non

eſt plena: quia videmus aliã legem in mẽ-
bris noſtris/ repugnãtẽ legi mẽtis noſtrę.
Itẽq; inter noſipſos eſt nobis pax: q̃ in-
uicẽ nobis credimus q; inuicẽ diligamus.
Sed nec ipſa plena eſt: quia cogitationes
cordis noſtri inuicẽ non videmus: ⁊ quedã
de nobis quę nõ ſunt in nobis/ vel in me-
lius inuicẽ/ vel in deterius opinamur. Ita-
q; iſta etiã ſi ab illo nobis relicta ẽ/ pax no-
ſtra eſt. Niſi em̃ ab illo nõ haberemus ⁊ ta-
lẽ: ſed ipſe non habet talẽ. Si tenuerimus
vſq; in finẽ qualẽ accepimus/ qualẽ habet
habebimus: vbi nihil nobis repugnet ex
nobis: et nihil nos inuicẽ lateat in cordi-
bus nr̃is. Nec ignoro iſta dñi ṽba etiã ſic
accipi poſſe: vt eiuſdẽ dñi ſẽtẽtię repetitio
videaẽ. Pacem relinq̃ vobis: pacẽ meã do
vobis: id qđ dixerat/ pacẽ: h̃ repetierit di-
cens/ pacẽ meã: ⁊ qđ dixerat/ relinq̃ vobis:
h̃ repetierit dicens/ do vob. Ut volet q̃ſq;
accipiat: me tñ delectat: credo et vos frẽs
meos delectet ſic tenere iſtã pacẽ/ vbi aduer-
ſariũ cõcorditer vincam⁹: vt deſiderem⁹ pa
cem vbi aduerſariũ nõ habebim⁹. Qđ ṽo
dñs adiũxit atq; ait: Nõ quõ mũdus
dat/ ego do vobis. Quid eſt aliđ niſi
nõ quomõ homines dant q̃ diligũt mun-
dũ/ ita do vobis? Qui ꝑpterea dãt ſibi pa
cem/ vt ſine moleſtia litiũ atq; bellorũ: nõ
deo/ ſed amico ſuo mũdo perfruanẽ: ⁊ quã-
do iuſtis dant pacẽ/ vt non eos perſequã-
tur: pax nõ poteſt eſſe vera/ vbi nõ eſt ve-
ra concordia: q2 diſiũcta ſunt corda. Quo-
mõ em̃ conſors diciẽ qui ſortẽ iungit: ita il
le concors dicendus eſt qui corda iungit.
Nos ergo chariſſimi quibus chriſtus pacẽ
relinquit/ et pacẽ ſuam nobis dat: non ſi-
cut mũdus/ ſed ſicut ille ꝑ quem factus eſt
mũdus/ vt cõcordes ſimus: iungam⁹ inui-
cẽ corda: et cor vnũ ſurſum habeamus/ ne
corrumpatur in terra.

De eo qđ dicit: Non turbeẽ cor
veſtr̃ neq; formidet. Audiſtis q2
dixi vobis/ vado ⁊ venio ad vos:
ſi diligeretis me/ gauderetis vtiq;:
quia vado ad patrẽ: q2 pater ma-
ior me eſt: Tractatus.LXXVIII.

A Ccepim⁹ fra-
a tres verba dñi/ dicentis ad
diſcipulos ſuos: Nõ tur-
betur cor veſtrũ neq;
formidet. Audiſtis quia ego di-
xi vobis/ vado et venio ad vos.
Si diligeretis me/ gauderetis vti-
q;: quia vado ad patrẽ: quia pa-
ter maior me eſt. Hinc ergo turbari et
formidare poterat cor illorũ q; ibat ab eis/
q̃uis venturus ad eos: ne forſitan gregẽ
lup⁹ hoc interuallo inuaderet paſtoris ab-
ſentia. Sed a quib⁹ homo abſcedebat/ de-
us nõ recedebat: et idẽ ipſe chriſtus homo
et deus. Ergo ⁊ ibat per id qđ homo erat:
et manebat ꝑ id qđ deus erat. Ibat per id
quod vno loco erat: manebat ꝑ id qđ vbi-
q; erat. Cur itaq; turbaretur et formidaret
cor: quãdo ita deſerebat oculos vt nõ de-
ſereret cor? Quis deus etiã qui nullo cõ-
tinetur loco/ diſcedat ab eorũ cordib⁹/ qui
eũ relinquunt moribus/ nõ pedibus: ⁊ ve-
niat ad eos qui conuertunẽ ad eum nõ fa-
cie ſed fide: et accedunt ad eũ mente/ nõ car
ne. Ut autẽ intelligerent ſm̃ id qđ homo
erat eũ dixiſſe: vado et venio ad vos/ adie-
cit atq; ait: Si diligeretis me/ gau-
deretis vtiq;/ quia vado ad pa-
trẽ: quia pater maior me eſt. Per
quod ergo filius nõ eſt ęqualis patri/ per
hoc iturus erat ad patrẽ: a quo vẽturus ẽ
viuos et mortuos iudicaturus. Per illud
autẽ in quo ęqualis eſt gignẽti vnigenit⁹:
nunq̃ recedit a patre/ ſed cũ illo eſt vbiq;
totus pari diuinitate/ quã nullus continet
locus. Cũ em̃ in forma dei eſſet/ ſicut apo- Phi.2.a.
ſtolus loquiẽ: non rapinã arbitratus ẽ eſſe
ęqualis deo. Quomõ em̃ rapina poſſit eẽ
natura: quę nõ erat vſurpata/ ſed nata? Se
metipſum autẽ exinaniuit/ formã ſerui ac-
cipiens: nõ ergo amittens illã/ ſed accipi-
ens iſtam: eo mõ ſe exinaniẽs quo hic mi-
nor apparebat/ q̃ apud patrem manebat.
Forma q̃ppe ſerui acceſſit/ nõ forma dei re-
ceſſit: hęc eſt aſſumpta/ nõ illa conſũpta.
Propter hãc dicit: Pater maior me eſt: ꝑ- Joh.10.f.
pter illã vero: Ego et pater vnũ ſum⁹. Hoc B
attendat arrianus: et hac attẽtione ſit ſa-
nus: ne contẽtione ſit vanus: aut quod eſt
peius/ inſanus. Hęc eſt em̃ forma ſerui/ in
qua dei filius minor eſt: nõ patre ſolo/ ſed
etiã ſpirituſancto: neq; id tñ/ ſed etiã ſe-
ipſo: quia idẽ ipſe in forma dei maior ẽ ſe-
ipſo. Neq; em̃ homo chriſtus nõ diciẽ fili-
us dei: quod etiã ſola caro eius in ſepul-
chro meruit appellari: Nã quid aliud con-

fitemur cũ dicimus credere nos vnigenitũ
dei filiũ: qui ſub pontio pilato crucifixus
eſt et ſepultus? Et quid eius ſepulta eſt
niſi caro ſine anima? Ac p hoc cũ credimus
in dei filiũ qui ſepultus eſt: pfecto filium
dei dicimus/ et carnẽ quę ſola ſepulta eſt.
Ipſe ergo chriſtus filius dei/ ęqualis pa/
Phil.2.a. tri in forma dei: quia ſemetipſũ exinaniuit
nõ formã dei amittens/ſed formã ſerui ac/
cipiens/maior eſt et ſeipſo: quia maior eſt
forma dei quę amiſſa non eſt/ q̃ ſerui quę
accepta eſt. Quid itaq̃ mirũ vel quid indi
gnũ: ſi ſm hanc formã ſerui loquẽs ait dei
filius: Pater maior me eſt: et ſm dei for/
Joh.10.f. mã loquens/ ait idẽ ipſe dei filius: Ego et
pater vnũ ſum⁹. Unũ ſunt enĩ ſm id q̃ de/
us erat vbũ: ꝛ maior eſt pater ſm id q̃ ver/
bum caro factũ eſt. Dicã etiã qd arriani et
eunominiani negare non poſſunt. Scdm
hanc formã ſerui puer chriſtus etiã paren/
tib⁹ ſuis minor erat: quãdo paruulus ma/
Luce.2.g. ioribus/ſicut ſcriptũ ẽ/ſubdit⁹ erat. Quid
igitur heretice/cũ chriſtus deus ſit ꝛ homo
loquitur vt homo/ et iã calumniaris deo?
Ille in ſe naturã cõmendat humanã: tu in
illo audes deformare diuinã? Infidelis/in/
grate: ideo ne tu minuis eũ qui fecit te: q̃
dicit ille quid factus ſit ppter te? Equalis
enĩ patri filius p quẽ factus eſt homo: vt
minor eſſet patre factus ẽ homo: quod ni/
ſi fieret/quid eſſet homo? Dicat plane dñs
et magiſter noſter: Si diligeretis me/gau/
deretis vtiq̃: quia vado ad patrẽ: quia pa
C ter maior me eſt. Cũ diſcipulis audiamus
verba doctoris: non cũ alienis ſequamur
aſtutiã deceptoris. Agnoſcamus geminã
ſubſtantiã chriſti: diuinã ſcz qua ęqualis
ẽ patri: humanã qua maior ẽ pater. Utrũ/
q̃ aũt ſimul/ nõ duo ſed vnus eſt chriſtus:
ne ſit quaternitas/nõ trinitas deus. Sicut
enĩ vnus eſt hõ anima rationalis et caro:
ſic vnus eſt chriſtus deus et hõ: Ac p hoc
chriſtus ẽ deus/anima rationalis et caro.
Chriſtũ in his oĩbus/ chriſtũ in ſingulis
confitemur. Quis ẽ ergo per quẽ factus ẽ
mũdus? Chriſtus ieſus/ ſed in forma dei.
Quis eſt ſub pontio pilato crucifix⁹? Chri
ſtus ieſus/ſed in forma ſerui. Idẽ de ſingu
3.ſen. diſ.22. lis quibus homo conſtat. Quis nõ eſt de/
ca. hic querit. relictus in inferno? Chriſt⁹ ieſus/ſed in ani/
ma ſola. Quis reſurrectur⁹ triduo iacuit in
ſepulchro? Chriſt⁹ ieſus/ ſed in carne ſola.

Dicit ergo et in his ſingulis chriſtus. Ue/
rum hęc oĩa nõ duo vel tres/ ſed vnus ẽ
chriſt⁹. Ideo ergo dixit: Si diligeretis me/
gauderetis vtiq̃ quia vado ad patrẽ: q̃m
naturę humanę gratulandũ eſt: eo q̃ ſic aſ/
ſumpta eſt a verbo vnigenito: vt immor/
talis conſtitueret in cęlo: atq̃ ita fieret ter/
ra ſublimis: vt icorruptibilis puluis ſede/
ret ad dexterã patris. Hoc enĩ modo ſe itu/
rum dixit ad patrẽ: Nam pfecto ad illum
ibat qui cũ illo erat. Sed hoc erat ire ad eũ
et recedere a nobis/mutare atq̃ immorta/
le facere qd mortale ſuſcepit ex nobis: ꝛ le/
uare in cęlũ p quod fuit in terra p nobis.
Quis non dehinc gaudeat/ qui ſic diligit
chriſtũ: vt et ſuã naturã iã immortalẽ gra/
tuletur i chriſto: atq̃ id ſe ſperet futurꝫ eſſe
p dominũ chriſtũ: Qui cũ patre et ſpiritu/
ſancto viuit et regnat deus/ p omnia ſęcu/
la ſeculorũ amen.

De eo qd dic: Et nũc dixi vobis priuſq̃ fiat: vt cũ factũ fuerit credat: vſq̃ ad id qd ait: Et ſic mãdatũ dedit mihi pat/ſic facio: Surgite eam⁹ hinc: Tractatus.LXXIX.

Dmin⁹ et ſal/
uator noſter ieſus chriſtus/
dixerat diſcipulis ſuis: Si
diligeretis me/ gauderetis
vtiq̃ quia vado ad patrẽ: q̃ pater maior
me eſt. Qd ex forma ſerui eũ dixiſſe/ nõ ex
forma dei in qua ęqualis eſt patri/nouit fi
des quę religioſis eſt mẽtibus fixa: nõ a ca
lumnioſis ꝛ demẽtibus ficta. Deinde ſub/
iunxit: Et nũc dixi vobis priuſq̃ fi/
at: vt cum factum fuerit credatis.
Quid eſt hoc/cũ magis homo credere de/ 3.ſen. diſ.24.
beat anteq̃ fiat id quod credendũ eſt? Hęc ca. hic querit.
eſt enĩ laus fidei: ſi quod credit nõ videt.
Nã quid magnũ eſt/ſi id credit quod vide/
tur: ſcdm illam eiuſdẽ dñi ſententiã/quan/
do diſcipulũ arguit dicẽs: Quia vidiſti me Joh.20.g.
credidiſti: beati qui nõ vident et credunt?
Et neſcio vtrũ credere dicẽdus ẽ quiſq̃ qd
videt: Nam ipſa fides in epiſtola quę ſcri/
bit ad hebręos: ita ẽ definita: Eſt aũt fides Heb.11.a.
ſperantium ſubſtãtia: et cõiunctio rerꝫ quę
nõ vident. Quapropter ſi fides eſt rerum
quę credunt: eademq̃ fides earũ rerum eſt
quę nõ vident: qd ſibi vult quod dñs ait:
Et nũc dixi vobis priuſq̃ fiat/ vt cũ factũ

fuerit credatis? Nonne potius dicendū fu
it: ⁊ nūc dixi vobis priuſq̄ fiat vt credatis:
qđ cū factū fuerit videatis? Nā et ille cui di
Joh.20.g. ctū eſt: Quia vidiſti/credidiſti: nō h̄ credi
dit qđ vidit: ſed aliud vidit/aliud credidit.
Vidit em̄ hominē/credidit deū. Cernebat
quippe atq̄ tangebat carnē viuentē/ quā
viderat morientē: et credebat deū in carne
ipſa latentē. Credebat ergo mente quod
nō videbat/ p hoc quod ſenſib⁹ corporibus
apparebat. Sed etſi dicunť credi q̄ vi
denť: ſicut dicit vnuſq̄ſq̄ oculis ſuis ſe cre
didiſſe: nō tamē ipſa eſt q̄ in nobis ędifi
cať fides: ſed ex rebus q̄ videnť/ agiť in
nobis: vt ea credanť q̄ nō videnť. Quo
circa dilectiſſimi/ vnde nūc mihi ſermo eſt
qđ dn̄s ait: Et nunc dixi vobis p̄uſq̄ fiat:
vt cū factū fuerit credatis: illud vtiq̄ dicit:
cum factū fuerit /q̄ eum viſuri erant poſt
mortē viuentē/ et ad patrem aſcendentē.
Quo viſo illud fuerant credituri/q̄ ipſe eſ
ſet chriſtus filius dei viui: qui potuit hoc
facere cū prędixiſſet/et p̄dicere anteq̄ face
ret. Crediť autē hoc/non fide noua ſed au
cta: aut certe cū mortuus eſſet defecta/ cū
reſurrexiſſet refecta. Neq̄ em̄ eum dei filiū
nō et ante credebāt/ ſed cū in illo factū eſ
ſet quod añ p̄dixit: fides illa q̄ tunc quā
do illis loquebať fuit parua: ⁊ cū moreceť/
pene iā nulla: ⁊ reuixit ⁊ creuit. Deinde qđ
B dicit: Iā non multa loquar vobiſ
cū: Venit em̄ p̄nceps mūdi hui⁹.
Quis niſi diabolus? Et i me nō habet
quicq̄: nullū om̄ino ſcʒ peccatū. Sic em̄
oſtendit nō creaturaꝝ/ſed peccatoꝝ princi
pē diabolū: quos nūc nomine mundi hui⁹
appellat. Et quotieſcūq̄ mūdi nomē in ma
la ſignificatione poniť: nō oſtēdit niſi mū
di iſtius amatores. De quibus alibi ſcptū
Jacob.4.a. eſt: Quicūq̄ voluerit amic⁹ eſſe ſęculi hui⁹:
inimic⁹ dei conſtituet. Abſit ergo vt ſic in
telligať diabolus p̄nceps mūdi/ tanq̄ ge
rat vniuerſi mūdi: id ē/cęli ⁊ terrę/atq̄ om
niū q̄ in eis ſūt principatū: de quali mū
do dictū ē/cū de chriſto verbo ſermo eſſet:
Joh.1.a. Et mūdus p eū factuſ eſt. Vniuerſus itaq̄
mūdus a ſummis cęlis vſq̄ ad infimā ter
rā creatori eſt ſubditus/nō deſertori: redē
ptori/ nō interemptori: liberatori /nō capti
uatori: doctori/non deceptori. Quēadmo
dū autē ſit intelligēdus p̄nceps mūdi dia
bolus/ euidētius aperuit paulus apoſtol⁹:
qui cū dixiſſet: Non eſt nobis colluctatio Eph.6.b.
aduerſus carnē et ſanguinē: id ē/ aduerſus
homines: ſubiecit atq̄ ait: ſʒ aduerſus p̄n
cipes et poteſtates et rectores mūdi tene
brarū harum. Sequenti em̄ verbo expoſu
it quid dixiſſet/mūdi/cū ſubiecit/tenebra
rum harū: ne quiſq̄ mūdi nomine intelli
geret vniuerſam creaturā: cuius nullo mō
ſunt rectores angeli deſertores. Tenebra
rum inquit harū: id eſt/mundi iſtius ama
torū: Ex quibus tamē electi ſunt: nō per ſu
um meritū/ſed p dei gratiā: quibus dicit:
Fuiſtis em̄ aliquādo tenebrę/nūc autē lux Eph.5.b.
in dn̄o. Omnes em̄ fuerūt ſub rectorib⁹ te
nebrarū harum: id eſt/hominū impioꝝ/tā
q̄ tenebrę ſub tenebris: ſed gratias deo q̄
eruit nos/ ſicut dicit idē apoſtol⁹/ de pote Col.1.b.
ſtate tenebrarū: et tranſtulit in regnū filij
charitatis ſuę: In quo princeps hui⁹ mun
di: hoc eſt tenebrarū harū/ nō habebat q̄c
q̄: quia neq̄ cū peccato deus venerat: nec
eius carnē de peccati ꝓpagine virgo pepe
rerat. Et tanq̄ ei diceret: cur ergo moreris
ſi nō habes peccatū/cui debeať morti ſup
pliciū: cōtinuo ſubiecit: Sed vt cogno
ſcat mundus q2 diligo patrē: ⁊ ſi
cut mandatū dedit mihi pater/ſic
facio: Surgite eam⁹ hinc. Diſcūbēs
em̄ diſcūbētib⁹ loquebať. Eam⁹ aūt dixit:
Quo? niſi ad illum locū vn̄ fuerat tradēd⁹
ad mortē / qui nullū habebat meritū mor
tis: ſed habebat vt moreceť mādatū patris:
Tanq̄ ille de q̄ p̄dictū erat: Quę nō rapui Ps.68.
tunc exoluebā: mortē ſine debito ſoluturus:
⁊ nos a morte debita redēpturus. Rapu
erat autē adam peccatū/quando manū in
arborē pręſumptione deceptus extendit:
vt incōmunicabile nomen inconceſſę diui
nitatis inuaderet: quā filio dei natura cō
tulerat/nō rapina.

De eo qđ dicit: Ego ſum vitis
vera: et pater me⁹ agricola ē: vſq̄ʒ
ad id quod ait: Iā vos mūdi eſtis
ꝓpter ſermonē quem locut⁹ ſum
vobis: Tractatus.LXXX

A

Iſte loc⁹ euā Ca.15.
gelic⁹ fratres/vbi ſe dicit do
minus vitē: ⁊ diſcipulos ſu
os palmites: ſm̄ hoc dicit q̄
eſt caput eccleſię/nos quoq̄ membra eius/
mediator dei ⁊ hominū hō chriſtus ieſus. 1.Timoth.2.b

Uni⁹ quippe naturę ſunt vitis ⁊ palmites.
Propter qđ cū eſſet deus/cui⁹ naturę non
ſumus/factus ē homo: vt in illo eſſet vitis
humana natura: cui⁹ ⁊ nos homines palmi
tes eſſe poſſim⁹. Quid ergo eſt: Ego ſū
vitis vera. Nunqđ vt adderet vera/hoc
ad eam vitē retulit/vñ iſta ſimilitudo trāſ/
lata eſt? Sic eñ dicit̄ vitis p ſimilitudinē/
Eſaie.53.c. Joh.1.d. non p ꝓprietatē: quemadmodū dicit̄ ouis/
Apocal.5.b. agnus/leo/petra/lapis angularis/et cęte/
1.Cor⁹.10.b. ra huiuſmodi: quę magis ipſa ſūt vera/ ex
Eph.2.d. quibus ducunt̄ iſtę ſimilitudines/nō ꝓpri/
etates. Sȝ cū dicit: ego ſum vitis vera: ab
Hiere.2.d. illa ſe vtiq̄ diſcernit cui dicit̄: Quō cōuer/
Eſaie 5.a. ſa es in amaritudinē vitis alienę? Nā quo
pacto eſt vitis vera/quę expectata ē vt fa/
ceret vuā/fecit autē ſpinas? Ego ſū inquit
vitis vera: et pater me⁹ agricola eſt.
Omnē palmitē in me non feren/
tem fructū/ tollet eum: et omnem
qui fert fructū: purgabit eum/ vt
fructū pl⁹ afferat. Nunquid vnū ſunt
agricola ⁊ vitis? Scđm hoc ergo vitis chri/
Joh.14.d. ſtus/ſm qđ ait: pater maior me eſt. Scđm
Joh.10.f. autē id qđ ait: Ego ⁊ pater vnū ſumus: et
ipſe agricola eſt: nec talis quales ſunt qui
extrinſec⁹ operādo exhibēt miniſteriū: ſed
talis vt det etiā intrinſec⁹ incrementū: Nā
1.Cor⁹.3.b. neq̄ qui plātat eſt aliquid/ neq̄ qui rigat:
ſed qui incrementū dat de⁹. Sed vtiq̄ de⁹
Joh.1.a. eſt chriſtus: quia deus erat verbū: vñ ipſe
et pater vnū ſunt: et ſi verbū caro factū eſt
quod nō erat/manet qđ erat. Deniq̄ cum
Joh.10.f. de patre tanq̄ de agricola dixiſſet/ ꝙ infru
ctuoſos palmites tollat: fructuoſos autē
purgat vt plus afferāt fructū: cōtinuo eti/
am ſeipſū mundatorē palmitū oſtendēs:
Jā vos inquit mundi eſtis/ ꝓpter
ſermonē quem locut⁹ ſum vobis.
Ecce et ipſe mundator eſt palmitū: quod ē
agricolę/nō vitis officiū: qui etiā palmites
operarios ſuos fecit: Nā etſi nō dant incre
mentū: impendunt tamē aliqđ adiumētū.
1.Cor⁹.3.b. Sed nō de ſuo: qꝛ ſine me inquit nihil po/
teſtis facere. Audi etiā ipſos confitentes.
Quid autē eſt apollo? Quid aūt paulus?
Miniſtri p quos credidiſtis: et vnicuiq̄ ſi/
cut dñs dedit: Ego plantaui/ apollo riga/
uit: Et hoc ergo ſicut vnicuiq̄ dñs dedit.
Nō itaq̄ de ſuo. Jā vo qđ ſequit̄: Sed de/
us incrementū dedit: nō p illos/ſed per ſe/
ipſum facit. Excedit hoc humanā humili/
tatē: excedit angelicā ſublimitatē: nec omi/
no ptinet niſi ad agricolā trinitatē. Jā vos B
mundi eſtis: mundi ſcȝ atq̄ mūdādi. Neq̄
eñ niſi mūdi eſſent/fructū ferre potuiſſent.
Et tamē omnē qui fert fructū purgat agri/
cola/ vt fructū plus afferat. Fert fructū/qꝛ
mundus eſt: atq̄ vt plus afferat/purgatur
adhuc. Quis eñ eſt in hac vita ſic mūdus/
vt nō ſit magis magiſq̄ mūdandus? Ubi 1.Joh.1.d.
ſi dixerimus quia peccatū nō habem⁹/noſ/
ipſos ſeducimus: et veritas in nobis nō ē.
Si aūt cōfeſſi fuerimus peccata noſtra: fi/
delis eſt et iuſt⁹ qui dimittet nobis pecca/
ta: et mūdet nos ab omi iniquitate. Mun
det itaq̄ mūdos/hoc eſt fructuoſos: vt tan
to ſint fructuoſiores/quāto fuerint mūdio/
res. Jā vos mūdi eſtis/ ꝓpter verbū qđ lo
cutus ſū vobis. Quare nō ait/mundi eſtis
ꝓpter baptiſmū quo loti eſtis: ſed ait/ ꝓpt
verbū qđ locutus ſum vobis/ niſi qꝛ et in
aqua verbū mūdat. Detrahe verbū: et qđ 1.q.1.c. detrahe
eſt aqua niſi aqua? Accedit verbum ad ele 4.ſen.diſ.3.
mentū/et fit ſacramentū: etiā ipſū tanq̄ vi/ ca.1.
ſibile verbū: Nā et hoc vtiq̄ dixerat/ quā/
do pedes diſcipulis lauit. Qui lotus ē/nō Joh.13.b.
indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mūdus
totus. Unū iſta tāta virtus aquę vt corpus
tangat ⁊ cor abluat/niſi faciente vbo? Nō
qꝛ dicit̄/ ſed quia credit̄: Nā et in ipſo ver/
bo/aliud eſt ſonus tranſiēs/aliud virt⁹ ma/
nens. Hoc eſt verbū fidei qđ ꝑdicamus ait Roma.10.b.
apl's: quia ſi cōuerſus fueris in ore tuo/ qꝛ
dñs ē ieſus: et credideris in corde tuo quia
deus illū ſuſcitauit a mortuis/ſaluus eris.
Corde eñ credit̄ ad iuſticiā: ore autē cōfeſ/
ſio fit ad ſalutē. Unū in actibus apoſtoloꝝ
legimus: Fide mundās corda eorū. Et in Act⁹.15.b.
epl'a ſua beatus petr⁹: Sic et vos inqt ba/ 1.Petri.3.d.
ptiſma ſaluos facit: nō carnis depoſitio ſor
diū/ſed cōſcientię bonę interrogatio: hoc ē
verbū fidei quod ꝑdicamus: quo ſine du/
bio vt mūdare poſſit/ conſecrat̄ et baptiſ/
mus. Chriſtus quippe nobiſcū vitis/ cū pa/
tre agricola: dilexit eccleſiā: et ſeipſū tradi/
dit p ea. Lege apoſtolū: et vide quid adiū/
gat: Ut eā ſanctificaret inquit mūdans eā Eph.5.e.
lauacro aquę in verbo. Mundatio igitur
nequaq̄ fluxo ⁊ labili tribueret̄ elemento/
niſi adderet̄ in verbo. Hoc verbū fidei tan
tū valet in eccleſia dei: vt p ipſum creden/
tem/offerentē/benedicentē/tingentē etiaȝ
tantillū mūdet infantē: q̄uis nōdū valēte

coꝛde credere ad iuſticiã/ ⁊ oꝛe confiteri ad
ſalutem. Totum hoc fit per verbũ/ de quo
dñs ait: Iã vos mundi eſtis/ ꝓpter verbũ
qđ locutus ſum vobis.

De eo quod dicit: Manete in
me et ego in vobis: vſqȝ ad id qđ
ait: Si manſeritis in me/ et ver-
ba mea in vobis mãſerint: quod-
cunqȝ volueritis petetis: et fiet
vobis: Tractatus.LXXXI.

A Item ſe dixit
v eſſe ieſus/ et diſcipulos ſuos
palmites/ ⁊ agricolã patrem.
Vñ iã pridẽ ſicut potuimus
diſputatũ eſt. In hac autẽ lectione cũ ad-
huc de ſeipſo qui eſt vitis: et de ſuis palmi
tibus/ hoc eſt diſcipulis/ loqueret: Mane-
te inquit in me et ego in vobis: Nõ
eo mõ illi in ipſo ſicut ipſe in illis. Vtrũq̃
autẽ ꝓdeſt/ nõ ipſi ſed illis. Ita quippe in
vite ſunt palmites/ vt viti non conferant/
ſed inde accipiant vñ viuant. Ita vero vi-
tis ẽ in palmitib⁹/ vt vitale alimentũ ſub-
miniſtret eis: non ſumat ab eis. Ac ꝑ hoc ⁊
manentẽ in ſe habere chꝛiſtũ/ et manere in
chꝛiſto: diſcipulis ꝓdeſt vtrũq̃/ nõ chꝛiſto:
nã p̃ciſo palmite/ poteſt de viua radice
alius pullulare: Qui autẽ p̃ciſus eſt/ ſine
radice nõ poteſt viuere. Deniq̃ adiungit
et dicit: Sicut palmes non poteſt
ferre fructũ a ſemetipſo niſi man-
ſerit in vite: ſic nec vos niſi in me
manſeritis. Magna gratię cõmẽdatio
fratres mei: coꝛda inſtruit humiliũ/ oꝛa ob-
ſtruit ſuperboꝝ. Ecce ſi cui audẽt reſpõde-
Roma.10.a. ant: qui ignoꝛãtes dei iuſticiã et ſuam vo-
lentes conſtituere/ iuſticię dei nõ ſunt ſub-
iecti. Ecce cui reſpondeãt ſibi placentes: et
ad bona opera facienda deũ ſibi neceſſari-
2.timoth.3.b. um non putãtes: Nonne huic reſiſtũt ve-
ritati/ homines mẽte coꝛrupti/ repꝛobi cir-
ca fidẽ: qui reſpondẽt et loquunt iniquita-
tẽ dicentes: A deo habemus ꝙ homines
ſum⁹: a nobiſipſis autẽ ꝙ iuſti ſum⁹? Quid
dicitis: quid voſipſos decipitis: nõ aſſer-
toꝛes/ ſed p̃cipitatoꝛes liberi arbitrij/ ex al-
to elationis/ ꝑ inania p̃ſumptionis/ in ꝓfũ-
da ſubmerſi? Nẽpe vox veſtra eſt/ ꝙ homo
ex ſemetipſo facit iuſticiã: hoc eſt altũ ela-
tionis veſtrę: ſed veritas contradicit et di-
cit: Palmes nõ poteſt ferre fructũ a ſemet-
ipſo/ niſi manſerit in vite. Ite nũc ꝑ abru-
pta/ et nõ habentes vbi figamini: ventoſa
loquacitate iactamini. Hęc ſunt inania p̃-
ſumptionis veſtrę. Sed q̃d vos ſequat vi-
dete: ⁊ ſi eſt in vobis vllus ſenſus hoꝛrete.
Qui em̃ a ſemetipõ ſe fructũ exiſtimat fer-
re: in vite nõ eſt: Qui in vite nõ eſt/ in chꝛi-
ſto nõ eſt: Qui in chꝛiſto non eſt/ chꝛiſtian⁹
non ẽ. Hęc ſunt ꝓfunda ſubmerſionis ve- B
ſtrę: etiã atq̃ etiã ꝯſiderate/ q̃d adhuc veri-
tas adiũgat et dicat: Ego ſũ inquit vitis/
vos palmites: Qui manet i me et
ego in eo/ hic fert fructũ multũ: qꝛ
ſine me nihil poteſtis facere. Ne q̃s
ꝗ putaret ſaltẽ paruũ aliquẽ fructũ poſſe
a ſemetipſo palmitẽ ferre: cum hęc dixiſſet:
hic fert fructũ multũ: nõ ait/ qꝛ ſine me pa-
rũ poteſtis facere: ſed nihil poteſtis facere.
Siue ergo paꝝ ſiue multũ ſine illo fieri nõ
poteſt: ſine quo nihil fieri poteſt: qꝛ etſi pa-
rũ attulerit palmes/ eũ purgat agricola vt
plus afferat: Tamẽ niſi i vite mãſerit/ ⁊ vi-
xerit de radice: quantũlibet fructũ a ſemet-
ipſo nõ poteſt ferre. Quis aũt chꝛiſt⁹ vitis
nõ eſſet niſi hõ eſſet: tamẽ iſtam gratiã pal
mitibus nõ p̃beret/ niſi etiã de⁹ eſſet. Verũ
qꝛ ita ſine iſta gratia non poteſt viui/ vt et
moꝛs i ꝑtãte ſit liberi arbitrij: ſi q̃s i me
inq̃t nõ mãſerit/ mittet foꝛas ſicut
palmes ⁊ areſcet: ⁊ colligẽt eũ et i
ignẽ mittẽt et ardet. Ligna itaq̃ vitis
tãto ſunt ꝯtẽptibilioꝛa ſi in vite nõ manſe-
rint: quãto glorioſioꝛa ſi mãſerint. Deniq̃
ſicut de his etiã ꝑ ezechielẽ ꝓphetam dñs
dicit: p̃ciſa nullis agricolarũ vſibus ꝓ- Ezech.15.a.
ſunt: nullis fabꝛilibus operib⁹ deputant.
Vnũ de duobus palmiti congruit: aut vi-
tis/ aut ignis. Si in vite nõ eſt/ in igne erit:
vt ergo in igne nõ ſit/ in vite ſit. Si mã-
ſeritis in me inquit: et verba mea i
vobis manſerint: quodcũqȝ vo-
lueritis petetis/ et fiet vobis. Ma-
nendo quippe in chꝛiſto quid velle poſſunt
niſi qđ cõuenit chꝛiſto? Quid velle poſſũt
manẽdo in ſaluatoꝛe/ niſi quod non eſt ali-
enũ a ſalute? Aliud quippe volumus quia
ſumus in chꝛiſto: ⁊ aliud volumus quia ſu-
mus adhuc in hoc ſeculo. De mãſione nã-
q̃ hui⁹ ſeculi nobis aliquãdo ſubꝛepit: vt
hoc petamus qđ nobis nõ expedire neſci-
mus. Sed abſit vt fiat nobis ſi manem⁹ in
chꝛiſto: qui nõ facit q̃ñ petimus/ niſi quod

expedit nobis. Manentes ergo in eo cū verba eius in nobis manēt: qđcunqȝ voluerimus petimus/ ⁊ fiet nobis: qꝛ ſi petimus ⁊ nō fiet: nō hoc petimus qđ habet māſio in eo: nec qđ habent verba eius que manent in nobis: ſed qđ habet infirmitas ⁊ cupiditas carnis que nō ē in eo: et in qua nō manent verba eius. Nā vtiqȝ ad verba eiꝰ ptinet oratio illa quā docuit/ vbi dicimꝰ: Pater noſter qui es in celiſ. (Matth. 6. b.) Ab huiꝰ orationis verbis ⁊ ſenſibus nō recedamus petitionibus noſtris: ⁊ quicqđ petierimꝰ fiet nobis. Tūc eñ dicēda ſunt verba eiꝰ in nobis manere/ qñ facimus q̄ p̄cepit: ⁊ diligimꝰ q̄ pmiſit. Qñ autē verba eius manēt in memoria/ nec inueniunt in vita: nō computatur palmes in vite: qꝛ vitā nō attrahit ex radice. Ad hanc differentiā valet qđ ſcriptū ē: Et memoria retinētibus mādata eiꝰ vt faciant ea. (Ps. 102.) Multi eñ memoria retinēt ⁊ ɔtēnūt vel etiā deridēt ⁊ oppugnāt ea. In his verba chriſti nō manēt: quia tangūt ⁊ quodāmodo nō coherent: Et ideo illis nō erūt in beneficiū/ ſed in teſtimoniū: ⁊ qꝛ ſic inſūt eis vt non maneāt in eis/ ad hoc tenentur ab eis vt iudicent ex eis.

De eo quod dicit: In hoc glorificatus eſt pater meus vt fructum plurimū afferatiſ: vſqȝ ad id quod ait: Sicut et ego patris mei precepta ſeruaui/ ⁊ maneo in eius dilectione: Tractatus.LXXXII.

A (m) Agis magiſqȝ ſaluator gratiā qua ſaluamur diſcipulis loquēdo cōmēdās: In hoc inqͭ glorificatꝰ eſt pater meꝰ/ vt fructū plurimū afferatiſ/ et efficiamini mei diſcipuli. Siue glorificatus ſiue clarificatꝰ dicat: ex vno greco verbo vtrūqȝ trāſlatū eſt: qđ eſt Δοξαλογεω. Doxa eñ q̄ grece dicit/ latine gloria eſt. Qđ ideo cōmemorādū exiſtimaui: qꝛ dicit apl's: Si abraam ex operibus iuſtificatꝰ eſt/ habet gloriā/ ſed non ad deū. (Roma. 4. a.) Hec ē ad deū gloria qua glorificatur nō homo ſed deus/ ſi nō ex operibꝰ ſed ex fide iuſtificat: vt ex deo illi ſit qđ etiā bñ operat: qñ palmes ſicut iā ſuperiꝰ dixi/ nō pōt ferre fructū a ſemetipſo. Si eñ in hoc glorificatꝰ eſt deꝰ pater vt fructū plurimū afferamus/ ⁊ efficiamur chriſti diſcipuli: nō hoc glorie noſtre tribuamꝰ tanq̄ ex nobiſipſis habeamus: eius eſt eñ hec gratia: et ideo in hoc nō noſtra ſed eiꝰ ē gloria. Vñ et alibi cū dixiſſet: Sic luceat lumē veſtrū corā hominibꝰ/ vt videāt opera veſtra bona: (Matth. 5. b.) ne a ſemetipſis putarēt eſſe bona opa ſua/ mox addidit: Et glorificent patrē veſtrū q̄ in celis eſt. In h eñ glorificat pater vt fructū plurimū afferamus/ ⁊ efficiamur chriſti diſcipuli. A quo efficimur/ niſi ab illo cuiꝰ miſcđia p̄uenit nos? Ipſiꝰ eñ figmentū ſumus/ creati in chriſto ieſu in opibꝰ bonis. (Eph. 2. b.)

Sicut dilexit me pater inqͭ/ et ego dilexi vos: manete in dilectione mea. Ecce vñ ſunt nobis opa bona. Nam vñ nobis eſſent/ niſi qꝛ fides per dilectionē operat? (Gal. 5. b.) Vñ autē diligeremꝰ niſi prius diligeremur? Aptiſſime hoc in ep'la ſua idē iſte euāgeliſta dixit: Nos diligamus deū: qm̄ ipſe prior dilexit nos. (1. Joh. 4. b.) Qđ aūt ait: Sicut dilexit me pater/ ⁊ ego dilexi vos: nō equalitatē nature oſtēdit noſtre ⁊ ſue: ſicut eſt patris ⁊ ipſius: ſed gratiā qua mediator dei ⁊ hominū ē homo chriſtus ieſus. (1. timoth. 2. b.) Mediator quippe mōſtrat cū dicit: ſicut dilexit me pater/ ⁊ ego dilexi vos: Nā pater vtiqȝ diligit et nos/ ſed in ipſo: qꝛ ī hoc glorificat pater/ vt fructū afferamus in vite: hoc ē in filio: ⁊ efficiamur eiꝰ diſcipuli. Manete inqͭ ī dilectiōe mea. Quō manebimꝰ? Audi q̄d ſequtur: Si p̄cepta mea inqͭ ſeruaueritis: manebitiſ ī dilectione mea. (B) Dilectio facit p̄cepta ſeruare: an p̄cepta ſeruata faciūt dilectionē? Sȝ q̄s ambigat/ ꝙ dilectio p̄cedit? Vñ eñ p̄cepta ſeruet nō habet qui nō diligit. Qđ ergo ait: Si p̄cepta mea ſeruaueritis/ manebitis in dilectione mea: oſtēdit nō vnde dilectio generet ſ vñ monſtret. Tanq̄ diceret: Nolite vos putare manere ī dilectione mea/ ſi nō ſeruaueritis p̄cepta mea: Si eñ ſeruaueritiſ/ manebitis: hoc ē: hinc apparebit ꝙ in dilectione mea manebitis/ ſi p̄cepta mea ſeruaueritiſ. Nemo ſe fallat dicēdo ꝙ eū diligat/ ſi eius p̄cepta non ſeruat: nam intm̄ euȝ diligimꝰ inq̄tū eius p̄cepta ſeruamꝰ. Inq̄tum autē minus ſeruamꝰ/ minꝰ diligimus: Quis qđ ait: manete in dilectione mea: nō apparet quā dixerit dilectionē: vtrū q̄ eū diligimꝰ/ an qua ipſe diligit nos. Sed ex verbo ſuperiore dinoſcatur: Dixerat quippe: et ego dilexi vos: cui verbo continuo ſubiūxit: manete in

(qui non ſeruat precepta non manet in dilectione)

dilectione mea. Illa ergo qua dilexit eos.
Quid eſt ergo: manete in dilectione mea/
niſi manete in gratia mea? Et quid eſt: ſi ꝑ-
cepta mea ſeruaueritis/manebitis in dile-
ctione mea/niſi ex hoc ſcietis/ꝙ in dilecti-
one mea qua vos diligo manebitis/ſi ꝑce-
pta mea ſeruabitis? Nō ergo vt nos dili-
gat/prius eiꝰ ꝑcepta ſeruamus: ſed niſi nos
diligat: ꝑcepta eius ſeruare nō poſſumus.
Hęc eſt gratia quę humilibꝰ patet/ ſupbos
latet. Sed qđ illud eſt qđ adiūgit: Sicut
et ego patris mei ꝑcepta ſeruaui:
⁊ maneo in eiꝰ dilectione? Utiq; eti-
am hic hanc dilectionē patris intelligi vo-
luit/qua eū diligit pater. Ita quippe dixe-
rat: Sicut dilexit me paṫ/⁊ ego dilexi vos:
atq; his verbis illa ſubiūxit: Manete ī di-
lectione mea: illa ꝓculdubio q̄ dilexi vos.
Ergo qđ ait etiā de patre/ maneo in eiꝰ di-
lectione: illa ſcȝ accipienda eſt/qua dilexit
eū pater. Sed nūquid et hic gratia intelli-
genda eſt qua pater diligit filiū/ ſicut etiā
gratia ē qua nos diligit filius: cū ſimꝰ nos
filij gratia/nō natura: vnigenitꝰ autē natu-
ra/nō gratia? An hoc etiā ī ipſo filio ad ho-
minē referendū eſt? Ita ſane: Nā dicendo:
ſicut dilexit me pater/⁊ ego dilexi vos: gra-
1.timoth.2.b. tiā mediatoris oſtēdit. Mediator autē dei
⁊ hominū: nō inq̄tū deus/ſed inq̄tū hō eſt
chriſtus ieſus. Et ꝑfecto ſm id ꝙ hō eſt/ de
Luc.2.g. illo legiṫ: Et ieſus ꝓficiebat ſapiētia ⁊ ęta-
te ⁊ gratia apud deum ⁊ hoīes. Scđm hoc
igiṫ recte poſſumꝰ dicere/ ꝙ cū ad naturam
dei nō ꝑtineat natura humana: ad ꝑſonā
tñ vnigeniti filij dei ꝑ gratiā/ꝑtinet huma-
na natura: et tantā gratiā vt nulla ſit ma-
ior/nulla ꝓrſus ęqualis. Neq; eñ illā ſuſce-
ptionē hoīs vlla merita ꝑceſſerūt: ſed ab il-
la ſuſceptione merita eius cuncta cęperūt.
Manet ergo filius in dilectione qua eū di-
lexit pater: et ideo ſeruat ꝑcepta eiꝰ. Quid
eſt eñ ⁊ ille homo/niſi ꝙ deus ſuſceptor eſt
eius? Deus eñ erat verbū/vnigenitus gi-
gnēti coęternus: ſed vt mediator dareṫ no-
Joh.1.b. bis/ꝑ ineffabilē gratiā verbū caro factū ē:
et habitauit in nobis.

De eo quod dicit: Hęc locutus ſum vobis/vt gaudiū meū in vobis ſit: et gaudiū veſtrū impleatur: vſq; ad id quod ait: Hoc ē ꝑceptū meū/ vt diligatiſ inuicē ſicut dilexi vos: Tractatus LXXXIII.

a Vdiſtis cha- B
riſſimi/ dñm dicentē diſcipulꝭ
ſuis: Hęc locutꝰ ſum vo-
bis vt gaudiū meū ī vo-
bis ſit: ⁊ gaudiū veſtꝝ ipleaṫ. Qđ
ē gaudiū chriſti ī nobis/ niſi q̄ dignaṫ gau-
dere đ nobis? Et qđ ē gaudiū noſtꝝ qđ di-
cit implēdū/niſi eiꝰ habere ꝯſortiū? Propṫ
Joh.13.b. qđ petro dixerat: Si nō lauero te/nō habe-
bis partē mecū. Gaudiū ḡ eiꝰ in nobis/gra-
tia ē quā ꝑſtitit nobis: ⁊ ipſe ē gaudiū no-
ſtrū. Sȝ đ hac ille etiā ex ęternitate gaude-
Eph.1.a. bat: qñ nos elegit añ conſtitutionē mūdi.
Nec recte poſſumꝰ dicere ꝙ gaudiū eiꝰ ple-
nū nō erat: Nō eñ deꝰ impfecte aliqñ gau-
debat: ſ illud eiꝰ gaudiū ī nobis nō erat: q̄
nec nos ī quibꝰ eſſe poſſet iā eramꝰ: nec qñ
eſſe cępimꝰ/cū illo eſſe cępimꝰ. In ipſo aūt
ſemꝑ erat/qui nos ſuos futuros certiſſima
ſuę ꝑſciētię v̄itate gaudebat. Proinde gau-
diū iā ipſe ꝑfectū đ nobis habebat/qñ nos
ꝑſciēdo et ꝑdeſtinādo gaudebat. Neq; eñ
vllus in illo eius gaudio motꝰ eſſe poterat:
ne forte nō fieret quod ſe facturꝝ eſſe ꝑſcie-
bat. Sȝ neq; cū id facere cępit/qđ ſe factu-
rū eſſe ꝑſciuit: gaudiū eiꝰ quo beatꝰ ē creuit:
alioq̄n beatior factꝰ ē/quia nos fecit. Abſit
hoc frēs: dei beatitudo q̄ nec minor fuerat
ſine nobis: nec ſit maior ex nobis. Gaudiū
igiṫ eiꝰ de ſalute noſtra: qđ in illo ſemꝑ fuit
cū ꝑſciuit ⁊ ꝑdeſtinauit nos: cępit eē ī nob/
qñ vocauit nos: ⁊ hoc gaudiū merito nrm
dicimꝰ/q̄ ⁊ nos beati futuri ſumꝰ. Sed hoc
gaudiū noſtꝝ creſcit ⁊ ꝓficit: ⁊ ad ſuā ꝑfecti-
onē ꝑſeuerādo ꝑtēdit: Ergo inchoaṫ ī fide
renaſcētiū: implebiṫ ī ꝑmio reſurgētiū. Ec-
ce vñ dictū exiſtimo: Hęc locutꝰ ſū vobis vt
gaudiū meū ī vobis ſit: ⁊ gaudiū veſtꝝ im-
pleaṫ. In vobis ſit meū/ipleaṫ vrm. Semꝑ
eñ erat meū plenū: et añq; vocaremini/ cū
vocādi a me ꝑſciremini. Sȝ ſit ⁊ ī vobis/cū
hoc efficiamini qđ ꝑſciui de vobis: ipleaṫ
aūt vrm: q̄ beati eritis qđ nōdū eſtis: ſicut B
creati eſtis q̄ nō fuiſtis. Hoc eſt inq̄t ꝑ- [illegible]
ceptū meū/ vt diligatiſ inuicē ſicut
dilexi vos. Siue dicaṫ ꝑceptū ſiue man-
datū: ex vno v̄bo greco vtrūq; interꝑtaṫ:
qđ eſt ευτολη. Iā v̄o iſtā ſententiā ⁊ ante
dixerat: đ qua me vobis vt potui diſputaſ-
ſe meminiſſe debetis. Ibi eñ ſic ait: Man- Joh.13.d.
datū nouū do vobis vt diligatis inuicē/ſic &.Tractatu.65.

dilexi vos: vt et vos diligatis inuicē. Hu/
ius itaq; mādati repetitio/cōmendatio ē:
niſi q; ibi: Mādatū inquit nouū do vobis:
hic aūt: Hoc eſt inquit mandatū meū. Ibi
tanq̄ nō fuerit ante tale mādatū: hic / tan/
q̄ non ſit aliud eius mandatū. Sed ibi di/
ctū eſt nouū: ne in vetuſtate noſtra pſeue/
remus: hic dictū eſt/ meū: ne contemnendū
putem⁹. Qđ autē hic ita dixit: hoc eſt mā/
datū meū/ velut nō ſit aliud: q̄d putamus
fratres mei? Nūquid nā ſolū eſt⁹ de iſta di/
lectione mandatū eſt/ qua diligim⁹ inuicē?
Nōne eſt et aliud maius/ vt diligam⁹ deū?
Aut ꝺo de ſola nobis dilectione mādauit:
vt alia nō inq̄ramus? Tria certe cōmēdat
1.Corī.13.d. apl̄s dicēs: Manēt autē fides/ ſpes/ chari/
tas/ tria hęc: maior autē horū charitas. Et
ſi in charitate/ hoc eſt in dilectione conclu/
dunt̄ duo illa p̄cepta: maior tamē dicta eſt
eſſe ſola. De fide igit̄ nobis q̄ multa man/
data ſunt: q̄ multa de ſpe: quis poteſt cū/
cta colligere: quis enumerando ſufficere?
Roma.13.c. Sed intueamur quod ait idē apl̄s: Pleni/
9.ſen.diſ.36. ca.1. tudo legis charitas. Ubi ergo charitas ē
quid eſt qđ poſſit deeſſe? Ubi autē nō eſt:
Jacob.2.d. quid ē quod poſſit pdeſſe? Dęmon credit:
nec diligit: nemo diligit qui nō credit. Fru
ſtra quidē/ ſed tamē poteſt ſperare veniā q̄
nō diligit: nemo autē poteſt deſperare qui
diligit. Itaq; vbi dilectio eſt/ ibi neceſſario
fides et ſpes: et vbi dilectio pximi: ibi ne/
ceſſario etiā dilectio dei. Qui eñ nō diligit
deū: quomō diligit proximū tanq̄ ſeipſū:
quādoquidē nō diligit et ſeipſū? Eſt quip/
Pſ.10. pe impius et iniquus. Qui autē diligit ini
quitatē: nō plane diligit/ ſed odit animā ſu
am. Hoc ergo pręceptū dñi teneamus/ vt
nos inuicē diligamus: et quicq̄d aliud p̄ce
pit faciamus: quoniā quicquid ē aliud/ hic
habemus. Diſcernit̄ quippe iſta dilectio ab
illa dilectione qua ſe inuicē diligūt homi/
nes ſicut homines: Nā vt diſcerneret̄/ ad/
iunctū eſt/ ſicut dilexi vos. Ut quid eñ dili
git nos chriſtus/ niſi vt regnare poſſimus
cū chriſto? Ad hoc ergo et nos inuicē dili/
gamus: vt dilectionē noſtrā diſcernamus
a cęteris: qui nō ad hoc ſe inuicē diligunt:
quia nec diligūt. Qui autē ſe pp̄ter haben
dū deū diligūt/ ipi ſe diligūt: Ergo vt ſe di/
ligant/ deū diligunt. Nō eſt hęc dilectio in
oīb9 hominib⁹: Pauci ſe pptérea dili/
1.Corī.15.d. gunt/ vt ſit deus omnia in omnibus.

De eo quod dicit: Maiorē hac
dilectionē nemo habet q̄ vt ani/
mā ſuam ponat quis pro amicis
ſuis: Tractatus.LXXXIIII.

a

Plenitudinem
dilectionis qua nos inuicem
diligere debemus fratres cha
riſſimi: definiuit dñs dicens:
Maiorem hac dilectionez nemo
habet/ q̄ vt animam ſuam ponat
quis pro amicis ſuis. Quia ergo ſu/
perius dixerat: Hoc eſt mandatū meū/ vt
diligatis inuicē ſicut dilexi vos. Quibus
verbis addidit qđ nūc audiſtis: Maiorem
hac dilectionē nemo habet/ q̄ vt animā ſu
am ponat quis p amicī ſuis. Fit ex hoc cō/
ſequēs/ qđ idē iſte euangeliſta iohānes in
epiſtola ſua dicit: Ut quēadmodū chriſt⁹ 1.Joh.3.c.
p nobis animā ſuā poſuit: ſic ⁊ nos debe/
mus p fratribus animas ponere: diligētes
vtiq; inuicē ſicut ipſe dilexit nos: qui p no
bis animā ſuā poſuit. Nimirū hoc eſt qđ le
git̄ in puerbijs ſalomonis: Si ſederī cęna/ Prou.23.a.
re ad menſam potētis: pſiderās intellige q̄
apponunt̄ tibi: ⁊ ſic mitte manū tuā/ ſciens
q: talia oportet te p̄parare: Nam quę mē/
ſa eſt potentis: niſi vnde ſumit̄ corpus et
ſanguis eius/ qui animā ſuā poſuit p no/
bis? Et quid eſt ad eā ſedere/ niſi humiliter
accedere? Et quid eſt cōſiderare et intelli/
gere quę apponūtur tibi/ niſi digne tantā
gratiā cogitare? Et quid eſt ſic mittere ma
nū/ vt ſcias quia tala te oportet pręparare/
re/ niſi qđ iā dixi: q: ſicut p nobis chriſtus
animā ſuam poſuit: ſic et nos debem⁹ ani/
mas p fratrib⁹ ponere? Sic eñ ait etiam
apl̄s petrus: Chriſtus pro nobis paſſus ē 1.Petri.2.d.
relinquens nobis exemplū: vt ſequamur
veſtigia eius: Hoc eſt talia p̄parare. Hoc
beati martyres ardenti dilectione fecerūt:
quorū ſi nō inaniter memorias celebram⁹:
atq; in conuiuio quo et ipſi ſaturati ſunt/
ad menſā dñi accedimus: oportet vt quē/
admodū ipſi/ ⁊ nos talia p̄paremus. Ideo
quippe ad ipſam menſā non ſic eos cōme/
moramus/ quemadmodū alios qui in pa/
ce requieſcunt/ vt etiā p eis orem⁹: ſed ma/
gis vt orent ipſi p nobis/ vt eorū veſtigijs
adhęreamus: q: impleuerūt ipſi charitatē
qua dñs dixit non poſſe eſſe maiorē. Ta/
lia eñ ſuis fratrib⁹ exhibuerunt/ qualia de

B dñi menſa pariter acceperũt. Nec hoc ita
dictũ eſt/ quaſi ꝓpterea dño chriſto pares
eſſe poſſim⁹/ ſi ꝓ illo vſq; ad ſanguinẽ mar/
Job.10.d. tyriũ duxerimus. Ille poteſtatẽ habuit pó
nendi animã ſuam/ ⁊ iterũ ſumendi eã: nos
autẽ nec quantũ volumus viuimus: ⁊ mo/
rimur etiã ſi nolumus. Ille moriens mox
in ſe occidit mortẽ: nos eius morte libera/
Act.2.e. mur a morte. Illius caro non vidit corru/
ptionẽ: noſtra poſt corruptionẽ in fine ſę/
culi/ per illũ induceꝛ incorruptione. Ille no/
bis nõ indiguit vt nos ſaluos faceret: nos
ſine illo nihil poſſumus facere. Ille ſe no/
bis palmitibus prębuit vitẽ: nos habere
pręter illũ nõ poſſumus vitã. Poſtremo et
ſi fratres ꝓ fratribus moriãtur: tamẽ in fra/
ternorũ peccatorũ remiſſionẽ nullius ſan/
guis martyris funditur/ quod fecit ille ꝓ no/
bis. Nec in hoc ꝙd imitaremur/ ſed quid
gratularemur contulit nobis. Quaten⁹ er/
go martyres ꝓ fratribus ſanguinẽ ſuũ fu/
derunt: hactenus talia exhibuerũt/ qualia
de menſa dñica perceperũt. In cęteris aũt
quę dixi: ꝗuis nec omnia quę dicere potui/
martyr chriſti longe impar eſt chriſto. Quõ
ſi quiſꝗ ſe: nõ dico potentię chriſti/ ſed in/
nocẽtię compabit: non dicã et aliena ſe pu
tando ſanare/ ſed ſuũ ſaltẽ nullum habere
peccatũ: etiã ſic auidior eſt ꝗ ratio ſalutis
expoſcit: multũ eſt ad illũ non capit tantũ.
C Quod et bene quidẽ iſta prouerbiorũ ſen/
tentia cõmonet: ꝗ continuo ſubiungit at/
q; dicit: Q; ſi auidior es/ noli concupiſcere
cibos eius. Satius eſt eñ vt nihil inde ſu/
mas/ ꝗ vt tibi plus ꝗ oportet aſſumas.
Hęc eñ inquit vitã habent fallacẽ/ hoc eſt
hypocriſim. Dicẽdo eñ ſe ſine peccato eẽ:
iuſtũ nõ poteſt exhibere/ ſed fingere. Ideo
dictũ eſt: Hęc eñ habent vitam fallacem.
Unus ẽ ſolus/ qui et carnẽ hominis habe/
re/ et peccatũ potuit non habere. Merito
quod ſequitur nobis pręcipitur: ac tali verbo
atq; ꝓuerbio humana infirmitas conueni/
tur/ eiq; dicitur: Noli extendere te/ cũ ſis pau
per/ contra diuitẽ. Diues eñ qui nec hęre/
ditario nec ꝓprio vnꝗ̃ debito obnoxius:
et ipſe iuſtus ẽ: et alios iuſtificat chriſtus.
Noli contra eũ te extendere: intantũ paup
vt remiſſionis peccatorũ appareas quoti/
dianus in oratione mẽdicus. Tuo aũt cõ/
ſilio inquit abſtine te: vñ niſi a ꝓſumptio/
ne fallaci? Ille quippe quia non tñ eſt hõ/
ſed etiã deus: ideo nuſꝗ reus. Si eñ dire/
xeris oculũ tuum ad illum/ nuſꝗ parebit.
Oculũ tuũ/ oculũ videlicet humanũ/ quo
cernis humana/ ſi direxeris ad illum/ nuſꝗ
parebit: quia videri nõ poteſt/ quemadmo
dum videre te potes. Parauit eñ ſibi pẽ/
nas ſicut aquilę: et vadit in domũ prępo/
ſiti ſui: vnde ad nos vtiq; venit: nec tales
qualis venit inuenit. Diligamus ergo in/
uicẽ/ ſicut et chriſtus dilexit nos: ⁊ tradidit
ſemetipſum ꝓ nobis. Maiorẽ quippe hac
dilectionẽ nemo habet/ vt animã ſuã po/
nat quis ꝓ amicis ſuis. Eũq; ſic imitemur
pia obedientia: vt ei nos cõparare nulla ꝓ/
ſumamus audacia.

De eo qđ dicit: Uos amici mei
eſtis/ ſi feceritis ꝗ pcipio vobis: vſq;
ad id qđ ait: Ia non dicã vos ſer/
uos: qꝛ ſeru⁹ neſcit ꝙd faciat dñs
eius: Tractatus.LXXXV.

Um domin⁹ A
C ieſus cõmendaſſet charitatẽ
quam exhibuit nobis moriẽ/
do ꝓ nobis/ atq; dixiſſet: Ma
iorẽ hac dilectionẽ nemo habet/ vt animã
ſuam ponat quis ꝓ amicis ſuis. Uos in/
quit amici mei eſtis/ ſi feceritis quę
ego pręcipio vobis. Magna digna/
tio/ cũ ſeruus bonus eſſe nõ poſſit/ niſi ꝓce/
pta dñi ſui fecerit. Hinc amicos ſuos vol/
it intelligi/ vnde ſerui boni poſſunt ꝓbari.
Sed vt dixi/ iſta dignatio eſt: vt dñs quos
nouit ſeruos ſuos/ dignetur dicere amicos ſu
os: Nã vt ſciatis ad ſeruorũ officiũ perti/
nere ꝓcepta dñi ſui facere: alio loco ſeruos
vtiq; obiurgat dicens: Quid autẽ vocatis Luce.6.f.
me dñe dñe: et non facitis quę dico? Cum
ergo dicitis inquit domine: iuſſa faciendo
quid dicatis oſtẽdite. Nonne ſeruo obedi/
enti ipſe dicturus eſt: Euge ſerue bone: qꝛ Matth.25.b.
in paucis fuiſti fidelis: ſupra multa te con/
ſtituã: intra in gaudiũ dñi tui? Poteſt igi/
tur eſſe et ſeruus et amicus/ ꝗ ſeruus ẽ bo/
nus: Sed quod ſequitur attendamus. Iam
non dicam vos ſeruos: quia ſer/
uus neſcit quid faciat dñs eius.
Quomõ ergo intellecturi ſumus/ et ſeruũ
et amicũ eſſe ſeruũ bonum/ cũ dicat: Iam
non dicã vos ſeruos: quia ſeruus neſcit ꝙd
faciat dñs eius? Ita nomẽ conſtituit ami/
ci/ vt auferat ſerui: non vt in vno vtrunq;

manẽat:ſed vt alteꝝ altero decedente ſuc-
cedat. Quid eſt hoc? Ita ne cũ pcepta do-
mini fecerim⁹/ ſerui nõ erimus? Ita ne tũc
ſerui non erimus/ qñ boni ſerui fuerimus?
Et quis contradicere poteſt veritati q̃ ait:
Iã non dicã vos ſeruos? Et cur hoc dixe-
rit/ docet: Quia ſeruus inquit neſcit quid
faciat dñs eius. Nũquid nã ſeruo bono et
pbato dñs eius non etiam ſecreta ſua cõ-
mittit? Quid eſt ergo qđ ait: Seruus ne-
ſcit quid faciat dñs eius? Verũ/ eſto: neſcit
quid faciat. Nũquid neſcit etiã quid pręci
piat? Nã et ſi hoc neſcit/ quomõ ſeruit? Aut
quomõ ſeruus ẽ qui nõ ſeruit? Et tamen
dñs loquit: Vos amici mei eſtis: ſi feceri-
tis quę ego pcipio vobis. Iam nõ dicam
vos ſeruos. O rem mirabilẽ/ cũ ſeruire nõ
poſſumus/ niſi pręcepta dñi fecerim⁹: quo-
modo pręcepta faciendo ſerui nõ erimus?
Si ſeruus nõ ero pcepta faciẽdo / et niſi p-
cepta fecero/ ſeruire nõ potero: ergo ſerui-
B endo ſeruus nõ ero. Intelligamus fratres
intelligamus: ⁊ hoc in nobis dñs faciat vt
intelligamus: faciat etiã vt intellecta faci-
amus. Hoc autẽ ſi ſcimus: pfecto ſcimus
qđ facit dñs: quia noſipſos tales nõ facit
niſi dñs: et p hoc ad eius amicitiã pertine-
mus. Sicut eñ duo ſunt timores/ qui faci-
unt duo genera timentiũ: ſic duę ſunt ſer-
uitutes/ quę faciũt duo genera ſeruientiũ.
1.Ioh.4.d. Eſt timor quẽ perfecta charitas foras mit
Pſ.18. tit: et eſt alius timor caſtus permanẽs in
ſęculũ ſęculi. Illũ timorẽ qui nõ eſt in cha-
ritate/ attendebat apoſtolus cũ dicebat:
Roma.8.c. Non eñ accępiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ
in timore. Illũ autẽ timorẽ caſtum atten-
Roma.11.c. debat cũ dicebat: Noli altũ ſapere/ ſed ti-
me. In illo timore quẽ foras charitas mit-
tit: eſt etiã ſeruitus ſimul foras cũ ipſo ti-
more mittẽda. Vtrunq; eñ iunxit apoſto-
lus: hoc eſt ſeruitutẽ et timorem/ dicendo:
Non eñ accępiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ
in timore. Ad hanc ſeruitutẽ ſeruũ perti-
nentẽ/ intuebat et dñs dicens: Iam nõ di-
cã vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid fa-
ciat dñs eı⁹. Nõ vtiq; ille ſeruus pertinẽs
Math.25.b. ad timorẽ caſtũ/ cui dicit: Euge ſerue bo-
ne: intra in gaudiũ dñi tui: ſed ille ſeruus
pertinẽs ad timorẽ/ foras a charitate mit-
Ioh.8.d. tendus/ de quo alibi dicit: Seruus nõ ma-
net in domo in ęternuꝫ: filius autẽ manet
in ęternũ. Quoniã itaq; dedit nobis pote

ſtatẽ filios dei fieri/ vt non ſerui ſed filij ſi-
mus: vt miro quodã et ineffabili/ ſed tamẽ
vero mõ ſerui/ nõ ſerui eſſe poſſumus: ſer-
ui ſcilicet timore caſto: ad quẽ pertinet ſer-
uus intrãs in gaudiũ dñi ſui: non ſerui au-
tem timorẽ foras mittendo: ad quẽ perti-
net ſeruus nõ manens in domo in ęternũ.
Vt autẽ tales ſerui nõ ſerui ſimus/ domi-
minũ facere ſcimus. Hoc autẽ ſeru⁹ ille ne-
ſcit/ qui neſcit quid faciat dñs eius. Et cũ
aliqđ boni facit: ſic extollit quaſi hoc ipſe
faciat/ non dñs eius: et in ſe nõ in dño glo-
riatur/ cũ ſe ipſe deceperit: quia ſic gloriat 1.Cor.4.b.
quaſi nõ accęperit. Nos autẽ chariſſimi/ vt
amici dñi eſſe poſſimus: quid noſter dñs
faciat/ ſciamus. Non ſolũ eñ homines/ ve-
rũ etiã iuſtos ipſe facit nos / et nõ ipſi nos.
Et vt hoc ſciamus/ quis niſi ipſe facit? Nõ
eñ ſpiritũ hui⁹ mũdi accępimus/ ſed ſpiri-
tũ qui ex deo eſt: vt ſciamus quę a deo do- 1.Cor.2.c.
nata ſunt nobis. Ab ipſo quicqđ boni eſt/
donatur vt ſciatur. Ergo quia et hoc bonũ
eſt/ ab ipſo vtiq; donatur: vt ſciat a quo bo
nũ omne donet: vt omino de omibus bo-
nis qui gloriat in dño gloriet. Quod vero 1.Cor.1.d.
ſequit: Vos aũt dixi amicos: quia
omnia quecunq; audiui a patre
meo nota feci vobis. Ita eſt pfundũ/
vt nullo modo ſit iſto ſermone coartandũ/
ſed in aliũ differendũ.

De eo qđ dicit: Vos autẽ dixi
amicos: vſq; ad id qđ ait: Et fru-
ctus veſter maneat: vt quodcũq;
petieritis patrẽ in nomine meo
det vobis: Tractatus.LXXXVI.

Erito queri- a
m tur quõ accipiendũ ſit qđ ait
dñs: Vos aũt dixi ami-
cos: q2 omia quęcũq;
audiui a patre meo/ nota feci vo-
bis. Quis autẽ audeat affirmare vel cre-
dere vllũ hominũ ſcire omia quęcũq; a pa-
tre audiuit vnigenit⁹ filius: qñ nec hoc qui-
dẽ quiſq; capit/ quomõ a patre audiat vllũ
verbũ: cũ ipſe ſit patris vnicũ verbũ? Quid
eſt qđ aliquãto poſt in hoc ipſo tamen ſer-
mone/ quẽ poſt cęnã ante paſſionẽ ad di-
ſcipulos habuit. Multa inquit habeo vo- Ioh.16.c.
bis dicere: ſed nõ poteſtis illa portare mõ?
Quo igit pacto intellecturi ſum⁹ oia cũ no
ta feciſſe diſcipulis/ qcũq; audiuit a patre: cũ

ꝓpterea quedã multa non dicat: quia ſcit
eos modo portare nõ poſſe? Sed nimirũ
quod facturus ẽ/feciſſe ſe dicit: qui ea quę
futura ſunt fecit. Sicut eñ dicit ꝑ ꝓphetã:
Pſ.21. Foderũt manus meas et pedes meos: nec
ait/foſſuri ſunt/velut ꝑterita dicens: et ea
tamen futura prędicẽs: Ita ꝛ hoc loco ait:
omnia ſe nota feciſſe diſcipulis: quę ſe no-
uit nota eſſe facturũ in illa plenitudine ſci-
1. Cor.13.c. entię de qua dicit apoſtolus: Cũ autẽ ve-
nerit quod perfectũ eſt: quod ex parte eſt
euacuabit. Ibi quippe dicit: Nunc ſcio ex
parte: tunc autẽ cognoſcã ſicut ꝛ cognitus
ſum: et nũc per ſpeculũ in enigmate: tũc au
tem facie ad faciẽ: Nã et ipſe apoſtolꝰ ſal-
Titum.3.b. uos nos dicit eſſe factos per lauacrũ rege-
Roma.8.c. nerationis: qui tamẽ alio loco: Spe inquit
ſalui facti ſumus. Spes autẽ quę videt nõ
eſt ſpes: Quod eñ videt qs/ quid ſperat?
Si autẽ quod nõ videmus/ ſperamus: per
patientiã expectamus. Vñ etiam eius co-
1. Petri.1.b. apoſtolus petrus: In quẽ modo inquit nõ
videntes creditis: quem cũ videritis/ exul-
tabitis gaudio inenarrabili et honorato:
percipiẽtes mercedẽ fidei/ ſalutẽ animarũ
veſtrarũ. Si ergo nũc tempus eſt fidei: ſa-
Gal.5.b. lus autẽ animarum merces eſt fidei. Quis
dubitet in fide quę per dilectionẽ opera-
tur/ peragendũ diem vltimũ/ atqꝫ in fine
diei recipiendã eſſe mercedẽ: non ſolũ re-
dẽptionẽ corporis noſtri/ de qua dicit apo
ſtolus paulus: verumetiã ſalutẽ animarũ
noſtrarum/ de qua dicit apoſtolꝰ petrꝰ? Vtri-
uſqꝫ eñ rei felicitas/ iſto tẽpore atqꝫ in iſta
mortalitate: in ſpe potius habet ꝙ̃ i re te-
netur. Verũ hoc intereſt/ ꝗ exterior noſter
2. Cor.4.d. homo: id eſt/ corpus adhuc corrumpit: in-
terior autẽ: id eſt/ anima iam renouatur de
die in diẽ. Itaqꝫ ſicut immortalitatẽ car-
nis et ſalutẽ animarũ futurã expectamus:
quis iam pignore accepto/ ſalui facti eſſe
dicamur: ita omniũ noticiã quęcunqꝫ vni-
genitus audiuit a patre/ futurã ſperare de-
bemus: quis hoc iã ſe feciſſe dixerit chri-
ſtus: Non vos me elegiſtis inquit/
ſed ego vos elegi. Hęc eſt illa ineffabi
lis gratia. Quid eñ eramus quãdo chri-
ſtum nondũ elegeramus: et ideo nõ dilige-
bamus? Nã qui eũ non eligit/ quomõ dili-
git? Nunquid iã in nobis erat qđ in pſal-
Pſ.83. mo canit: Elegi abiectus eſſe in domo dñi:
magis ꝙ̃ habitare in tabernaculis pecca-
torum? Non vtiqꝫ. Quid ergo eramꝰ niſi ini-
qui et pditi? Neqꝫ eñ iã credideramus in
eũ/ vt eligeret nos. Nã ſi iã credentes ele-
git/ electos elegit. Cur ergo diceret: nõ vos
me elegiſtis: niſi qꝛ miſericordia eius ꝑue- Pſ.58.
nit nos. Hic certe vacat vana illorum ratioci
natio: qui ꝑſcientiã dei defendũt ꝯtra gra-
tiã dei: et ideo dicũt nos electos añ mundi
conſtitutionẽ: quia ꝑſciuit nos deus futu- Eph.1.a.
ros bonos: nõ ſeipſum nos facturum bonos:
Nõ hoc dicit qui dicit: Non vos me elegi-
ſtis: qm̃ ſi ꝓpterea nos elegiſſet/ qꝛ bonos
futuros eſſe nos ꝑſciuerat/ ſimul etiã prę-
ſciſſet ꝙ eũ nos fuiſſemꝰ prius electuri. Nõ
eñ aliter eſſe poſſemus boni/ niſi forte di-
cendus ẽ bonus qui nõ eligit bonũ. Quid
ergo eligit in nõ bonis? Nõ eñ electi ſunt
quia boni fuerunt: qui boni nõ eſſent niſi
electi eſſent: Alioquin gratia iã nõ eſt gra-
tia: ſi ꝓceſſiſſe contẽdimus merita. Hęc ꝗ-
pe electio gratia eſt: de qua dicit apoſtolꝰ:
Sic ergo et in hoc tpe reliquię ꝑ electionẽ Roma.11.a.
gratię dei ſaluę factę ſunt. Vñ ſubiungit:
Si autẽ gratia: iam non ex operibus: alio-
quin gratia iã non eſt gratia. Audi ingra-
te: ingrate audi: Non vos me elegiſtis/ ſed
ego elegi vos. Nõ eſt vt dicas: ideo electꝰ
ſum/ quia iam credebã. Si eñ credebas in
eũ/ iam elegeras eũ. Sed audi: Nõ vos me
elegiſtis. Non eſt vt dicas: anteqꝫ crederẽ/
iã bona operabar: ideo electus ſum. Quid
eñ eſt boni operis ante fidẽ: cũ dicat apo-
ſtolus: Omne qđ nõ eſt ex fide/ peccatũ ẽ? Roma.14.d.
Quid ergo dicturi ſumus audiẽdo: nõ vos
me elegiſtis: niſi qꝛ mali eramus ꝛ electi ſu
mus/ vt boni ꝑ gratiã nos eligẽtis eſſemꝰ?
Non eſt eñ gratia/ ſi pręceſſerant merita.
Eſt autẽ gratia. Hęc igitur nõ inuenit/ ſed
efficit merita. Et videte chariſſimi/ quem-
admodũ nõ eligat bonos/ ſed qs elegit/ fa-
ciat bonos. Ego inquit elegi vos: et po-
ſui vos/ vt eatis et fructum afferatis:
et fructus veſter maneat. Nõ-
ne iſte eſt fructꝰ de quo iã dixerat: Sine me
nihil poteſtis facere? Elegit ergo et poſuit
vt eamus ꝛ fructũ afferamus. Nullũ itaqꝫ
fructũ vñ nos elegit habebamꝰ. Vt eatis
inquit et fructũ afferatis. Imus vt affera-
mus: ꝛ ipſe ẽ via qua imus: in q̃ nos poſu-
it vt eamꝰ. Proinde in oĩbꝰ miſcdia eiꝰ ꝑ-
uenit nos. Et fructꝰ inquit veſter maneat:
Vt quodcũqꝫ petieritis patrẽ in

nomine meo/ det vobis. Maneat
ergo dilectio: ipſa ē eñ fruct⁹ noſter. Que
dilectio nūc eſt in deſiderio/ nondū in ſatu
ritate: et ipſo deſiderio qͦcunqȝ petierim⁹
in nomine vnigeniti filij dat nobis pater.
Qͦ autē accipere ſaluādis nō expedit no-
bis: nō exiſtimemus nos petere in nomine
ſaluatoris: ſed hoc petimus in nomine ſal-
uatoris/ qͦ ptinet ad orationē ſalutis.

De eo quod dicit: Hec mando vobis/ vt diligatis inuicem: vſqȝ ad id quod ait: Sȝ ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus: Tractat⁹.LXXXVII.

A In lectiōe euā
gelica que hāc antecedit/ di-
xerat dñs: Non vos me ele-
giſtis/ ſed ego elegi vos: ⁊ po-
ſui vos/ vt eatis et fructum afferatis: ⁊ fru-
ctus veſter maneat: vt quodcūqȝ petieri-
tis patrē in nomine meo/ det vobis. De q̄-
bus verbis iam nos quod dñs dedit/ diſſe
ruiſſe meminiſtis. Hic autē dicit/ ſequenti
ſcȝ lectione: quā modo cū recitaretur/ au-
diſtis. Hec mando vobis/ vt dili-
gatis inuicem: Ac p hoc intelligere de-
bemus hunc eſſe fructū noſtrū de quo ait:
Ego vos elegi vt eatis/ et fructum affera-
tis: et fructus veſter maneat. Et quod ad-
iunxit: vt qͦcunqȝ petieritis patrē in no-
mine meo/ det vobis. Tunc vtiqȝ dabit no
bis/ ſi diligamus inuicē: cū et hͦ ipſum ipſe
dederit nobis/ qui nos elegit non habētes
fructū: quia non eū nos elegeramus: et po
ſuit nos vt fructū afferamus/ hoc eſt inui-
cē diligamus: Quē fructū ſine illo afferre
nō poſſumus: ſicut palmites facere ſine vi-
te nihil poſſunt. Charitas ergo eſt fructus
1.Timoth.1.b. noſter/ quā definit apl̄us: de corde puro et
conſciētia bona/ et fide nō ficta. Hac diliga
mus inuicē: hac diligamus deū. Neqȝ eñ
vera dilectione diligeremus inuicē niſi di-
ligentes deū. Diligit eñ vnuſqͥſqȝ ꝓximū
ſuum tanq̄ ſeipſū ſi diligit deū: nam ſi nō
diligit deū/ non diligit ſeipſū. In his eñ
Matth.22.d. duobus p̄ceptis charitatis/ tota lex pen-
det et ꝓphete. Hic eſt fruct⁹ noſter. De fru-
ctu itaqȝ nobis mandans: hec mando in-
quit vobis/ vt diligatis inuicē. Vñ ⁊ apo-
ſtolus paulus/ cū contra opera carnis cō-
mēdare fructū ſpiritus vellet: a capite hoc
poſuit: Fructus inquit ſpiritus charitas ē: Gal.5.d.
Ac deinde cetera tanq̄ ex iſto capite exor-
ta et religata contexuit: que ſunt gaudiū/
pax/ longanimitas/ benignitas/ bonitas/
fides/ māſuetudo/ ↄtinētia/ caſtitas. Quis
autē bene gaudet/ qui bonū non diligit vñ
gaudet? Quis pacem verā niſi cū illo po-
teſt habere quē veraciter diligit? Quis eſt
longanimis in bono opere pſeuerāter ma-
nendo/ niſi ferueat diligendo? Quis eſt be-
nignus/ niſi diligat cui opitulatur? Quis
bonus/ niſi diligēdo efficiatur? Quis ſalu-
briter fidelis/ niſi ea fide que p dilectionē Gal.5.b.
operatur? Quis vtiliter māſuetus/ cui nō
dilectio moderetur? Quis ab eo continet
vñ turpetur/ niſi diligat vnde honeſtatur?
Merito itaqȝ magiſter bonus dilectionē
ſic ſepe cōmendat/ tanq̄ ſola p̄cipienda ſit:
ſine qua nō poſſunt ꝓdeſſe cetera bona: et
que nō poteſt haberi ſine ceteris bonis/
quibus homo efficit̄ bonus. Pro hac au-
tē dilectione/ patienter debemus etiā mū-
di odia ſuſtinere. Neceſſe ē eñ vt nos ode-
rit: quos cernit nolle qͦ diligit. Sed plu- B
rimū nos de ſeipſo dñs conſolat̄: qui cum
dixiſſet: Hec mādo vobis vt diligatis in-
uicē: adiecit atqȝ ait: Si mūdus vos
odit/ ſcitote quoniā me priorem
vobis odio habuit. Cur ergo ſe mē-
brū ſupra verticē extollit? Recuſas eſſe in
corpore/ ſi nō vis odiū mundi ſuſtinere cū
capite. Si de mundo inquit eſſetis:
mundus quod ſuū erat diligeret.
Vniuerſe vtiqȝ hoc dicit eccleſie: quā ple-
rūqȝ etiā ipſā mundi nomine appellat: ſicut
eſt illud: Deus erat in chriſto mundū recō- 2.Cor.5.d.
cilians ſibi. Itēqȝ illud: Nō venit filius ho Joh.3.b.
minis vt iudicet mundū/ ſed vt ſaluet̄ mū-
dus p ipſum. Et in epiſtola ſua iohannes
ait: Aduocatū habemus ad patrē ieſū chri 1.Joh.2.a
ſtum iuſtū: et ipſe ꝓpitiator ē peccatoꝝ nō
ſtrorū: non tm̄ noſtrorū/ ſed etiā totius mū
di. Totus ergo mūdus eccleſia eſt: ⁊ totus
mundus odit eccleſiā. Mundus igit̄ odit
mundū/ inimicus reconciliatū/ damnatus
ſaluatū/ inquinatus mūdatū. Sed iſte mū
dus quē deus in chriſto recōciliat ſibi: et q̄
per chriſtū ſaluatur: et cui p chriſtū pecca- C
tum omne donat̄: de mundo electus ē ini-
mico/ damnato/ ↄtaminato. Ex eadē quip- Roma.9.c.
pe maſſa que tota in adā perijt: fiunt vaſa
miſericordie: in quibus ē mund⁹ ptinēs ad

recōciliationē: quam mundus odit / ex ea-
Roma.9.c. dem maſſa/pertinēs ad vaſa irę:quę perfe-
cta ſunt ad perditionē. Deniq̧ cū dixiſſet:
Si de mūdo eſſetis:mūdus quod ſuū erat
diligeret: continuo ſubiecit. **Quia vo
de mūdo non eſtis: ſed ego elegi
vos de mūdo: ꝓpterea odit vos
mūdus.** Ergo et ipſi inde erāt: vñ vt nō
eſſent/electi ſūt inde:nō meritis ſuis:quo-
rum nulla bona ꝑceſſerant opera:non na-
tura/quę tota fuerat per liberū arbitriū in
ipſa radice vitiata ; ſed gratuita/ hoc ē ve-
ra gratia. Qui eñ de mundo mundū ele-
Roma.11.a. git:fecit qđ eligeret/non inuenit:quia reli-
quię ꝑ electionē gratię ſaluę factę ſunt. Si
autē gratia inquit:iam nō ex opibus: Ali-
oquin gratia iā non eſt gratia. Si aūt quę-
ratur quomō ſe diligat mūdus ꝑditionis:
qui odit mundū redēptionis: diligit ſe vti-
q̧ falſa dilectione/nō vera. Proinde falſo
Pš.10. ſe diligit/ ⁊ vere odit. Qui eñ diligit iniq-
tatē odit animā ſuā: Sed diligere ſe dicit:
qm̄ iniquitatē qua iniquus eſt diligit:⁊ rur
ſus odiſſe ſe dicit; quoniā qđ ei nocet/hoc
diligit. Odit ergo in ſe naturā:diligit viti-
um. Odit qđ factus eſt ꝑ dei bonitatē: dili
git quod in eo factū eſt ꝑ liberā voluntatē.
Vñ nos quoq̧ illū diligere et ꝓhibemur
ſi recte intelligimꝰ / et iubemur: Prohibe-
1.Joh.2.c. mur ſcȝ vbi nob̄ đr: Nolite diligere mūdū:
Luce.6.d. Jubemur autē vbi nobis đr: Diligite ini-
micos veſtros. Ipſi ſunt eñ mūdus q̄ nos
odit. Ergo et ꝓhibemur diligere in illo qđ
ipſe diligit in ſeipſo:et iubemur diligere in
illo quod ipſe odit in ſeipſo:dei ſcȝ opifici-
um/⁊ diuerſas bonitatis ſuę ꝯſolationes.
Vitiū quippe in illo diligere ꝓhibemur:iu-
bemurq̧ diligere naturā: cum ipſe in ſe di-
ligat vitiū/oderitq̧ naturā: vt nos eum et
diligamus et oderimus recte:cū ſe ipſe di-
ligat oderitq̧ peruerſe.

**De eo quod dictū eſt: Memen-
tote ſermonis mei quem ego dixi
vobis: vſq̧ ad id quod ait: Sed
hęc omnia faciēt vobis ꝓpter no
men meū:quia neſciūt eū qui mi-
ſit me:** Tractatus.LXXXVIII.

A

Xhortans do
minus ſeruos ſuos ad mūdi
odia ꝑferenda patienter:nul-
lum eis maius ⁊ melius q̄ de
ſeipſo ꝓponit exemplū: quoniā ſicut dicit
apoſtolus petrus: Chriſtus ꝓ nobis paſ- 1.Petri.2.d.
ſus eſt:relinquens nobis exēplū/vt ſequa-
mur veſtigia eius. Quod vtiq̧ ſi facimus/
ipſo adiuuāte facimus qui dixit: Sine me
nihil poteſtis facere. Deniq̧ iam dixerat:
Si odit vos mūdus:ſcitote quia me prio-
rem vobis odio habuit: ⁊ nūc in eo qđ au-
diſtis cum legeret̄ euangeliū. **Memen-
tote inquit ſermonis mei/ quē ego
dixi vobis: Non eſt ſeruus ma-
ior dño ſuo: Si me perſecuti ſūt:
et vos perſequētur. Si ſermonē
meū ſeruauerunt/ et veſtrū ſerua-
bunt.** Dicēdo autē: Nō eſt ſeruus maior
dño ſuo:nonne euidenter oſtendit quem-
admodū intelligere debeamus qđ ſuperi-
us dixerat: Jā non dico vos ſeruos. Ecce
eñ eos ſeruos dicit. Nūquid eſt aliđ: Nō 5. Trac.85.a
eſt ſeruus maior dño ſuo:ſi me ꝑſecuti ſūt:
et vos perſequent̄: Manifeſtū eſt igitur il
lum ſeruū/ qui nō manet in domo in ęter- Joh.8.d
num: illū pertinentē ad timorē: quē foras 1.Joh.4.d.
charitas mittit:eſſe intelligendū vbi dictū
eſt: Jam non dico vos ſeruos. Hic aūt vbi
dicit̄: Non eſt ſeruus maior dño ſuo: ſi me
ꝑſecuti ſunt/ ⁊ vos perſequent̄:illū ſignifi-
cari ſeruū pertinentē ad timorē caſtuȝ/qui
permanet in ſęculū ſęculi. Hic eñ ſeruus ē Pš.18.
auditurus: Euge ſerue bone/intra in gau- Matth.25.b.
diū dñi tui. **Sed hęc inquit omnia fa-
cient vobis ꝓpter nomen meum:
quia neſciunt eum qui miſit me.**
Quę oīa faciunt niſi quę dixit: Odio ha
bebunt ſcȝ/ ⁊ perſequent̄: ſermonēq̧ con-
temnēt: quoniā ſi ſermonē nō ſeruarēt eo-
rum:nec tamē odiſſent eos/neq̧ ꝑſequerē-
tur: vel etiā ſi odiſſent/ nec tamē perſeque-
rent̄:nō oīa facerēt. Hęc autē oia facient
vobis inq̄t ꝓpter nomē meū : q̄d eſt aliud
dicere/q̄ me in vobis odio habebunt:me
in vobis ꝑſequent̄: ⁊ ſermonē veſtrū/ quia
meus eſt/ideo nō ſeruabunt. Hęc eñ oīa
facient vobis ꝓpter nomē meū:nō veſtrū/
ſed meū. Tanto igitur miſeriores/qui pro-
pter hoc nomen iſta faciūt: quanto beati-
ores/qui ꝓpter hoc nomē iſta patiunt̄:ſicut
ipſe alio loco dicit: Beati q̄ ꝑſecutionē pa-
tiunt̄ ꝓpter iuſticiā. Hoc ē eñ ꝓpter me vl̄
ꝓpter nomē meū:q2 ſicut apl̄s docet: Fa- Matth.5.a.
ctus eſt nobis ſapientia a deo/⁊ iuſticia/et 1.Cor.1.d.
ſanctificatio/ ⁊ redēptio: vt quemadmodū

Hiere.9.g. ſcriptū eſt: Qui gloriat/ in dn̄o glorietur.
B Faciunt quippe iſta mali malis/ ſed nō ꝓpter iuſticiā: et ideo miſeri vtriq₃: et qui faciunt/et qui patiunt. Faciunt et mali bonis: vbi etſi non faciunt iſti ꝓpter iuſticiā: tamē illi ꝓpter iuſticiam patiūtur. Sed dicit aliquis: Si mali quādo perſequunt bonos ꝓpter nomen chriſti: ꝓpter iuſticiam boni patiūtur: ꝑfecto ꝓpter iuſticiam hoc eis mali faciunt. Qꝺ ſi ita eſt: ergo et quādo boni malos ꝓpter iuſticiā perſequunt: ꝓpter iuſticiam etiā mali patiūtur. Si em̄ poſſunt mali perſecutionē facere bonis ꝓpter nomen chriſti: cur nō poſſunt mali ꝑſecutionē pati a bonis ꝓpter nomen chriſti? Et quid eſt ꝓpter nomē chriſti/ niſi propter iuſticiā? Nā ſi nō ꝓpter quod boni faciunt/ ꝓpter hoc mali patiunt: quia faciunt boni ꝓpter iuſticiā: patiūtur mali propter iniuſticiam. Nec mali ergo ꝓpter hoc poſſunt facere/ ꝓpter quod boni patiunt: quia faciunt mali ꝓpter iniuſticiā: patiuntur boni ꝓpter iuſticiā. Quomō ergo erit verū: Hęc oīa facient vobis ꝓpter nomē meū: cū illi non ꝓpter nomen chriſti faciant: id eſt/non ꝓpter iuſticiā/ ſed ꝓpter iniquitatē ſuam? Hęc queſtio ita ſoluitur: Si eo mō intelligamus dictū: Hęc omnia facient vobis ꝓpter nomen meū: vt totū referatur ad iuſtos: tanꝙ dictū ſit: hęc oīa patiemini ab eis ꝓpter nomen meū: vt hoc ſit: facient vobis: qꝺ eſt/ patiemini ab eis. Si autē ꝓpter nomen meū ſic accipit: tanꝙ diceret: ꝓpter nomen meū quod in vobis oderūt: ita poteſt accipi et ꝓpter iuſticiam quā in vobis oderunt. Ac ꝑ hoc ⁊ boni/cū perſecutionē faciunt malis/ poſſit recte dici et ꝓpter iuſticiā facere: quā diligendo perſequunt malos: et ꝓpter iniquitatē quam oderunt in ipſis malis. Ita ergo et ipſi mali poſſunt dici pati/et ꝓpter iniquitatem quę in illis punit: ⁊ ꝓpter iuſticiam
C quę in eorū pęna exercetur. Itē quęri poteſt: Si etiā mali faciunt perſecutionē malis: ſicut impij reges et iudices/cū eſſent ꝑſecutores piorū/ vtiq₃ et homicidas ⁊ adulteros/ et quoſq₃ maleficos/ quos contra leges publicas feciſſe cognoſcerēt/ puniebant: quomodo intelligendū eſt quod ait dn̄s: Si de mūdo eſſetis/ mūdus quod ſuum erat diligeret? Neq₃ em̄ quos punit diligit mūdus: a quo videm⁹ ſupradicta ſcelerū genera plerūq₃ puniri: niſi quia mundus eſt in eis/ a quibus talia ſcelera vel puniūtur vel patiuntur: et mūdus eſt in eis a quib⁹ talia ſcelera diligūtur. Mūdus itaq₃ ille qui intelligitur i malis atq₃ impijs: et odit qꝺ ſuū eſt/ ex ea parte hominū qua ſceleratis nocet: et diligit quod ſuū eſt ex ea parte hominū qua eiſdē ipſis ſceleratis fauet. Ergo hęc omnia faciēt vobis ꝓpter nomen meū: vel ita dictū eſt ꝓpter quod vos patimini: vel ita ꝓpter quod et ipſi faciunt: quia et hoc in vobis dū perſequuntur/ oderunt. Et addidit: quia neſciunt eū qui miſit me. Hoc ſm̄ eā ſcientiā dictū intelligendū eſt/ de qua et alibi ſcriptū eſt: Scire autē te/ ſenſus eſt conſūmatus. Sap.6.c.
Hac quippe ſcientia qua ſciunt patrē a quo miſſus eſt chriſt⁹: nullo modo eos ꝑſequūtur quos colligit chriſtus: q꞉ ⁊ ipſi cum eis colliguntur a chriſto.

De eo quod dicit: Si nō veniſſem/et locut⁹ eis fuiſſe: vſq₃ ad id qꝺ ait: Qui me odit/ ⁊ patrē meū odit: Tractatus.LXXXIX.

A Uperius dixerat dn̄s ad diſcipulos ſuos: Si me perſecuti ſunt: et vos perſequent: Si ſermonē meū ſeruauerunt/et veſtrū ſeruabūt: Sed hęc omnia facient vobis ꝓpter nomē meum: quia neſciunt eū qui miſit me. De quibus autē hoc dixerit ſi quęramus: inueniemus eū ad hęc verba veniſſe ab eo qꝺ dixerat: Si mūdus vos odit: ſcitote quia me priorē vobis odio habuit. Nūc vero quod addidit: Si non veniſſem/ et locutus eis fuiſſem/ peccatū non haberent. Iudęos oſtendit expreſſius. De his ergo ⁊ illa dicebat: Nā hoc indicat verborū ipſa contextio. De his ergo dicit: Si nō veniſſem/et locutus eis fuiſſem: peccatū non haberēt: de quibus dicebat: Si me perſecuti ſunt/ et vos perſequent: Si ſermonē meū ſeruauerūt/ et veſtrū ſeruabūt. Sed hęc omnia facient vobis/ ꝓpter nomen meū: quia neſciunt eū qui miſit me. His em̄ verbis et iſta ſubiungit: Si nō veniſſem/et locutus eis fuiſſem/ peccatū non haberent. Iudęi ergo ꝑſecuti ſunt chriſtū: quod euidētiſſime indicat euangeliū. Iudęis locutus eſt chriſtus: nō alijs gētibus.

In eis ergo voluit intelligi mundũ q̃ odit
chriſtũ et diſcipulos eius: immo vero nõ
eos ſolos/ſed hos quoqꝫ ad eundẽ mundũ
pertinere monſtrauit. Quid eſt ergo: ſi nõ
veniſſem et locutus eis fuiſſem/ peccatum
nõ haberent? Nũquid ſine peccato erãt iu
dei/ anteqꝫ chriſtus ad eos in carne veniſ
ſet? Quis hoc vel ſtultiſſim⁹ dixerit? Sed
magnũ quoddã peccatũ/non omne pecca
tum/quaſi ſub generali nomine vult intel
ligi. Hoc eſt em̃ peccatũ quo tenenꝛ cuncta
peccata: quod vnuſquiſqꝫ ſi nõ habeat/di
mittunꝛ ei cuncta peccata. Hoc eſt autem;
quia nõ crediderũt in chriſtũ: qui ꝓpterea
venit vt credatur in eũ. Hoc peccatũ ſi nõ
veniſſet/nõ vtiqꝫ haberent. Aduẽtus ꝗp
pe eius quantũ credẽtibus ſalutaris/ tan
tum nõ credentibus exitialis factus ẽ: tan
qꝫ et ipſe caput et princeps apoſtoloꝝ/ qd
2.Cor.2.d. de ſe ipſi dixerũt extiterit: Quibuſdã qui
dem odor vitę in vitã: quibuſdã vo odor
mortis in mortẽ. Sed qd adiũxit atqꝫ ait:
B Nunc autẽ excuſationẽ non ha
bent de peccato ſuo: poteſt mouere
querentes: vtrũ hi ad quos nõ venit chri
ſtus/nec locutus eſt eis: habeant excuſati
onem de peccato ſuo. Si em̃ nõ habẽt: cur
hic dictũ eſt/ ꝓpterea iſtos nõ habere/quia
venit et locutus ẽ eis? Si autẽ habẽt: vtrũ
ad hoc habeãt vt a penis alienẽtur/ an vt
mitius puniãtur? Ad hęc inquiſita ꝓ meo
captu/dño donãte reſpõdeo: habere illos
excuſationẽ: nõ de om̃i peccato ſuo/ ſed de
hoc peccato quo in chriſtũ non crediderũt:
ad quos nõ venit: et quibus nõ eſt locut⁹.
Sed nõ in eo ſũt numero hi ad quos in di
ſcipulis venit: et quibus ꝑ diſcipulos ẽ lo
cutus: quod et nũc facit: Nam ꝑ eccleſiam
ſuã venit ad gentes: et ꝑ eccleſiã ſuã loqui
Matth.10.d. tur gẽtibus. Ad hoc em̃ ꝑtinet qd ait: Qui
Luc.10.c. vos recipit/me recipit: et qui vos ſpernit/
2.Cor.13.a. me ſpernit. An vultis inquit apoſtol⁹ pau
lus/ experimentũ accipere eius/ qui in me
loquiꝛ chriſtus? Reſtat inquirere/ vtrũ hi
qui priusqꝫ chriſtus veniret in eccleſiã ad
gentes/ et priuſqꝫ euangeliũ eius audirẽt:
vitę huius fine ꝑuenti ſunt ſeu pręueniun
tur/poſſunt habere hãc excuſationẽ? Poſ
ſũt plane: ſed nõ ideo poſſũt effugere dam
Roma.2.b. nationẽ. Quicunqꝫ em̃ ſine lege peccaue
runt/ſine lege peribunt: et quicũqꝫ in lege
peccauerũt/ ꝑ legẽ iudicabunꝛ. Quę qui
dem apoſtoli verba/ quoniã id qd ait/peri
bunt: terribilius ſonat/qꝫ qd ait: iudicabũ
tur: nõ ſolũ nihil adiuuare hanc excuſatio
nem videnꝛ oſtendere/ verumetiã pl⁹ gra
uare. Qui em̃ ſe q2 nõ audierũt excuſabũt:
ſine lege peribũt. Sed vtrũ hi qui cũ audi
erunt/contempſerũt/vel etiã reſtiterũt: nec
tm̃ contradicẽdo/ſed ⁊ eos a quibus audi
erunt odijs ꝑſequẽdo/ in eis deputãdi ſũt
de quibus aliquid leui⁹ videꝛ ſonuiſſe qd
dictũ eſt/per legẽ iudicabunꝛ: merito quę
ritur. Sed ſi aliud eſt perire ſine lege/aliud C
iudicari ꝑ legẽ: et illud eſt grauius/hoc au
tem leuius: ꝓculdubio non ſunt iſti in hac
pęna leuiore ponẽdi/qui neqꝫ i lege pecca
uerunt/ ſed om̃ino legẽ chriſti accipere nõ
luerunt: ⁊ eã quantũ ad ipſos attinet/om̃i
no nullã eſſe voluerũt. Illi aũt peccãt in le
ge qui ſunt in lege: id ẽ/qui eã ſuſcipiũt: eã
qꝫ ſanctã et mandatũ ſanctũ/ ⁊ iuſtũ et bo Roma.7.c.
nũ fatenꝛ: ſed infirmitate nõ implẽt: qd ab
ea rectiſſime ꝑcipi dubitare nõ poſſũt: Hi
ſunt qui aliquo mõ forſitan poſſunt ab eo
rum qui ſine lege ſunt ꝑditione diſcerni: ſi
tamẽ qd apl's ait/per legẽ iudicabũtur: ſic
accipiendũ eſt: tanqꝫ dixerit/ nõ peribunt:
qd mirũ ſi ita eſt. Neqꝫ em̃ de infidelib⁹ et
fidelib⁹ erat ſermo vt h̃ diceret: ſed de gen
tib⁹ et iudęis: qui certe vtriqꝫ niſi in eo ſal
uatore ſaluenꝛ: qui venit quęrere qd peri Luc.19.b.
erat: ad perditionẽ ſine dubio ꝑtinebunt:
qꝫuis dici poſſit/alios grauius/ alios leui
us perituros/ id eſt/alios grauiores/ alios
leuiores pęnas i ſua ꝑditione paſſuros. Il
le em̃ perire deo diciꝛ: quiſquis ab illa be
atitudine quã dat ſanctis ſuis ꝑ ſuppliciũ
ſeparaꝛ. Tanta autẽ eſt ſuppliciorũ/quãta
diuerſitas peccatorũ: q̃ quomõ ſeſe habe
at: altius indicat ſapiẽtia diuina/ qꝫ conie
ctura ſcrutatur aut effaꝛ humana. Iſti cer
te ad quos venit/et quibus locutus ẽ chri
ſtus/nõ habent de magno infidelitatis pec
cato illam excuſationẽ/qua poſſint dicere:
nõ vidimus/nõ audiuimus: Siue non ac
ceptaretur iſta excuſatio ab illo cui⁹ inſcru
tabilia ſunt iudicia: ſiue acceptareꝛ/ ⁊ ſi nõ
vt ab om̃i damnatione liberarenꝛ/certe vt
aliquanto lenius damnarenꝛ. Qui me
odit inquit/ ⁊ patrẽ meum odit. Hic
nobis fortaſſe dicatur: Quis poteſt odiſſe
quẽ neſcit? Et vtiqꝫ anteqꝫ diceret: Si non
veniſſem/et locutus eis fuiſſem/peccatum

nõ haberẽt:dixerat diſcipulis ſuis:hec fa/
ſ.Tract.88.c. cient vobis:quia neſciunt eũ qui miſit me.
Quomõ ergo neſcierunt ⁊ oderunt. Si eñ
non qd eſt ipſe/ſed neſcio quid aliud de il/
lo opinant:non vtiq ipſum/ſed illud inue
niunt odiſſe qd fingũt/ aut errãdo potius
ſuſpicant: Et tamen niſi poſſent homines
odiſſe qd neſciũt:non veritas vtrũq dixiſ/
ſet/q eius patrẽ et neſciunt et oderũt. Sed
quomõ id fieri poſſit ſi adiuuante dño per
nos demonſtrari poteſt: q2 hec diſputatio
eſt iã claudenda:nunc nõ poteſt.

De eo qd dicit: Qui me odit et patrẽ meũ odit: Tractatus.XC.

A **Vdiſtis do**/
a minũ dicẽtẽ:Qui me odit
et patrem meum odit:
Qui ſupius dixerat:hec faci/
ent vobis: quia neſciunt eũ qui miſit me:
Nõ itaq diſſimulãda naſcit queſtio/ quo/
modo poſſint odiſſe quẽ neſciunt. Si eñ
deũ nõ quod ipe eſt/ſ neſcio quid aliud eũ
ſuſpicãtur aut credunt/⁊ hoc oderunt: vti/
q nõ ipſũ oderunt:ſed qd ſua mendaci ſu/
ſpitione/vel vana credulitate concipiunt.
Si autẽ qd eſt hoc de illo ſentiũt:quomo/
do eũ neſcire dicunt? Et de hominib⁹ qui/
dem fieri poteſt: vt eos ſepe quos nũq vi/
dimus/diligamus: Ac p hoc nec illud ecõ/
trario impoſſibile eſt/ vt eos quos nunq
vidimus oderim⁹. Fama quippe de aliquo
ſermocinãte: ſeu bñ ſeu male fit nõ immeri
to/ vt amemus vel oderimus ignotũ. Sed
ſi fama ſit verax: quomõ ẽ de quo vera di/
dicimus dicẽdus ignotus? An quia ei⁹ fa/
ciẽ non vidimus? Quã cum et ipſe non vi/
deat:nulli tamen poteſt notior eſſe q ſibi.
Non igit in eius facie corporali nobis inti
mat cuiuſq noticia. Sed tũc nobis ad co/
gnitionẽ patet: qñ eius mores et vita nõ
latẽt: Alioquin nec ſeipſũ noſſe quiſq po/
teſt/ qui videre faciẽ ſuam nõ poteſt. Sed
vtiq tanto certius q notus eſt alijs ipſe ſe
nouit/quãto certius interiore cõſpectu po/
teſt videre qd ſapit: videre qd cupit: vide/
re qd viuit. Que cu3 aperiuntur et nobis:
tunc vere fit cognit⁹ nobis. Hec itaq quo/
niã plerũq ad nos de abſentibus vel etiã
mortuis/ſiue fama/ſiue litteris perferũtur.
Hinc fit vt ſepe quos nunq facie corporis
vidimus: nõ tamẽ quos omnino neſcimus
vel oderimus homines vel amemus. Sed
plerũq in eis noſtra credulitas fallit: quia
nonnunq et hiſtoria/ et multo magis fa/
ma mentit. Pertinet aũt ad nos ne pnitio
ſa opinione fallamur: vt quia nõ poſſum⁹
hominũ indagare conſcientiã: de ipis reb⁹
habeamus verã certamq ſententiã: hoc ẽ/
vt ſi ille vel ille homo/ vtrũ ſit impudic⁹ pu
dicuſve neſcimus: oderimus tamẽ impudi
citiã/⁊ pudicitiã diligamus. Et ſi illum vel
illum iniuſtũ eſſe iuſtum ve neſcim⁹: ame/
mus tamen iuſticiam/ et iniuſticiã deteſte/
mur: nõ quas nobiſipſis errãdo confingi/
mus: ſed quas fideliter hanc appetendã/il
lamq vitandã in dei veritate conſpicim⁹:
vt cũ de ipſis rebus qd appetendũ eſt ap/
petimus: quod deuitandũ eſt deuitamus:
ignoſcat nobis quod de occultis hominũ
aliquãdo/immo aſſidue nõ vera ſentimus.
Hoc eñ ad humanã temptationẽ pertine/
re arbitror: ſine qua duci iſta nõ poteſt vi/
ta: ita vt apoſtolus diceret: Tẽptatio vos 1.Cor.10.c.
nõ apprehendat niſi humana. Quid eñ tã
humanũ/ q non poſſe inſpicere cor huma/
num: et ideo nõ eius latebras perſcrutari:
ſed plerumq aliud q id quod ibi agitur ſu
ſpicari? Et q et in his rerũ tenebris huma B
narũ/hoc eſt cogitationũ alienarũ / etſi ſu/
ſpitiones intelligere nõ poſſumus/ q2 ho/
mines ſumus: iudicia tamẽ: id ẽ/ definitas
firmaſq ſentẽtias continere debemus: nec
ante tempus quicq iudicare: donec veni/ 1.Cor.4.a.
at dñs/ et illuminet abſcondita tenebrarum:
et manifeſtet cogitationes cordis: et tunc
laus erit vnicuiq a deo. Quãdo ergo non
errat in rebus/ vt recta ſit improbatio vi/
tiorum/virtutũq pbatio: pfecto ſi erratur in
hominibus/ venialis ẽ humana tẽptatio.
Per has autẽ humanorum cordiũ tenebras:
res multũ miranda et multũ dolenda con/
tingit: vt cum nõnunq quẽ iniuſtũ puta/
mus/et tamẽ iuſtus eſt: et iuſticiã in eo ne/
ſcientes/ quẽ diligimus deuitemus/ auerſe
mur/a noſtro phibeamus acceſſu: cõmunẽ
cum illo vitã victũq habere nolumus: eñ
q etiã ſi diſcipline imponẽde neceſſitas cõ
gat: ſiue ne alijs noceat/ſiue vt fiat ipe cor/
rectior/aſperitate ſalubri pſequamur: ⁊ ho
minẽ bonũ tanq malũ affligamus/ quem
neſcientes amamus. Hoc fit ſi quis verbi
gratia cũ ſit pudicus: a nobis credit impu/
dicus: Sine dubio eñ ſi pudicum diligo:

hoc eſt ipſe quod diligo: Ergo etiã ipſum
diligo et neſcio. Et ſi impudicum odi: nõ ꝙ
ipſuȝ odi: q: nõ eſt quod odi: Et tamẽ dile
cto meo cũ quo ſimul in charitate pudici/
tię habitat anima mea/facio ignarus iniu/
riam: nõ errans in diſcretione virtutũ at/
ꝗ vitiorũ/ſed in cordiũ tenebris humano/
rũ. Proinde ſicut fieri poteſt vt homo bo/
nus hominẽ bonũ oderit: neſciens vel po/
tius diligat neſciẽs: ipſum eñ diligit cum
bonũ diligit: quia id quod ẽ ille/hoc iſte di/
ligit: oderit autẽ neſciens nõ ipſum/ſed qͦ
putat eſſe ipſum: Ita fieri poteſt vt etiam
homo iniuſtus oderit hominẽ iuſtũ: et dũ
ęſtimat ſe ſui ſimilẽ iniuſtũ diligere/ neſci/
ens diligat iuſtũ: Et tamen dum eũ credit
iniuſtũ: diligit nõ ipſum/ ſed qͦ putat eſſe
ipſum. Quemadmodũ autẽ hominẽ/ ſic et
deũ. Deniꝗ ſi interrogarenꝭ iudęi/vtꝝ di/
ligerent deũ: quid ſe aliud ꝙ diligere reſpõ
derent: nec ex animo mentiẽtes/ſed erran/
do potius opinãtes. Quomõ eñ diligerẽt
patrẽ veritatis/qui haberẽt odio veritatẽ?
Nolunt eñ ſua facta damnari: et hoc ha/
bet veritas vt talia facta damnenꝭ. Tan/
tũ igitur oderunt veritatẽ/ quantũ oderũt
ſuas pęnas quas talibus irrogat veritas.
Neſciunt autẽ illam eſſe veritatẽ: quę ta/
les quales ipſi ſunt damnat. Oderũt ergo
quã neſciunt: ⁊ cum illã oderunt: ꝑfecto et
eũ de quo nata eſt/niſi odiſſe nõ poſſunt.
Ac ꝑ hoc quia veritatẽ qua iudicãte dam/
nanꝭ: de patre deo natã neſciunt: vtiꝗ eti
am ipſum et neſciunt et oderũt. O miſeros
homines/qui cũ eſſe volũt mali/nolũt eſſe
veritatem qua damnanꝭ mali. Nolunt eñ
eam eſſe quod eſt: cũ ipſi debeãt nullo mõ
eſſe qͦ ſunt: vt ipſa manente mutẽtur/ ne
ipſa iudicante damnentur.

De eo qͦ dicit: Si opera nõ fe/
ciſſem in eis quę nemo alius fe/
cit: peccatũ non haberent: Nunc
autẽ et viderunt et oderunt ⁊ me
et patrem meum: ſed vt implea/
tur ſermo qui in lege eorum ſcri/
ptus eſt: quia odio habuerũt me
gratis: Tractatus.XCI.

a Jxerat domi
b nus: Qui me odit/et patrem
meũ odit. Vtriꝗ eñ qui odit
veritatẽ: neceſſe eſt oderit et
a quo veritas nata eſt: Vnde iam quantũ
datũ eſt locuti ſumus. Deinde addidit vñ
nobis nunc loquendũ eſt. Si opera nõ
feciſſem in eis quę nemo alius fe
cit/peccatum non haberent. Pec/
catũ illud ſcilicet magnũ de quo ſuperius
ait: Si nõ veniſſem/⁊ locutus eis fuiſſem/
peccatũ non haberẽt: hoc eſt peccatũ/ꝙ in
eum loquentẽ ⁊ operantẽ non crediderũt:
neꝗ eñ nullum habebant peccatũ/ ante/
ꝙ loqueretur eis et operaretur in eis. Sed
hoc peccatũ q̃ in eũ non crediderunt / ideo
ſic cõmemoraꝭ: quia ipſo peccato tenẽtur
et cętera. Hoc eñ ſi non haberẽt/ et in eum
crederent: dimitterenꝭ et cętera. Sed quid
eſt hoc ꝙ cum dixiſſet: Si opera nõ fecil/
ſem in eis: mox addidit: quę nemo ali/
us fecit? Nulla quippe in operibus chri
ſti videnꝭ eſſe maiora ꝙ ſuſcitatio mortu/
orũ: quod ſcimus etiã antiquos feciſſe ꝓ/
phetas. Fecit hoc etiã helias: fecit heliſę/ 3. Reg.17.d.
us: et cũ in hac carne viueret: ⁊ cum in ſuo 4. Reg.4.f.
monumento ſepultus iaceret: Nam quidã 4. Reg.13.d.
portantes mortuũ: cum irruentibus hoſti/
bus eo refugiſſent/ eũꝗ poſuiſſent: conti/
nuo reſurrexit. Fecit tamẽ aliqua chriſtus/
quę nemo alius fecit/ ꝙ quinꝗ milia ho/ Math.14.
minũ de quinꝗ/⁊ quattuor milia de ſeptẽ Math.15.
panibus pauit: ꝙ ſuꝑ aquas ambulauit: Math.14.
et petro vt hoc faceret ꝓſtitit: ꝙ aquã mu/ Joh.2.
tauit in vinũ: ꝙ aperuit oculos cęci nati: et Joh.9.
alia multa/ quę cõmemorare longũ ẽ. Sed
reſpondeꝭ nobis ⁊ alios feciſſe quę ipſe nõ
fecit: et/quę nemo alius fecit. Quis eñ ni/
ſi moyſes ęgyptios plagis tot tantiſꝗ ꝑ/ Exo.7.et ca. ſequenti.
cuſſit: diuiſo mari populum duxit: manna Exo.14.
de cęlo eſuriẽtibus impetrauit: aquam de Exo.16.
petra ſitiẽtibus fudit? Quis niſi ieſus na/ Exo.17.
ue populo tranſituro iordanis fluenta di/ Joſue.4.
uiſit: et currentẽ ſolẽ emiſſa ad deũ oratio/ Joſue.10.
ne frenauit et fixit? Quis ꝓter ſanſon pro/ Judic.15.
pter ſuã ſitim maxilla mortui aſini exundã
te ſatiatus ẽ? Quis ꝓter heliã curru igneo 4. Reg.2.
in alta ſubuectus ẽ? Quis pręter heliſęũ/ 4. Reg.13.
quod pauloante cõmemoraui: ſepulto ſuo
cadauere/ cadauer alterius reddidit vitę?
Quis ꝓter danielem inter ora incluſorũ ſe/ Daniel.6.
cum leonũ eſurientiũ vixit innocuꝰ? Quis
pręter tres viros/ananiã/azariã/miſaelem Daniel.3.
in flãmis ardentibus et nõ vrentibus de/
ambulauit illęſus? Prętereo cętera/ quo/
niã hęc ſatis eſſe arbitror/quibus demon/

ſtretur et alios ſanctos quędā opera mirā/
da feciſſe/quę nemo alius fecit. Sed qui tā
multa vitia et malas valitudines vexati/
oneſq; mortaliū tāta poteſtate ſanaret:nul
lus om̄ino legiť antiquorū. Ut em̄ tacea/
mus quos iubēdo ſtatī occurrebāt/ſaluos
ſingulos fecit:marcus euāgeliſta quodam
Marci.1.d. loco ait: Veſpere autē facto cum occidiſſet
ſol/ afferebant ad eū omnes male baben/
tes/et dęmonia babētes: et erat omnis ci/
uitas ad ianuā congregata:et curauit mul
tos qui vexabanť varijs languoribꝰ:et dę/
monia mīta eijciebat. Id aūt cū cōmemo/
raſſet mattheus:etiā teſtimoniū ꝓpheticū
Matth.8.c. addidit dicēs: Ut adimpleretur quod dictū
Eſaie.53.b. eſt per eſaiā ꝓphetā dicentē: Ipſe infirmi/
tates noſtras accępit/ et ęgritudines por/
Marci.6.g. tauit. Itē alio loco dicit marcus: Et quo/
cunq; loco introibat in vicos/vel in villas/
aut in ciuitates:in platęis ponebant infir/
mos:et deprecabanť eū vt vel fimbriā ve/
ſtimenti eius tangerēt: ⁊ quotquot tange/
B bant eū/ſalui fiebāt. Hęc nemo alius fecit
in eis. Sic em̄ intelligendū eſt quod ait/in
eis:non inter eos vel corā eis:ſed ꝓrſus in
eis q2 ſanauit eos. Hęc quippe intelligi vo/
luit quę nō ſolū facerent admirationē: ve/
rumetiā manifeſtā conferrent ſalutem:pro
quibus beneficijs vtiq; amorē/non odium
retribuere debuerunt. Omnia quidē cęte/
Luc.1.et.2. rorū miracula ſuperat/ꝙ eſt natus ex virgi
ne/matriſq; integritatē ſolꝰ potuit nec con/
ceptus violare nec natus. Sed hoc nec co/
ram eis factū eſt/nec in eis. Ad cognoſcen
dam quippe huius miraculi veritatē: non
cōmuni cū eis aſpectu/ ſed diſcreto ab eis
diſcipulatu apoſtoli ꝑuenerūt. Iam vero
illud quod die tertia in carne in qua occi/
ſus fuerat/ de ſepulchro ſe reddidit viuū: ⁊
nunꝙ deinde moriturus cū illa aſcendit in
cęlū:ſuperat etiā cuncta quę fecit. Sed ne/
q; hoc factū eſt in iudęis/ neq; coram eis.
Et nondū hoc fecerat quādo dicebat: Si
opera nō feciſſem in eis quę nemo alius fe
cit: Nimirū ergo ſunt illa/ quę in eorū va/
litudinibus tanta miracula ſalutis oſten/
dit/ quanta in illis antea nemo donauit.
Hęc em̄ viderunt:et hoc eis exprobrās ad/
iungit et ait: Nunc autē et viderunt
et oderunt et me et patrem meū.
Sed vt impleatur ſermo qui i le/
Ps.34. ge eorum ſcriptus eſt: quia odio
habuerunt me gratis. Eorū legē di/
cit:non ab ipſis inuentā/ſed ipſis datam.
Sicut dicimꝰ: Panē noſtrū quotidianū: Matth.6.b.
quem tamen a deo petimus/ addendo:da
nobis. Gratis autē odit/qui nullū ex odio
cōmodum quęrit/vel incōmodū fugit. Sic
oderunt dominū impij: ſic diligunt iuſti.
Hoc eſt gratis: vt alia ꝓter illū non expe/
ctent bona: quoniā ipſe erit in omnibus
omnia. Quiſquis vero altiꝰ attēderit chri/
ſtum dicentē: Si opera non feciſſem in eis
quę nemo alius fecit: ſed hęc ⁊ ſi pater aut
ſpiritusſanctus fecit/nemo alius fecit: quia
totius trinitatis vna ſubſtātia eſt: inueni/
et ipſum feciſſe/ ſi quando quiſpiā dei ho/
mo tale aliquid fecit. Poteſt quippe in ſe/
ipſo cuncta ꝑ ipſum: nemo autē poteſt ali/
quid ſine ipſo. Chriſtus nāq; cum patre et
ſpiritusancto nō ſunt tres dij/ſed vnus de/
us:de quo ſcriptū eſt: Benedictus dn̄s de/ Ps.71.
us iſrael/qui facit mirabilia ſolus. Nemo
ergo alius fecit quęcūq; opera in eis fecit:
quoniā quiſquis alius homo aliquid eorū
fecit:ipſo faciente fecit. Hęc autē ipſe/nō il
lis facientibus fecit.

De eo quod dicit: Cum autem venerit paracletus quem ego mittam vobis a patre ſpiritū veritatis qui a patre procedit: ille teſtimoniū ꝑhibebit de me: et vos teſtimoniū ꝑhibebitis:q2 ab initio mecū eſtis: pro dnica. 6.a post. pasc.

Tractatus.XCII.

A Dominꝰ ieſus in ſermone quē locutus eſt diſcipulis ſuis poſt cęnā ꝓximꝰ paſſioni: tanꝙ iturus et relicturus eos ꝑſentia corꝑali: cū omnibus autē ſuis vſq; in conſummationē ſęculi futurus ꝑſentia ſpiritali: exhortatus eſt eos ad ꝑferēdas ꝑſecutiōes impiorum quos mūdi nomine nūcupauit. Ex quo tñ mundo etiā ipſos diſcipulos ſe elegiſſe dixit: vt ſcirent ſe dei gr̄a eſſe qđ ſunt: ſuis autē vitijs fuiſſe qđ fuerūt. Deinde ꝑſecutores et ſuos et ipſorū iudęos euidēter expreſſit: vt om̄ino appareret etiā ipſos mūdi damnabili appellatione concluſos/qui perſequūtur ſanctos. Cūq; de illis diceret ꝙ ignorarent eum a quo miſſus eſt: ⁊ tamē odiſſent et filiū et patrē: hoc eſt/ ⁊ eū qui miſſus eſt et eū a quo miſſus eſt: de quibus om̄ibus

in alijs ſermonibus iã diſſeruimus: ad hoc
ꝑuenit vbi ait: Ut adimpleaẜ ſermo qui in
lege eorũ ſcriptus eſt: quia odio habuerũt
me gratis. Deinde tanq̄ conſequẽter ad/
iunxit / vñ mõ diſputare ſuſcepimus. **Cũ
autem venerit paracletus quem
ego mittã vobis a patre ſpiritum
veritatis qui a patre ꝓcedit: ille te/
ſtimoniũ ꝑhibebit de me: et vos
teſtimoniũ ꝑhibebitis: q2 ab ini/
tio mecũ eſtis.** Quid hoc ꝑtinet ad il/
lud qđ dixerat: Nũc autẽ ⁊ viderũt et ode/
runt et me ⁊ patrẽ meũ: Sed vt impleatur
ſermo qui in lege eoꝝ ſcriptus eſt: q2 odio
habuerũt me gratis. An q2 paracletus qñ
venit ſpũs veritatis: eos qui viderunt et
oderunt / teſtimonio manifeſtiore cõuicit?
Jmmo vero etiã aliquos ex illis qui vide/
Gal.5.b. runt ⁊ adhuc oderãt: ad fidẽ quę ꝑ dilecti/
onẽ operaẜ / ſui manifeſtatiõe ꝯuertit. Hoc
vt ita intelligamus: ita factũ eſſe recolim⁹.
Act.1.et.2. Uenit eñ die pentecoſtes ſpirituſſanct⁹ in
centũ viginti homines cõgregatos: in q̃b⁹
et apl̃i omnes erant: qui illo adimpleti cũ
linguis omniũ gẽtiũ loquerenẜ: plures ex
his q̃ oderãt / tãto miraculo ſtupefacti qñ/
quidẽ viderunt loquẽte petro tã magnum
atq̧ diuinũ teſtimoniũ ꝑhiberi de chriſto:
vt ille q̃ occiſus ab eis inter mortuos depu
tabaẜ: reſurrexiſſe ⁊ viuere ꝓbareẜ: cõpun/
cti corde conuerſi ſunt: ⁊ tanti ſanguinis tã
impie atq̧ immaniter fuſi / indulgentiã ꝑ/
ceperunt: ipſo redẽpti ſanguine quẽ fude/
runt. Chriſti eñ ſanguis ſic in remiſſionẽ
peccatoꝝ oim fuſus ẽ: vt ipſum etiã pecca/
tũ poſſet delere quo fuſus eſt. Hoc ergo in/
tuẽs dñs dicebat: Odio me habuerũt gra
tis. Cũ autẽ venerit paraclet⁹: ille teſtimo/
niũ ꝑhibebit de me: Tanq̄ diceret: Odio
me habuerunt: et occiderunt videntes: ſed
tale de me paraclet⁹ teſtimoniũ ꝑhibebit:
B vt eos faciat in me credere nõ vidẽtes. **Et
vos inquit teſtimoniũ ꝑhibebitis:
q2 ab initio mecũ eſtis.** Perhibebit
ſpirituſſanct⁹ / ꝑhibebitis ⁊ vos. Quia eñ
ab initio mecum eſtis: poteſtis ꝑdicare qđ
noſtis: qđ vt mõ non faciatis / illius ſpiri/
tus plenitudo nondũ adeſt vobis. Jlle er/
go teſtimoniũ ꝑhibebit de me / et vos te/
ſtimoniũ ꝑhibebitis: Dabit eñ vobis fi/
Roma.5.a. duciã teſtimoniũ ꝑhibẽdi charitas dei dif/
fuſa in cordib⁹ veſtris ꝑ ſpm̃ſanctũ qui da/
biẜ vobis. Quę vtiq̧ petro adhuc defuit / Matth.26.b.
qñ mulieris ancillę interrogatione ꝑterri/
tus: nõ potuit veꝝ teſtimoniũ ꝑhibere: ſed
cõtra ſuã pollicitationẽ timore magno cõ/
pulſus eſt ter negare. Timor autẽ iſte non
eſt in charitate / ſed ꝑfecta charitas foras 1.Joh.4.d.
mittit timorẽ. Deniq̧ añ paſſionẽ dñi ſer/
uilis timor ei⁹ interrogatus ẽ a fęmina ſer/
uitutis: poſt reſurrectionẽ vo dñi liberalis
ei⁹ amor / ab ipſo ꝑncipe libertatis: ⁊ ideo ibi
turbabaẜ / hic trãquillabatur: ibi quẽ dile/
xerat negabat: hic quẽ negauerat dilige/
bat. Sed adhuc etiã tunc amor ipſe infir/
mus fuerat ⁊ anguſtus / donec eũ robora/
ret et dilataret ſpirituſſanct⁹. Qui poſtea
q̄ illi ẽ abundãtia gratię largioris infuſus:
ſic ad perhibendũ de chriſto teſtimonium
quondã eius frigidũ pectus accendit: atq̧
illa prius trepida quę veritatẽ ſuppreſſerãt
ora reſerauit: vt cũ omnes in quos vene/
rat ſpirituſſanctus / linguis omniũ gentiũ
loquerẽtur: iudęoꝝ circumſtãtibus turbis /
ſolus ad teſtimoniũ de chriſto ꝑhibendũ
ꝑ cęteris ꝓmptius emicaret / eiuſq̧ interfe/
ctores de illius reſurrectione cõfunderet.
Si quẽ delectat tã ſuauiter ſanctũ tale ſpe
ctaculum intueri: actus apoſtoloꝝ legat:
ibi beatum petꝝ quem negantẽ doluerat /
ſtupeat pręedicantẽ. Jbi linguam illã vide/
at ad fiduciã a diffidentia / ⁊ ad libertatẽ a
ſeruitute tranſlatã: tot linguas inimicorũ
conuertere ad chriſti confeſſionẽ: quarum
non valendo vnã ferre / verſa fuerat in ne/
gationẽ. Quid plura? Tãtus in illo fulgor
gratię / tanta ſpirituſſancti plenitudo appa
rebat: tanta de ore pręedicãtis precioſiſſi/
mę veritatis pondera ꝓcedebãt: vt ingen/
tis multitudinis aduerſarios interfectores
chriſti iudęos faceret ꝓ illo paratos mori:
a quibus cũ illo formidabat occidi. Hoc fe
cit ſpirituſſanctus tũc miſſus / añ ꝓmiſſus.
Jſta dñs magna atq̧ miranda ſua bñficia
ꝓuidebat qñ dicebat: Et viderũt et oderũt
et me et patrẽ meũ: vt adimpleaẜ ſermo q̃ i
lege eoꝝ ſcriptus ẽ: q2 odio habuerunt me
gratis: Cũ autẽ venerit paraclet⁹ quẽ ego
mittã vobis a patre ſpiritũ vitatis / qui a
patre ꝓcedit: ille teſtimoniũ perhibebit de
me: ⁊ vos teſtimoniũ ꝑhibebitis. Jlle q̃p/
pe teſtimoniũ ꝑhibẽs / et teſtes fortiſſimos
faciẽs: abſtulit chriſti amicis timorẽ: ⁊ ini/
micoꝝ odium conuertit in amorẽ.

De eo quod dicit: Hec locutus ſum vobis vt nõ ſcandalizemini: vſqꝫ ad id quod ait: Sed hec locutus ſũ vobis: vt cũ venerit hora eorũ/ reminiſcamini quia ego dixi vobis: Tractatus.XCIII.

A
IN his que precedunt hoc euangelij capitulum: dñs diſcipulos ſuos ad inimicoꝝ odia pferẽda confirmãs/ſuo qꝫ reparauit exẽplo/ vt eũ imitãdo fierẽt fortiores: addẽs et pmittens eis/ q venturꝰ eſſet ſpirituſſanctꝰ q̃ de illo teſtimoniũ phiberet: et adijciens q ⁊ ipſi fierẽt teſtes eius: hoc vtiqꝫ in eis operãte ſpirituſancto. Sic eñ ait: Ille teſtimoniũ perhibebit de me: et vos teſtimoniũ phibebitis. Vtiqꝫ quia ille phibebit/etiã vos perhibebitis. Ille in cordibus veſtris/vos in vocibus veſtris: Ille inſpirãdo/vos ſonã-
Pſ.18. do/vt poſſit impleri: In omnẽ terrã exiuit ſonus eoꝝ. Parum quippe fuerat eos adhortari exemplo ſuo/niſi impleret ſpirituſancto. Deniqꝫ apoſtolꝰ petrus cum iã ver-
Joh.13.b. ba eius audiſſet vbi dixerat: Non eſt ſeruus maior dño ſuo: ſi me perſecuti ſunt/ et vos perſequenẽ: ⁊ hoc in illo iã videret impleri/in quo patiẽtiã dñi ſui ſi exemplũ ſufficeret debuit imitari/ſuccubuit ⁊ negauit: non vtiqꝫ ferens qđ illũ ferre cernebat. Cũ vo accepit donũ ſpirituſſancti: quẽ negauerat pdicauit: ⁊ quẽ ꝯfiteri timuerat/nõ timuit ꝯfiteri. Prius eñ exemplo q̃dẽ fuerat edoctus: vt qđ fieri ꝯuenerat noſſet: ſꝫ nõdũ fuerat vtute fultus/ vt qđ nouerat faceret: inſtructus erat vt ſtaret: ſed nõ erat firmatꝰ ne caderet. Quod poſteaqꝫ p ſpiritũſanctũ factũ eſt: annũciauit vſqꝫ ad mortẽ/ quem negauerat timens mortẽ. Ideo dñs in hoc conſequẽti capitulo/de quo nũc no-
Ca.16. bis loquendũ eſt: Hec inquit locutus ſum vobis/ vt non ſcandalizemi-
Pſ.118. ni. Canitur quippe in pſalmo: Pax multa diligentibus legem tuã dñe: ⁊ nõ eſt illis ſcandalũ. Merito itaqꝫ pmiſſo ſpirituſancto/quo in eis operãte fierẽt teſtes eiꝰ/ ſubiunxit: Hec locutus ſum vobis/ vt nõ
Roma.5.a. ſcandalizemini. Cum eñ charitas dei diffunditur in cordibus noſtris p ſpiritũſanctũ qui datus eſt nobis: fit pax multa diligentibus legẽ dei: vt nõ ſit illis ſcandalũ.

Deinde que paſſuri eſſent/iam exprimens ait: Extra ſynagogas facient vos. Ar.t Abſqꝫ vel ſynagogis
Quid autẽ mali erat apoſtolis expelli de ſynagogis iudaicis: quaſi nõ inde fuerant ſe ſeparaturi/etiã ſi eos nullus expelleret? Sed nimirũ hoc voluit denũciare: q iudei chriſtũ non fuerant recepturi/a quo iſti nõ fuerant receſſuri: Et ideo futurũ erat vt foras mitterẽtur cũ illo ab eis qui eſſe nollẽt in illo/hi qui eſſe non poſſent ſine illo: Nã profecto quia nõ erat vllus alius populus dei qꝫ illud ſemen abrae: ſi agnoſcerent et reciperent chriſtũ: tanqꝫ rami naturales in Roma.11.c.
dixi: Nō dicat qꝛ in chriſto ambulat? Qui
dicit ſe eſſe in luce/ ⁊ odit fratrē ſuū: i tene-
bris ē vſqꝫ adhuc. Neſcio quiſ eñ ex paga-
no factus ē chriſtian⁹: Intēdite: Ecce tene-
bre erat quādo pagan⁹ erat: mō iā chriſtia-
nus factus ē. Deo gratias. Oēs gratulan-
tur. Recitat̄ apl̄s gratulās: Fuiſtis eñ ali- Eph.5.b.
q̄n tenebre: nūc aūt lux in dño. Adorabat

idola: adorat deum. Adorabat quē fecit:
adorat qui eū fecit. Mutatus ē: deo grati/
as: Omnes gratulanť chriſtiani? Quare:
Quia iam adorator patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſan
cti/ etiā deteſtator demonioꝝ ⁊ idoloꝝ eſt.
Adhuc iſte iohānes ſollicitus ē: multl gra/
tulātibus adhuc ſuſpectus ē. Fratres/ ma/
ternā ſollicitudinē libenter amplectamur.
Non ſine cauſa mater ſollicita ē de nobis/
cū alij gaudēt. Matrē dico charitatē. Ipſa
eñi habitabat in corde iohannis cū iſta di/
ceret. Quare/ niſi qꝛ aliquid timet in no/
bis? Et cū iā nobiſ homines gratulenť: quid ē
qḋ timet? Qui dicit ſe eſſe ī lumine. Quid
ē hoc? Iā dicit ſe eſſe chriſtianū: ⁊ fratrē ſu/
um odit: in tenebris ē vſq̃adhuc. Qḋ ex/
ponere nō eſt/ ſ qḋ gaudere ſi non fiat: aut
b qḋ plāgere ſi fiat. Qui diligit fratrem
ſuū/ ī lumine manet: ⁊ ſcādalū ī eo
nō eſt. Obſecro p chriſtū: paſcit nos chri/
ſtus. Refecturi ſumus corpa ī noīe chriſti:
⁊ aliquantū refecta ſunt/ ⁊ reficienda ſunt:
mēs noſtra paſcať: nō qꝛ diu dicturus ſum
dico: nā ecce iā finitur lectio. Sed ne forte
ex tędio minus attente audiať qḋ maxime
neceſſariū eſt: Qui diligit fratrē ſuū ī lumi/
ne manet: ⁊ ſcandalū in eo nō eſt. Qui ſūt
qui patiunť ſcandalū aut faciūt? Qui ſcan
daliçanť ī chriſto ⁊ ī eccleſia. Qui in chriſto
ſcandaliçanť/ tanq̃ a ſole vrūtur. Qui ī ec/
Ps.120. cleſia/ tanq̃ a luna. Dicit autē pſalm⁹: Per
diē ſol non vret te: neq̃ luna p noctem. i. ſi
tenueris charitatē: nec ī chriſto ſcādalū pa
tieris/ nec in eccleſia: nec chriſtū relinques/
nec eccleſiā. Qui eñi eccleſiā relinqt: quō eſt
in chriſto qui in mēbris chriſti nō ē? Quō ē
in chriſto qui in corpe chriſti non eſt? Illi ḡ
patiunť ſcandalū/ qui relinquunt aut chri/
ſtū aut eccleſiā. Vñ intelligim⁹ qꝛ inde di/
xit pſalmus: Per diē ſol non vret te: neq̃
luna p noctē? Quia ipſā vſtionē ſcandalū
vult intelligi. Primo ipſā ſimilitudinē at/
tende: Quō qui vriť dicit: non tolero/ nō ſe
ro/ ⁊ ſubducit ſe: ſic qui q̄dā nō ferunt in ec
cleſia/ et ſubtrahūt ſe vel nomini chriſti vel
eccleſię/ ſcandalū patiunť. Videte quomō
paſſi ſunt ſcādalū tanq̃ a ſole illi carnales/
quib⁹ p̄dicabat carnē ſuā chriſt⁹ et dicebat:
Qui nō māducauerit carnē filij hoīs et bi/
berit ei⁹ ſanguinē/ nō habebit ī ſe vitā. Se/
ptuaginta ferme homines dixerūt: Dur⁹ ē hic
ſermo: ⁊ receſſerūt ab eo: ⁊ remāſerūt duo/
decim. Oēs illos vſſit ſol et receſſerūt: non
valētes ferre vim v̄bi: Remāſerūt ḡ duode
cim. Et ne forte putarēt homines/ qꝛ ipſi p̄ſtāt
deo credendo ī chriſtū: ⁊ nō ab ipſo illis p̄/
ſtať bñficiū: cū duodecim remāſiſſēt/ ait illl
dñs: Nūquid ⁊ vos vultis ire? Vt noueri/ Joh.6.g.
tis qꝛ vobis neceſſari⁹ ego ſū: nō vos mihi.
Illi aūt q̄s nō vſſerat ſol: rñderūt vocē pe/
tri: Dñe/ v̄bū vitę ęternę habes: q̄ ibimus?
Quos aūt vrit eccl̄ia tanq̃ luna p noctē/ q̄
ſchiſmata fecerunt: audi ipſū v̄bū poſitū ī
apl̄o: Quis infirmať ⁊ ego nō infirmor? q̄s 2.Corſ.11.g.
ſcandaliçať ⁊ ego nō vror? Quō ḡ nō ē ſcan
dalū in eo qui diligit fratrē? Quia qui dili
git fratrē: tolerat oīa ꝓpter vnitatē: quia ī
vnitate charitatl ē fraterna dilectio. Offē/
dit te neſcio quis: ſiue malus: ſiue vt tu pu
tas malus: ſiue vt tu fingis malus: ⁊ deſe/
ris tot bonos: qualis dilectio eſt fraterna?
Qualis apparuit ī iſtis/ cū accuſāt aphros:
deſeruerūt orbē terraꝝ. Nūquid ī orbe ter
rarū ſancti non erāt? Aut inauditi a vobis
damnari potuerūt? Sed o ſi diligeretl fra/
tres/ ſcandalū in vobis nō eſſet. Audi pſal/
mū q̄d dicat: Pax multa diligentibus legē Ps.118.
tuā: ⁊ non ē illis ſcandalū. Pacē multā di/
xit eis qui diligunt legē dei: ⁊ ideo non eis
eſſe ſcandalū. Illi ḡ qui ſcandalū patiunť/
pacē perdunt. Et quos dixit nō pati ſcāda
lum/ aut nō facere? Diligētes legē dei. Er/
go ī charitate poſiti ſunt. Sed dicit aliq̄s:
Legē dei dixit diligētib⁹: Nō fratres. Au/
di quid dñs dicat: Mandatū nouū do vo/ Joh.13.a.
bis/ vt vos inuicē diligatis. Quid ē lex ni/
ſi mandatū? Quā autē nō patiunť ſcanda
lum niſi dū ſufferunt inuicē? Sicut paulus
dicit: Sufferētes inuicē ī dilectione: ſtudē/ Eph.4.a.
tes ſeruare vnitatē ſpiritus ī vinculo pacl.
Et qꝛ ipſa ē lex chriſti: eundē audi apl̄m cō/
mendātē ipſā legē: Inuicē inq̄t onera vr̄a Gal.6.a.
portate: ⁊ ſic adimplebitl legē chriſti. Nā
q̄ odit frēm ſuū ī tenebris ē: et ī te/
nebris ambulat: et neſcit quo eat.
Magna res frēs: Attēdite rogamus vos.
Qui odit fratrē ſuū ī tenebris am I
bulat: et neſcit quo eat: qm̄ tene/
bre excęcauerūt oclos ei⁹. Quid tā
cęcū q̄ iſti q̄ oderūt frēs? Nā vt noueritl/ qꝛ
cęci ſunt: ī montē offenderunt. Eadē dico/
ne vobis excidāt. Nōne lapis iſte q̄ p̄ciſus Danielis.2.
eſt de mōte ſine manib⁹: chriſt⁹ ē de regno
iudęoꝝ ſine ope maritali? Nōne ille lapis

cōfregit oīa regna terrax.i.oēs dñationes
idolox et demoniox? Nōne ille lapis cre/
uit/ ꝛ fact⁹ ē mōs magn⁹: ꝛ ipleuit vniuer/
ſum orbē terrarū? Nunqd digito oſtēdim⁹
iſtū montē quō oſtēdiť holbus noua luna?
Uerbi gra: Qñ volunt hoīes videre lunā
nouā/dicūt/ecce luna/ecce vbi ē. Et ſi ſunt
ibi q̄ non valeāt intēdere aciē/ꝛ dicāt/vbi?
Intendiť illis digitus vt videāt. Aliqñ dū
erubeſcunt ne ceci putenť: dicunt ſe vidiſſe
qd non viderūt. Nunqd ſic oſtēdim⁹ eccleſi
am fratres mei? Nonne aperta eſt? Nonne
manifeſta? Nonne obtinuit oēs gētes?
Nonne impleť qd añ tot annos pmiſſū eſt
Gen. 22.d. abrae/i ſemine ei⁹ bñdici oēs gētes? Uni ſi
deli pmiſſū ē: in milib⁹ fideliū mund⁹ iplet⁹
ē. Ecce mōs implēs vniuerſā faciē terre. Ec
Matth.5.b. ce ciuitas de q̄ dictū ē: Non pōt ciuitas ab-
ſcondi ſup montē ꝯſtituta. Illi offendūt in
montē. Et cū eis diciť: Aſcēdite: nō ē mōs
dicūt: ꝛ facil⁹ illuc faciē ipingūt/ q̄ȝ illic ha/
bitaculū q̄rūt. Eſaias heſterna die lect⁹ eſt:
Quiſq̄s veſtx vigilabat: nō ocul' tm̄ ſ; au/
re: nec aure corpis/ ſ; aure cordis aduertit.
Esa. 2.a. Erit i nouiſſimis dieb⁹ manifeſt⁹ mons do/
mus dñi/parat⁹ i cacumine montiū. Quid
tā manifeſtū q̄ȝ mōs? Sȝ ſūt ꝛ mōtes igno
ti: qꝛ i vna pte terrax poſiti ſūt. Quis ve/
ſtrū nouit olympū montē? Quō ibi q̄ habi
tāt/ qd dā hā nr̄m nō nouerūt. In ptib⁹ ſūt
iſti mōtes. Ille aūt mons nō ſic: qꝛ imple/
uit vniuerſā faciē terre. Et de illo dicit: Pa
rat⁹ i cacumine mōtiū. Mōs ē ſup cacumi/
na oīm montiū. Et ꝯgregabunť inq̄t ad eū
oēs gētes. Quis errat in h̄ mōte? Quis frā/
git faciē offēdēdo i illū? Quis ignorat ciui/
[illegible] tatē ſup montē ꝯſtitutā? Sȝ nolite mirari:
qꝛ ignorať ab iſtiſ q̄ oderūt frēs: qꝛ i tenebriſ
ambulāt/ꝛ neſciūt q̄ eūt: qꝛ tenebre exceca/
uerūt oculos eox. Montē nō vidēt: Nolo
mireriſ: oculos nō habēt. Unū oculos nō ha
bēt? Quia tenebre excecauerunt eos. Unū
pbamus? Quia frēs oderunt: qꝛ cū offen/
dunť in afris: ſeparāt ſe ab orbe terrarū: qꝛ
non tolerāt p pace chriſti q̄s infamāt: ꝛ to
lerāt p parte donati quos damnant.

**De eo qd iohānes dīc: Scribo vo
bis filioli: qꝛ remittūť vobis pctā
p nomē ei⁹: vſq̄ȝ ad id: Et mūd⁹ trā
ſiet ꝛ deſideria ei⁹. Qui aūt fecerit
volūtatē dei manet i eternū: ſicut
et ipſe manet i eternū: Tractat⁹. ij.**

O **Mnia que legū** a
tur i ſcpturiſ ſanctiſ/ ad inſtructi/
onē ꝛ ſalutē noſtrā intēte opor/
tet audire. Maxime tamē memorie cōmē/
dāda ſunt: q̄ aduerſus hereticos valēt plu/
rimū: quox inſidie iſirmiores quoſq̄ȝ ꝛ ne/
gligētiores circūuenire non ceſſāt. Memē
tote dñm noſtx et ſaluatorē ieſū chriſtū: et
mortuū eē p nobis ꝛ reſurrexiſſe. Mortuū Roma. 4.d.
ſcȝ pꝑter delicta noſtra: reſurrexiſſe pꝑl iu
ſtificationē noſtrā. Sicut mō audiſtiſ/qꝛ di/
ſcipulox duox q̄s inuenit in via/teneban Luc.24.d.
tur oculi ne eū agnoſcerēt: inuenit eos de/
ſperātes d redēptione q̄ erat i chriſto: ꝛ exi
ſtimātes iā illū paſſum/et mortuū fuiſſe ſi/
cut hoīem: nec tanq̄ȝ filiū dei putaſſe ſemp
viuere: ꝛ i carne ita mortuū vt nō reuiuiſce
ret: ſed tanq̄ȝ vnū ex pphetiſ: ſicut vba eox
pauloante qui intēti eratis/ audiſtis. Tūc
aperuit illis ſcpturas/incipiens a moyſe/p
oēs pphetas oſtendens eis oīa q̄ paſſus
erat p̄dicta fuiſſe: ne illi magis mouerenť ſi
reſurrexiſſet dñs: ꝛ magis ei non crederēt/
ſi de illo iſta ante dicta nō eſſent. Firmitas
enī fidei in eo ē: qꝛ oīa q̄ euenerunt in chri/
ſto/ pdicta ſunt. Diſcipuli q̄ nō eū agnoue/
runt/niſi i fractione panis. Et vere qui nō
ſibi iudiciū manducat ꝛ bibit: in fractione
panis chriſtū agnoſcit. Poſtea ꝛ illi vnde/
cim putabāt ſe ſpiritū videre: p̄buit ſe pal/
pandū/q̄ ſe p̄buit crucifigendū. Crucifigē/
dū inimicis/palpandū amicis: Medic⁹ tū
oīm/ꝛ illox impietatis/ꝛ iſtox incredulita/
tis. Nā qd audiſtis cū actus apoſtolox le/
gerenť: quot milia crediderit ex interfecto/ Act.2.c.4
rib⁹ chriſti: ſi crediderūt poſtea qui occide/
runt: non erāt credituri q̄ paululū dubita/
bāt? Et ipos tamē/ quod maxime debetis
animaduertere/ꝛ memorie vre mādare: qꝛ
ꝯtra iſidioſos errores de⁹ voluit ponere fir/
mamentū i ſcpturis: ꝯtra q̄s null⁹ audet lo
qui/ q̄ quoquo mō ſe vult videri chriſtia/
nū. Cū ſe palpandū p̄buiſſet: non illis ſuf/
fecit/niſi de ſcpturis confirmaret cor credē
tiū. Proſpiciebat enī nos futuros. In quo
palpem⁹ nos non habem⁹: ꝛ qd legam⁹ ha/
bem⁹. Si enī pterea illi crediderūt/qꝛ tenu
erūt ꝛ palpauerūt: nos qd facim⁹? Iā chri/
ſtus aſcendit in celū: non ē ventur⁹ niſi i fi/
ne/vt iudicet de viuis et mortuis. Unū cre/
dituri ſum⁹/niſi vnde ꝛ ipſos palpātes vo/

luit ꝯfirmare? Aperuit eñ illis ſcpturas: et
Luc. 24. c ostendit eis qꝛ oportebat pati chriſtū: ⁊ im
pleri oīa q̄ de illo ſcpta ſūt ī lege moyſi ⁊ ꝓ
phetis ⁊ pſalmis. Oēm veterē ſcpturā circū
plex⁹ ē. Quicqd illaꝝ ſcpturaꝝ ē chriſtū ſo
nat: ſꝫ ſi aures inueniat. Et apuit eis ſenſū:
vt itelligerēt ſcpturas. Vñ ⁊ nobis hoc orā
B dū ē: vt ipe ſenſū nrm apiat. Quid aūt oſtē
dit dñs ſcptū de ſe ī lege moyſi ⁊ ꝓphetis ⁊
pſalmis? Quid oſtēdit? Ipſe dicat. Breuit
hoc euāgeliſta poſuit: vt nos noſcem⁹: qd ī
tāta latitudine ſcpturaꝝ credere ⁊ itellige
re debeam⁹. Certe multe ſunt paginę ⁊ mł
ti libri: hoc habent oēs qđ dixit dñs breuit
diſcipuł ſuiſ. Quid ē hoc? Quia oportebat
pati chriſtū: et reſurgere tertia die. Habes
iā de ſpōſo: qꝛ oportebat chriſtū pati et re
ſurgere. Cōmendat⁹ ē nobis ſponſus: ꝺ ſpō
ſa videamus qd dicat: vt tu cū cognoueris
ſponſū et ſponſā: nō ſine cauſa ad nuptias
venias. Celebratio eñ nuptiaꝝ oīnis cele
bratio: Eccłię eñ nuptię celebrāť. Ductur⁹
eſt vxorē fili⁹ regis: ⁊ ipſe fili⁹ regis rex: et q̄
frequentāt: ipſi ſunt ſponſa. Non quō ī nu
ptijs carnalib⁹ alij frequētāt nuptias ⁊ alia
nubiť. In eccłia q̄ frequentāt: ſi bñ frequē
tāt: ſponſa fiūt. Oīs eñ eccłia ſpōſa chriſti
ē: cui⁹ ꝑncipiū ⁊ ꝑmitię caro chriſti ē: Ibi iū
cta eſt ſponſa ſponſo in carne. Merito car
nē ipſā cū cōmēdaret: panē fregit: ⁊ merito
ī fractione panis apti ſūt oculi diſcipuloꝝ:
et agnouerunt eū. Quid ḡ dixit dñs ſcptū
eſſe de ſe ī lege ⁊ ꝓphetis ⁊ pſalmis? Quia
oportebat pati chriſtū: Si nō adderet: ⁊ re
ſurgere: recte illi plāgerēt: quoꝝ oculi tene
banť. Sed ⁊ reſurgere ꝑdictū ē. Et vt quid
hoc? Quare hoc oportebat pati chriſtū et
reſurgere? Propť illū pſalmū quē vob ma
xime cōmēdauim⁹ q̄rta ſabbati ſtatione ꝑ
ma nouiſſimę hebdomadiſ. Quare oporte
bat chriſtū pati ⁊ reſurgere? Propter pſal
Ps. 21. mū: Cōmemorabunť et ꝯuertenť ad dñm
vniuerſi fines terrę: ⁊ adorabunt ī ꝯſpectu
ei⁹ vniuerſę patrię gentiū. Nā vt noueritiſ
qꝛ oportebat pati chriſtum ⁊ reſurgere. Et
hic qd addidit: vt poſt cōmēdationē ſponſi
cōmēdaret ⁊ ſponſā? Et ꝑdicari inqt ī noīe
ei⁹ penitentiā ⁊ remiſſionē pctōꝝ ꝑ oēs gē
tes: incipiētes ab hieruſalē. Audiſtis fr̃es:
C tenete. Nemo dubitat de eccłia: qꝛ ꝑ oīnes
gētes ē. Nemo dubitat: qꝛ ab hieruſalē cę
pit: et oēs gentes īpleuit. Agnoſcim⁹ agrū

vbi vitiſ plātata ē: cū aūt creuerit: nō agno
ſcim⁹ qꝛ totū occupauit. Vñ cępit? Ab hie
ruſalē. Quo ꝑuenit? Ad oēs gentes. Pau
cę remāſerūt: oēs tenebit. Interea cū oēs
tenet: aliq̄ ſarmēta inutilia viſa ſūt agrico
lę ꝑcidenda: ⁊ fecerūt hereſes et ſchiſmata.
Nō vos inducant ꝑciſa vt ꝑcidamini: hor
tamini magis q̄ ꝑciſa ſunt: vt iterꝫ inſerāť.
Manifeſtū ē eñ chriſtū paſſū reſurrexiſſe:
aſcendiſſe ī cęlū. Manifeſtū ē ⁊ eccłię: qꝛ ꝑ
dicať ī noīe ei⁹ penitētia et remiſſio pctōꝝ ī
oēs gentes. Vñ cępit? Ab hieruſalē. Audi
ſtuit⁹ vanus: Et qd amplius dicitur⁹ ſū? Et
cęcos qui tā magnū montē nō vident: qui
contra lucernā oculos in cādelabro poſitā
claudūt? Cū eis dicim⁹: ſi chriſtiani catho
lici eſtis: cōmunicate illis eccleſijs: vñ euā
geliū toto orbe diffundiť. Illi hieruſalē cō
municate quādo dicim⁹: Reſpondēt nob:
Non cōmunicam⁹ illi ciuitati vbi occiſus ē
rex noſter: vbi occiſus eſt dñs noſter: quaſi
oderint ciuitatē vbi occiſus eſt dñs noſter.
Occiderunt iudęi quē inuenerūt in terra:
exufflāt illi qui ſedet ī cęlo. Qui ſunt peio
res: q̄ contempſerūt qꝛ hominē putabant:
an q̄ ſacramēta eius exufflāt: quē iā dñm
confitenť? Sed oderunt videlicet ciuitatē:
in qua dñs ipſoꝝ occiſus eſt. Pij homines
⁊ miſericordes: multū dolēt occiſū eſſe chri
ſtum: ⁊ occidunt in hominib⁹ chriſtū. Et il
le dilexit illā ciuitatē: ⁊ miſertus eſt ei⁹. In
de dixit incipere ꝑdicationē ſuā: incipiens
ab hieruſalē. Ille ibi principiū fecit ꝑdica
tionis nominis ſui: ⁊ tu exhorreſcis cōmu
nicationē illius ciuitatis? Non eſt mirū ſi
ꝑciſus odiſti radicē. Quid ait ille diſcipu
lis ſuis? Eſtote ſedentes ī ciuitate: qꝛ ego Act. 1. a.
mitto ꝓmiſſionē meā in vos. Ecce quā ci
uitatē oderūt: forte amarent: ſi iudęi inter
fectores chriſti ī illa habitarēt. Manifeſtū
eſt eñ oīnes interfectores chriſti. i. iudęos
expulſos eſſe ꝺ illa ciuitate. Quę habebat
ſꝑuientes in chriſtū: habet adorantes chri
ſtū. Propterea illā iſti oderunt: qꝛ chriſtia
ni in illa ſunt. Ibi voluit ſedere diſcipulos
ſuos: ⁊ ibi illis mittere ſpm̄ſanctū. Vbi in
choat eccleſia: niſi vbi venit ꝺ cęlo ſpiritus
ſanctus: ⁊ impleuit vno loco ſedentes cen
tū viginti? Duodenarius ille numer⁹ decu
platus erat. Sedebāt centū viginti homi
nes: ⁊ venit ſpūſanct⁹: et impleuit totū lo
cū: et factus eſt ſonus quaſi ferreť flat⁹ ve Act. 2. a.

bemens: et lingue diuiſe ſunt velut ignis.
Audiſtis act⁹ apl'oꝝ hodie: ibi lecta ē ipſa
lectio: Ceperunt linguis loqui quō ſpūſſā
ctus dabat eis ꝓnunciare. Et oēs qui ade
rant illic/ de diuerſis gentib⁹ venientes iu
dei/ agnoſcebat vnuſquiſq; linguā ſuā. Et
mirabanť illos idiotas ⁊ imperitos ſubito
didiciſſe: non vnā aut duas linguas/ ſ; om
niū oīno gentiū. Ubi ergo iā oēs lingue
ſonabāt: oēs lingue credituꝛe oſtēdebanť.
Iſti aūt q̄ multū amāt chꝛiſtū: ⁊ ideo nolūt
cōmunicare ciuitati q̄ interfecit chꝛiſtū: ſic
honoꝛāt chꝛiſtū/ vt dicant illū remāſiſſe ad
duas linguas/ latinā ⁊ punicā. i. aphꝛā. So
las duas liguas tenet chꝛiſt⁹? Iſte eñ due
lingue ſole ſunt in pte donati: plus nō ha
bent. Euigilemus fratres: videam⁹ potius
donū ſpūſſancti: ⁊ credamus antedictis de
illo: et videamus impleta eſſe q̄ ante dicta
Pſ.18. ſunt in pſalmo: Nō ſunt loq̄le neq; ſermo
nes: quoꝝ non audianť voces eoꝝ. Et ne
forte et ipſe lingue venerint ad vnū locū: ⁊
non potius donū chꝛiſti venit ad oēs lin
guas/ audi qd ſequiť: In omnē terrā exijt
ſonus eoꝝ: ⁊ in fines oꝛbis terre v̄ba eoꝝ.
Quare hoc? Quia i ſole poſuit tabernacu
lū ſuū. i. in manifeſto tabernaculū ei⁹: caro
ei⁹/ tabernaculū ei⁹: eccleſia ei⁹ in ſole repo
ſita ē: Nō eſt in nocte/ ſed i die. Sed q̄re illi
nō agnoſcūt? Redite ad lectionē/ quo heri
finis factus ē: ⁊ videte quare nō agnoſcūt.
Qui odit fratrē ſuū/ in tenebꝛis ambulat:
et neſcit quo eat: qm̄ tenebꝛe excecauerunt
oculos eius. Nos ergo ſequētia videam⁹: ⁊
et non ſimus in tenebꝛis. Unde non erimus
in tenebꝛis? Dei amem⁹ fratres. Unde ꝓba
tur? Quia amamus fraternitatē: quia non
ſcindimus vnitatē: q2 tenemus charitatē.

D Scribo vobis filioli: quia remit
tunť vobis peccata ꝑ nomē eius.
Ideo filioli/ q2 dimiſſis peccatꝭ naſcimini.
Sed ꝑ cui⁹ nomen remittunť peccata? Nū
quid auguſtini? Ergo nec ꝑ nomē donati.
Uideriſ q̄s auguſtin⁹/ aut q̄s donat⁹? Nec
ꝑ nomen pauli nec ꝑ nomen petri. Nā diui
dentib⁹ ſibi eccleſiā/ ⁊ partes facere de vni
tate cupiētib⁹: parturiēs paruulos mater
charitas: in apl'o exponit viſcera ſua: ꝯſcin
dit quodāmodo v̄bis vbera ſua: ploꝛat fi
lios quos videt efferri: reuocat ad vnū no
mē eos q̄ mlta noīa ſibi facere volebāt: re
pellit ab amoꝛe ſuo vt chꝛiſt⁹ amet/ ⁊ dicit:
Nunqd paul⁹ ꝓ vobis crucifix⁹ ē: aut i noīe 1.Cor.1.b.
pauli baptiȥati eſtꝭ? Quid dicit: Nolo mei
ſitꝭ/ ſed mecū ſitis. Mecū eſtote: oēs illius
ſum⁹ q̄ ꝓ nob̄ moꝛtu⁹ ē: q̄ ꝓ nobis crucifix
us eſt. Unde ⁊ hic: dimittunť vobis peccata
ꝑ nomen ei⁹/ nō ꝑ hominis alicui⁹. Et ſcri
bo vobis patres. Quare pꝛimo filij?
Quia remittūť vobis peccata ꝑ nomē ei⁹: ⁊
⁊ regeneramini i nouā vitā: ideo filij. Pa
tres q̄re? Quia cognouiſtis euȝ q̄ a
pncipio ē. Principiū eñ ad paternitatē
ptinet. Nou⁹ chꝛiſt⁹ in carne/ ſed antiquus i
diuinitate. Q̄ antiqu⁹ putam⁹? Quot an
noꝝ? Putam⁹ne maioꝛ q̄ mater ſua? Ma
ioꝛ plane q̄ mater ſua: Maioꝛ plane q̄ ma
ter. Oīa eñ ꝑ ipſū facta ſūt. Si oīa/ ⁊ ipſā Ioh.1.a.
matrē antiqu⁹ fecit/ de qua naſcereť nou⁹.
Putam⁹ne ante matrē ſolā/ ⁊ an̄ auos ma
tris? Ante quos auos matris ipſi⁹? Abra
am. Et dn̄s dicit: Ante abꝛaā ego ſū. Ante Ioh.8.g.
abꝛaā dicim⁹. Celū ⁊ terra anteq̄ eſſet hō/
facta ſunt. Ante ipſa fuit dn̄s/ imo ē. Opti
me eñ non ait: Ante abꝛaā ego fui: ſed an̄
abꝛaā ego ſum. Qō eñ diciť q2 fuit/ nō eſt:
et qō diciť q2 erit/ nondū eſt: Ille nō nouit
niſi eſſe. Scd̄m qō deus ē/ eſſe nouit: fuiſſe
⁊ futurus eſſe nō nouit. Dies eſt ibi vnus/
ſed ſempiternus. Nō ponūt illū diē in me
dio/ heſtern⁹ ⁊ craſtinus. Heſterno eñ die fi
nito: icipiēs hodiernus/ vēturo craſtino fi
niť. Ille vnus dies ibi eſt/ ſine tenebꝛis/ ſi
ne nocte/ ſine mēſura/ ſine hoꝛis. Qō vis il
lū dic. Si vis dies ē: Si vis ann⁹ eſt: Si vis
anni ſunt. Dictū eſt de ipſo: Et anni tui nō Pſ.101.
deficient. Quō autē dictus eſt dies/ qn̄ di
ctū ē dn̄o: Ego hodie genui te? Ab eterno Pſ.2.
patre genit⁹/ ex eternitate genitus: Nullo
initio/ nullo fine/ nullo ſpacio latitudinis:
q2 eſt qō eſt: q2 ipſe ē q̄ ē. Et nomē ſuū dixit
moyſi. Dices eis: Qui eſt miſit me ad vos. Exo.3.d.
Quid ḡ? An̄ abꝛaā? Quid an̄ noe? Quid
ante adā? Audi ſcripturā? Ante luciferum Pſ.109.
genui te. Poſtremo an̄ celū ⁊ terrā. Qua
re? Quia oīa ꝑ ipſū facta ſunt: ⁊ ſine ipſo Ioh.1.a.
factū eſt nihil. Ideo patres agnoſcite. Pa
tres eñ fiunt agnoſcendo qō eſt ab initio.
Scribo vobis iuuenes. Filij ſūt/ pa E
tres ſunt/ iuuenes ſunt. Filij/ q2 naſcuntur.
Patres/ q2 pncipiū agnoſcūt: Iuuenes q̄
re? Quia viciſtis malignū. In filijs
natiuitas/ in patribus antiquitas/ in iuue
nibus foꝛtitudo. Si malign⁹ a iuuenibus

vincit:pugnat nobiſcū. Pugnat/ ſ nō ex/
pugnat. Quare? Quia noſ ſum⁹ fortes. An
qꝛ ille eſt fortis i nobis/qui inter man⁹ pſe/
quentiū infirm⁹ inuictus ē? Ille nos fortes
2.Cor.13.b. fecit/qui pſequētibus nō reſtitit. Crucifix⁹
ē eñ ex infirmitate/ ſed viuit ex ꝟtute dei.
Scribo vobis pueri/qꝛ cognouiſtis patrē. Scribo vobis patres.
Cōmendat ꝛ repetit: **Quia cognouiſti
eū q̄ a pncipio ē.** Mementote vos pa
tres eſſe. Si obliuiſcimini eū qui a pncipio
eſt/pdidiſtꝭ paternitatē. **Scribo vobis
iuuenes.** Et iā atq̃ iā conſiderate/ qꝛ iu/
uenes eſtis. Pugnate vt vincatꝭ. Uincite
vt coronemini. Humiles eſtote ne cadatꝭ i
pugna. **Scribo vobis iuuenes/qꝛ
fortes eſtꝭ: ꝛ ꝟbū dei i vobis ma/
net:qꝛ viciſtis malignū.** Hec oia fra/
tres qꝛ cognouim⁹ id qȯ a pncipio ē:qꝛ for/
tes ſumus:qꝛ cognouim⁹ patrē:omnia iſta
q̄ſi cognitionē cōmendāt/charitatē cōmen
dant. Si cognouim⁹/amemus. Nā cogni/
1.Cor.8.a. tio ſine charitate nō ſaluos facit. Scientia
inflat/charitas edificat. Si ꝯfiteri vultis ꝛ
nō amare:incipitꝭ demonib⁹ ſiſes eſſe. Cōfi
Math.8.d. tebanꝭ demones filiū dei/ꝛ dicebāt: Quid
nobis ꝛ tibi? Et repellebanꝭ. Confitemini
ꝛ amplectimini. Illi eñ timebāt de iniq̄ta
tib⁹ ſuis: vos amate dimiſſorē iniq̄tatū ve/
ſtraꝝ. Sed quō poterimus amare deum ſi
amam⁹ mundū? Si amamus mundū/ſepa
rat nos a charitate dei. Duo ſunt amores:
mūdi/ et dei. Si mūdi amor habitat:non ē
qua intret amor dei. Recedat amor mūdi/
ꝛ habitet dei. Melior accipiat locū. Ama/
bas mundū: noli amare mundū. Cū exhau
ſeris cor tuū amore terreno/ hauries amo/
rē diuinū:ꝛ incipit habitare iā charitas/de
q̄ nihil mali pōt pcedere. Audite ergo ꝟba
purgantis modo. Quaſi agrū inuenit cor/
da hoim. Sed quomō inuenit? Si ſiluā in/
uenit/extirpat. Si agrū purgatū inuenit/
plātat. Plātare ibi vult arborē charitatē.
Et quā ſiluā vult extirpare? Amorē mūdi.
Audi extirpationē ſiluę: **Nolite dilige
re mūdū.** Hoc eñ ſeqꝭ. **Neq̃ ea q̄ ſūt
i mūdo. Si q̄s dilexerit mūdū/di/
lectio patris nō ē i eo.** Audiſtis/ qꝛ ſi
q̄s dilexerit mundū: dilectio patris nō ē in
eo. Ne quis dicat i corde ſuo falſū eſſe hoc.
Fratres/deus dicit p apl̄m: Spūſſanct⁹ lo
cutus ē. Nihil veri⁹: Si quis dilexerit mun
dū/dilectio patris non ē i ipſo. Uis habe/
re dilectionē patris vt ſis coheres filij/noli
diligere mundū. Exclude malū amorē mū/
di/vt impleariꝭ amore dei. Uas es/ ſ adhuc
plenū es: funde qȯ habes / vt accipias qȯ
nō habes. Certe iā renati ſūt ex aqua ꝛ ſpi/
rituſancto fratres noſtri: ꝛ nos añ aliq̄t an
nos renati ſum⁹ ex aq̄ ꝛ ſpūſancto. Bonū ē
nobis/nō diligam⁹ mundū: ne remaneāt i
nobis ſacramēta ad dānationē/ nō firma/
menta ad ſalutē. Firmamentū ſalutis ē ha
bere radicē charitatis/habere ꝟtutē pieta
tis/non formā ſolā. Bona forma/ſācta for/
ma. Sed q̄d valet forma ſi nō habeat radi/
cē? Sarmentū pciſū/nonne in ignē mittitꝭ?
Habet formā/ ſed ñ radice. Quō aūt radica/
mini vt non eradicemini? Tenēdo charita
tē/ſicut dicit apl̄s: In charitate radicati et Eph.3.d.
fundati. Quō ibi radicatꝭ charitas intꝭ tāta
ſiluoſa amoriꝭ mūdi? Extirpate ſiluas: ma/
gnū ſemē poſituri eſtis. Nō ſit i agro qȯ of
focet ſemē. Hec ſunt ꝟba extirpātia q̄ dixit:
Nolite diligere mundū/neq̃ ea q̄ i mundo
ſunt. Si q̄s dilexerit mundū: nō ē charitas
patris i eo: **Quia omē qȯ i mūdo ē/
deſideriū eſt carnis/ ꝛ deſiderium
oculoꝝ/ ꝛ ambitio ſeculi.** Tria dixit
**quę nō ſunt a patre/ ſed ex mūdo.
Et mūdus traſiet et deſideria ei⁹.
Qui aūte fecerit volūtatē dei/ma
net in eternū/ſicut et ipſe manet in
eternū.** Quid vis? Utrū amare tempo/
ralia/ et tranſire cū tēpore: an mundū non
amare/et in ęternū viuere? Rex tēporaliū
fluuius trahit: ſed tanq̄ circa fluuiū arbor
nata eſt/dñs noſter ieſus chriſtus: aſſūpſit
carnē et reſurrexit: aſcendit in cęlū. Uoluit
ſe quodāmodo circa fluuiū tēpoꝝ plātare.
Raperis in pręceps: tene lignū. Uoluit te
amor mundi/tene chriſtū. Propter te fact⁹
ē tēporalis/vt tu fias ęternus: qꝛ et ille ſic
factus eſt tēporalis/ vt maneret ęternus.
Acceſſit illi aliquid ex tēpore/ non deceſſit
ex ęternitate. Tu aūt tpalis natus es: et p
peccatū tpalis factus es. Tu factus es tē/
poralis p peccatū: ille factus temporalis p
miſericordiā dimittendi peccata. Quantū
intereſt cū duo ſunt in carcere inter reū et
viſitatorē eius? Homo eñ aliq̄ñ venit ad
amicū ſuum: et intrat viſitare eū: et ambo
in carcere videntꝭ. Sꝫ multū diſtāt ꝛ diſtin/
cti ſunt. Illū cauſa pmit/illum humanitas

ꝛdduxit: Sic in iſta mortalitate nos reatu
tenebamur: ille miſericordia deſcēdit. In/
trauit ad captiuū redēptor/non oppreſſor.
Dñs ꝓ nobis sāguinē fudit/ redemit nos/
mutauit ſpem noſtrā. Adhuc portam⁹ mor
talitatē carnis: ꝛ de futura imortalitate ꝓ/
ſumim⁹. Et i mari fluctuamus: ſed ancorā
ſpei in terra iā fixim⁹. Sed nō diligam⁹ mū
dū/neq̧ ea q̄ i mūdo ſunt. Que em̄ ſunt in
mundo/ deſiderium carnis eſt/et deſideriū
oculoꝝ/et ambitio ſeculi. Tria ſūt iſta. Ne
qs forte dicat: Que i mūdo ſunt de⁹ fecit. ſ.
celū ꝛ trā/mare/ſolē/lunā/ſtellas/oīa orna/
mēta celoꝝ: Que ſūt ornamēta mari? Oīa
repētia. Que terre? Aīalia/arbores/volati/
lia. Iſta ſunt i mūdo: de⁹ illa fecit. Quare ḡ
nō amem qđ de⁹ fecit? Spūs dei ſit in te vt
videas q̄ hec oīa bona ſunt. Sed ve tibi ſi
amaueris ꝯdita/ ꝛ deſerueris ꝯditorē. Pul/
chra tibi ſunt: Sed q̄nto ē pulchrior q̄ iſta
formauit? Intēdat charitas vr̄a. Siſitudi/
nib⁹ em̄ poteſtis iſtrui: ne ſubrepat vos ſa/
thanas dicēs/ qđ ſolet dicere: Bn̄ ſit vobiſ
in creatura dei: Quare illa fecit/ niſi vt bn̄
vobis eēt? Et inebriant ꝛ pereūt: ꝛ obliui/
ſcunt creatorē ſuū. Dū nō tēperāter ſ3 cupi
de vtunt creat/creator ꝯtēnitur. De talib⁹
Roma. i. c. dicit apl's: Coluerunt et ſeruierūt creature
poti⁹ q̄ creatori/ q̄ ē bn̄dict⁹ in ſecula. Nō te
ꝓhibet de⁹ amare iſta/ ſ3 nō diligere ad bea
titudinē: ſ3 approbare ꝛ laudare vt ames cre
atorē. Quemadmodū frēs ſi ſpōſus fecerit
ſpōſe ſue ānulū: ꝛ illa acceptū ānulū pl⁹ di/
ligeret q̄ ſponſū qui illi fecit ānulū: nōne i
ipſo dono ſponſi adultera aīa deꝓhende/
ret: Quis hoc amaret qđ dedit ſpōſus? Cer
te hoc amaret qđ dedit ſpōſus. Tn̄ ſi dice/
ret: Sufficit mihi ānulus iſte: iā illi⁹ faciem
nolo videre. Qual' eēt? Quis nō deteſtaret
hāc amētiā? Quiſ nō adulteꝝ animū ꝯuin
ceret? Amas auꝝ ꝓ viro: amas ānulū pro
ſpōſo. Si hoc ē in te/ vt ames ānulū ꝓ ſpō/
ſo: et nolis videre ſponſū tuū: ad hoc tibi
arrā dedit/ vt nō te oppigneraret ſed auerte
ret. Ad hoc vtiq̧ arrā dat ſpōſus/ vt i arra
ſua ipē amet. Ergo dedit tibi de⁹ oīa iſta:
ama illū qui fecit iſta. Plus ē qđ tibi vult
dare. i. ſeipſū qui iſta fecit. Si aūt amauer'
hec: q̄uis illa de⁹ fecerit: ꝛ neglexer' creato
rē ꝛ amaueris mundū: amitt' creatorē q̄ fe
cit mundū. Mund⁹ em̄ appellat nō ſolū iſta
fabrica quā fecit de⁹/celū ꝛ terra/mare/viſi
bilia ꝛ inuiſibilia: ſ3 habitatores mūdi mū
dus vocant/ quō dom⁹ vocant ꝛ parieteſ ꝛ
inhabitātes. Et aliq̄n laudamus domū/et
vituperam⁹ inhabitātes. Dicimus em̄: Bo
na dom⁹: q̄ marmorata ē ꝛ pulchre laque/
ata. Et alit' dicim⁹: Bona dom⁹: nemo ibi
patit iniuriā/nulle rapine/nulle oppſſiōes
ibi fiūt: mō non parietes laudam⁹/ſ3 inha/
bitatores: Domus tn̄ vocat: ſiue illa/ ſiue
iſta. Oēs em̄ dilectores mundi (q̄ dilectio/
ne inhabitat mundū: ſicut celū quoꝝ ſurſū
eſt cor: ꝛ ambulāt carne i terra. Oēs ḡ dile
ctores mundi/mūdus vocant. Ipſi nō ha/
bēt niſi iſta tria: Deſideriū carnis: deſideri/
um oculoꝝ: ꝛ ambitionē ſeculi. Deſiderant
em̄ mādGucare/bibere/vti voluptatib⁹ iſtis:
Nūquid nō ē in his modus? Aut q̄n dicit:
nolite iſta diligere: hoc dicit/ vt non mādu
cetis: non bibatis: aut filios nō ꝓcreetis?
Nō hoc dicit: S3 ſit mod⁹ ꝓpter creatorē:
vt nō vos illiget iſta dilectione: ne ad frue
dū hoc ametis/ qđ ad vtēdū habere debetis.
Non autē ꝓbamini/ niſi q̄n vobis ꝓponūt
duo/ hoc aut illud. Iuſticiā vis/ an lucrā?
Nō habeo vn̄ viuā: nō habeo vn̄ mādGucē:
non habeo vn̄ bibā. Sed quid ſi nō potes
habere iſta niſi ꝑ iniq̄tatē? Nonne melius
amas qđ non amittis/ q̄ q̄ iniq̄tatē cōmit/
tis? Lucꝝ auri vides: damnū fidei non vi/
des? Hoc ḡ ait dñs: Deſideriū carnis ē. i. de
ſideriū eaꝝ reꝝ q̄ ꝑtinet ad carnē/ſicut cib⁹
et concubitus/ ꝛ cetera hmōi. Et deſideriū
oculoꝝ. Deſideriū oculoꝝ dicit omnē cu/
rioſitatē. Iā q̄ late patet curioſitas ipſa i
ſpectaculis/in theatris/ in ſacramētis dia/
boli/in magicis artibus/ in maleficijs ipſa
eſt curioſitas. Aliquādo temptat etiā ſer/
uos dei: vt velint quaſi miraculū facere: tē
ptare vtꝝ exaudiat illos deus. In miracul'
curioſitas ē: hoc eſt deſideriū oculoꝝ nō ē
a patre. Si dedit deus/fac. Obtulit em̄ vt
facias: Non em̄ qui nō fecerunt/ ad regnū
dei non pertinebūt? Cū gauderēt apoſto/
li quia demonia eis ſubiecta erāt: quid eis
dixit dñs? Nolite in hoc gaudere: ſed gau/ Luc. x. c.
dete quoniā nomina veſtra ſcripta ſunt in
celo. Inde voluit gaudere apoſtolos/ vnde
gaudes et tu. Ve tibi em̄/ſi nomē tuū non
eſt ſcriptū in celo. Nūquid ve tibi ſi nō am
bulaueris in mari? Nunq̄d ve tibi ſi nō ex/
duxeris demonia? Si accepiſti hec vnde fa
cias: vtere humiliter/ nō ſupbe. Nam ꝛ de

qbuſdā pſeudo pphetis dicit dñs? Quia
Math.24.b. facturi ſūt ſigna ⁊ pdigia. Ergo nō ſit ambi
B tio ſeculi. Ambitio ſeculi ſupbia ē. Jactare
ſe vult i honoribus. Magn⁹ tibi videt̃ hō
ſiue de diuitijs/ſiue de aliq̄ potentia. Tria
ſūt iſta: et nihil inuenies vñ tēptet̃ cupidi/
tas humana: niſi aut deſiderio carnis/ aut
deſiderio oculoꝝ/aut ambitione ſecl'i. Per
iſta tria tēptat⁹ ē dñs a diabolo. Deſiderio
Math.4.a. carnis tēptatus ē qñ dictū eſt ei: Si filı⁹ dei
es: dic lapidib⁹ iſtis vt panes fiāt: qñ eſuri
uit poſt ieiuniū. Sȝ quō repulit tēptatio/
nē/⁊ docuit pugnare militē? Attēdite quid
illi ait: Non i ſolo pane viuit hō: ſ; in omi
v̄bo dei. Tēptatus eſt ex deſiderio oculoꝝ
de miraculo/qñ ei dixit: Mitte te deorſū:
Scptū ē: Angelis ſuis mādauit d̄ te: ne qñ
offēdas ad lapidē pedē tuū. Ille reſtitit tē/
ptatori. Si eñ faceret miraculū: non vide/
retur niſi aut ceſſiſſe aut curioſitate feciſſe.
Fecit eñ qñ voluit tanq̄ de⁹/ ſ; tanq̄ infir
mos curās: Nā ſi tūc faceret: q̄ſi tm̄mō mi/
raculū velle facere putaret̃. Sed ne hoc ho
mines ſentirēt: attēde qd r̄ndit: Et qñ tibi
talis tēptatio euenerit: dic illō et tu: Redi
poſt me ſathanas. Scptū eſt eñ: Non tem
ptabis dñm deū tuū: Id ē/ ſi hoc fecero/tē
ptabo deū. Hoc dixit: qđ te voluit dicere/
qñ tibi ſuggerit inimicus: Qualis hō/qua/
lis chriſtianus? Modo vl' vnū miraculū fe
ciſti: aut orationib⁹ tuis mortui ſurrexerūt:
aut febricitātes ſanaſti: ſi vere eſſes alicui⁹
momēti/faceres aliqđ miraculū: Reſpōde
⁊ dic: Scptū ē: Non tēptabis dñm deū tu/
um. Non ḡ tēptabo deū: q̄ſi tūc ptineā ad
deū ſi fecero miraculū: ⁊ non ptineā ſi non
Luc.10.c. fecero. Et vbi ſunt verba eius: Gaudete qꝛ
noīa veſtra ſcpta ſūt i cęlo? De ambitione
ſeculi quō tēptatus ē dñs: Qñ eleuauit eū
in excelſū et dixit ei: Hęc oīa regna tibi da/
bo/ſi pſtratus adoraueris me? De elatione
regni terreni voluit tēptare regē ſeculoꝝ:
Sed dñs qui fecit cęlū ⁊ terrā/diabolū cal/
cabat. Quid magnū a dño diabolū vinci?
Quid ḡ reſpondit diabolo/niſi qđ te docu
it vt reſpondeas: Scptū ē: dñm deū tuum
adorabis: ⁊ illi ſoli ſerujes? Tenentes iſta:
non habebitis cōcupiſcentiā mundi. Non
habendo ɔcupiſcentiā mūdi/non vos ſub/
iugabit nec deſideriū carnis/ nec deſideri/
um oculoꝝ/nec ambitio ſeculi: ⁊ facitis lo/
cū charitati venienti vt diligatis deū: qꝛ ſi
fuerit ibi dilectio mūdi: nō ibi erit dilectio
dei. Tenete potius dilectionē dei: vt quō
deus eſt ęternus: ſic ⁊ vos maneatis i ęter
nū. Quia talis eſt quiſq;/q̄lis eius dilectio
eſt. Terrā diligis/terra eris. Deum diligis:
Quid dicā: deus eris? Nō audeo dicere ex
me. Scpturas audiam⁹: Ego dixi dij eſtis: Ps.81.
⁊ filij altiſſimi oēs. Si ḡ vultis eſſe dij et fi/
lij altiſſimi/nolite diligere mundū: nec ea q̄
ſunt i mūdo. Si quis dilexerit mundū: nō
eſt charitas patris i illo: qꝛ oīa q̄ ſunt i mū
do/deſideriū carnis ē/⁊ deſideriū oculoꝝ/⁊
ambitio ſeculi: q̄ non ē ex patre ſ; ex mun/
do. i. ab hoībus dilectoribus mūdi. Et mū
dus trāſiet/⁊ deſideria eius trāſeunt. Qui
autē facit voluntatē dei/manet in ęternū:
ſicut ⁊ deus manet in ęternum.

De eo q̄d iohānes dicit: Pueri nouiſſima hora eſt: vſq; ad id: Et nō habetis neceſſitatē vt aliquis vos doceat: qꝛ vnctio ipſi⁹ docet vos de omibus: Tractatus. iiij.

A

Pueri nouiſſi-

ma hora ē. In hac lectiōe pue
ros alloquit̃ vt feſtinēt creſcere:
qꝛ nouiſſima hora ē. Etas corpis nō ē i vo
lūtate. Ita null⁹ ſm carnē creſcit qñ vult: ſi/
cut null⁹ qñ vult naſcit̃. Ubi aūt natiuitas
i volūtate ē/et incrementū i volūtate ē: ne/
mo ex aq̄ ⁊ ſpiritu naſcit̃ niſi volēs. Ergo ſi
vult creſcit: ſi nō vult/decreſcit. Quid ē cre
ſcere? Proficere. Quid ē decreſcere? Defi/
cere. Quiſq̄s nouit natū eſſe ſe: vt audiat
qꝛ puer ē et infās: auide inhiet vberib⁹ ma/
tris/ ⁊ cito creſcit. Eſt aūt mat'/eccl'ia: ⁊ vbe/
ra eius duo teſtamēta ſcpturarū diuinaꝝ.
Hinc ſugatur lac oīm ſacramētoꝝ tpaliter
p ęterna ſalute noſtra geſtoꝝ: vt nutrit⁹ at
q; roborat⁹ pueniat ad māducādū cibū: qđ
eſt/i principio erat verbū: ⁊ v̄bū erat apđ Joh.1.a.
deū: ⁊ deus erat v̄bū. Lac noſtꝝ chriſt⁹ hu/
milis ē: Cib⁹ noſter/idē ipſe chriſt⁹ ęq̄lis pa
tri. Lacte te nutrit vt pane paſcat. Nā cor
de ɔtingere ieſū ſpiritalit̃: hoc ē cognoſcere
qꝛ ęq̄lis ē patri. Propterea ⁊ mariā phibe
bat ſe tāgere/ ⁊ dicebat ei: Noli me tāgere: Joh.20.d.
nondū eñ aſcendi ad patrē meū. Quid eſt
hoc? Diſcipulis ſe palpādū p̄buit: ⁊ marię
ɔtactū vitauit. Nōne ipſe ē q̄ dubitāti di/
ſcipulo dixit: Mitte digitos tuos ⁊ palpa Ibidē.f.
cicatrices? Nūquid iā ad patrē aſcēderat?

Quare ergo mariam phibet ⁊ dicit: Noli me
tāgere: nōdū enī aſcēdi ad patrē meū? An
hoc dicturi ſumꝰ ꝙ a viris ſe tāgi non timu
it: et a mulieribꝰ ſe tāgi timuit? Cōtactꝰ illiꝰ
oēm carnē mūdat. Quibꝰ pmo voluit ma-
nifeſtari ab his ſe timuit ꝯtrectari? Nonne
viri reſurrectio eiꝰ p feminas nūciata eſt: vt
ꝯtraria arte ſerpēs vinceret? Quia enī ille
mortem pmo homini p feminā nūciauit: ⁊
viri vita p feminā nūciata ē: Quare ergo ſe tā-
gi noluit, niſi qꝛ ꝯtactū illū ſpiritale intelli
C gi voluit? Contactꝰ ſpiritalꝰ ē corde mūdo.
Ille ꝯtingit de corde mūdo chriſtū, qui eū
intelligit patri coequalē et coeternū. Qui
aūt nondū itelligit diuinitatē chriſti: vſqꝫ
ad carnē venit: vſqꝫ ad diuinitatē non ve-
nit. Quid aūt magnū ē vſqꝫ illuc attinge-
re, vſqꝫ quo pſecutores q crucifixerūt. Illud ē
magnū itelligere, vbū deū apud deū i pn
cipio, p qđ facta ſunt oia: qualē ſe cogno-
Joh. 14.b. ſci volebat qñ ait philippo: Tanto tpe vo-
biſcū ſū: ⁊ non cognouiſtꝭ me. Philippe qui
videt me videt et patrē. Sꝫ ne qs piger ſit
ad pficiendū, audiat: Pueri, nouiſſima ho
ra eſt: Proficite, currite, creſcite: nouiſſima
hora ē. Ipſa nouiſſima hora diuturna ē: tñ
nouiſſima hora ē: horā enī p tpe poſuit no
uiſſimo: qꝛ in nouiſſimis tēporibus veniet
dñs noſter ieſus chriſtus. Sed dicturi ſunt
aliqui: Quō nouiſſimū tēpus, quomō no-
uiſſima hora: certe pus venit antichriſtꝰ: et
tūc veniet dies iudicij? Vidit iohānes co-
gitationes iſtas, ne qſi ſecuri fierēt: et ideo
nō eſſe horā nouiſſimā putarēt, ꝙ venturꝰ
B eſſet antichriſtus: ait illꝭ. Et ſicut audiſtꝭ
ꝙ antichriſtꝰ ſit vēturus: Nūc an-
tichriſti mlti facti ſūt. Nūquid poſſet
habere multos antichriſtos, niſi hora nouiſ-
ſima? Quos dixit antichriſtos, ſequitꝭ ⁊ ex-
ponit: Vñ cognouimꝰ ꝙ nouiſſima
ſit hora? Vñ? Quia antichriſti multi fa-
cti ſūt. Ex nobis exierūt. Videte anti-
chriſtos. Ex nobis exierūt: Ergo plāgimus
damnū? Audi ꝯſolationē. Sꝫ nō erant
ex nobis. Oēs heretici, oēs ſchiſmatici
ex nobis exierūt. i. ex eccſia exeūt: Sꝫ non
exirēt ſi ex nobis eſſēt. Anteqꝫ exirēt ergo, nō
erāt ex nobis. Si anteqꝫ exirēt non erāt ex
nob: multi intꝰ ſūt: nō exierūt, ⁊ tñ antichri
ſti ſunt. Audemus hoc dicere? Vt qđ? Niſi
vnuſquiſqꝫ cū intꝰ ē non ſit antichriſtꝰ. De-
ſcpturus enī antichriſtos ⁊ deſignaturꝰ ē: ⁊

videbimꝰ eos. Nūc iterrogare debet vnuſ-
quiſqꝫ ꝯſcientiā ſuā, an ſit antichriſtus. La-
tine enī antichriſtus ꝯtrarius ē chriſto. Nō
quō nōnulli intelligūt antichriſtū ideo di-
ctū, ꝙ an chriſtū vēturus ſit. i. poſt eū ven-
turus ſit chriſtꝰ. Nō ſic dicitꝭ: nō ſic ſcribitꝭ:
ſꝫ antichriſtus. i. ꝯtrarius chriſto. Iā qs ſit
ꝯtrarius chriſto: nūc aduertetis ipſo expō-
nēte: ⁊ intelligetis nō poſſe exire foras niſi
antichriſtos. Eos aūt q nō ſūt chriſto con-
trarij: foras exire nullo mō poſſe. Qui enī
non ē chriſto ꝯtrarius: i corpe ipſius heret,
⁊ mēbꝝ cōputatꝭ. Nūqꝫ ſibi ſūt mēbra con-
traria. Corpis integritas vniuerſis mēbrꝭ
conſtat. Et quid de ꝯcordia mēbroꝝ dicit
apls: Si patitꝭ vnū membꝝ, cōpatiuntꝭ oia 1.Cor. 12.d.
mēbra: Et ſi glorificatꝭ vnū membꝝ, ꝯgau-
dent oia mēbra. Si ergo in glorificatione mē-
bri cetera mēbra ꝯgaudēt: et i paſſione oia
mēbra patiūtur: ꝯcordia mēbroꝝ non ha-
bet antichriſtū. Et q ſūt intus: certe ſunt i
corpe dñi noſtri ieſu chriſti: quādoquidem
adhuc curatꝭ corpus ipſius: Et ſanitas pfe-
cta non erit niſi in reſurrectione mortuoꝝ.
Sic ſunt in corpe chriſti, quō humores ma-
li: Qñ euomuntꝭ, tūc releuatur corpꝰ. Sic ⁊
mali qñ exeunt, tunc eccleſia releuatur. Et
dicit quādo eos euomit atqꝫ pijcit corpꝰ:
Ex me exierūt humores iſti, ſed non erant
ex me. Quid eſt: Non erāt ex me? Non de
carne mea pciſi ſunt, ſed pectus mihi pme-
bant cū ineſſent. Ex nobis exierūt, ſed no-
lite triſtes eſſe: non erāt ex nobis. Vñ pro-
bas? Qđ ſi fuiſſent ex nobis: pmā-
ſiſſent vtiqꝫ nobiſcū. Hinc ergo vide-
at charitas veſtra: qꝛ multi q non ſūt ex no
bis: accipiūt nobiſcū ſacramēta: accipiunt
nobiſcū baptiſmū: accipiūt nobiſcū qđ no
rūt fideles accipere: bñdictionē, euchariſti-
am: ⁊ qcqd i ſacramētis ſāctis ē. Ipſiꝰ altarꝭ
cōmunicationē accipiūt nobiſcū: ⁊ nō ſunt
ex nob. Tēptatio pbat qꝛ nō ſūt ex nobis.
Qñ illis tēptatio venerit: velut occaſione
vēti volāt foras: qꝛ grana nō erāt. Oēs aūt
tūc volabūt (qđ ſepe dicēdū ē) cū area dñi-
ca ceperit vētilari i die iudicij. Ex nob exi-
erūt, ſꝫ nō erāt ex nobis. Qꝛ ſi fuiſſēt ex no-
bis: pmāſiſſēt vtiqꝫ nobiſcū. Nā vultꝭ noſ-
ſe chariſſimi, ꝙ certiſſime dicatꝭ hoc: vt qui
forte exierūt ⁊ redeūt, nō ſūt antichriſti, nō
ſint ꝯtrarij chriſto: ſꝫ de volūtate ſua vnuſ-
quiſqꝫ aut antichriſtus, aut i chriſto ē, aut ſꝫ

mēbris ſūt vitiis/aut i humorib⁹ mal'. Qui
ſe i meli⁹ cōmutat/ i corpe mēbꝝ ē: q aūt in
malicia pmanet/humor mal⁹ ē: et qſi exie-
rit: releuabūt q pmebātur. Ex nob exiert:
ſ nō erāt ex nobis: Qꝛ ſi fuiſſēt ex nobis: p-
māſiſſent vtiqꝫ nobiſcū. Sꝫ vt manife-
ſtarent/ qꝫ nō oēs erant ex nobis.
Ideo addidit: vt manifeſtarent: qꝛ ꝛ intus
cū ſūt: nō ex nobis ſūt: nō tñ manifeſti ſūt:
C exeūdo manifeſtant. Et vos vnctionē
habet' a ſctō: vt ipſi vobis manife
ſti ſit'. Unctio ſpirital' ipſe ſpūſſctūs ē: cu
ius ſacramētū ē i vnctiōe viſibili. Hāc vn
ctionē chriſti q habēt: dicit oēs cognoſcere
malos ꝛ bonoſ: nec op⁹ eē vt doceāt: qꝛ ipa
vnctio docet. Scribo vobis: Nō qꝫ
neſciret' ỽitatē: ſꝫ qꝛ noſt' eā: ꝛ qꝛ
omē mendaciū nō ē ex ỽitate. Ecce
admoniti ſum⁹ quō cognoſcamus antichri
ſtū. Quid ē chriſtus? Ueritas. Ipſe dixit:
Joh.14.a. Ego ſū ỽitas. Omē aūt mēdaciū non ē ex
ỽitate. Oēs igit' q mētiūtur/ nō ſūt ex chri-
ſto. Nō dixit qōdā mēdaciū ex ỽitate/ ꝛ qō
dā mēdaciū nō ex ỽitate. Sententiā attēde:
Ne vos palpet': ne vobis adulet': ne vos
decipiat': ne vos illudatis: Omē mēdaciū
nō ē ex ỽitate. Uideamus ḡ quō antichri-
ſti mētiūtur: qꝛ non ē vnū genus mēdacij.
Quis ē mēdax niſi is q negat qꝫ ie
ſus nō ſit chriſt⁹? Aliaꝫ ſignificationē
habet ieſus/ aliā habet chriſt⁹. Cū ſit vnū/
ieſus chriſtus ſaluator noſter: ieſus tñ ꝓpri
um nomē ē illi: quō moyſes ꝓprio noīe ap-
pellat⁹ ē/ quō helias/ quō abraā: ſic tanqꝫ ꝓ-
priū nomē habet dñs noſter ieſus. Chriſt⁹
aūt ſacramēti nomē eſt: quō ſi dicat' ꝓphe-
ta: quō ſi dicat' ſacerdos. Sic chriſtus cō-
mēdatur vnus/ in q ē redēptio toti⁹ populi
iſrael. Iſte chriſtus ſperabatur vēturus a
populo iudeoꝝ. Et qꝛ humilis venit/ non ē
agnitus: qꝛ lapis paru⁹ erat/ offenderūt in
Danielis.2.c. illū/ ꝛ fracti ſūt. Sꝫ creuit lapis: ꝛ factus ē
Luc.20.c. mōs magnus. Et qd ait ſcṗtura? Quicūqꝫ
offenderit i lapidē iſtū ꝯquaſſabitur: ꝛ ſup
quē venerit lapis iſte/ ꝯteret eū. Diſcernen
da ſūt ỽba. Offendētē dixit ꝯquaſſari: ſup
quē aūt venerit ꝯteri. Primo qꝛ humil' ve-
nit/ offenderunt in illū hoīes: Quia excel-
ſus vēturus eſt ad iudiciū: ſup quē venerit
conteret eū. Sed illū non conteret ventu-
rus: quē nō quaſſauit cū venit. Qui in hu-
milē non offendit/ non formidabit excelſū.

Breuiter audiſtis: Qui in humilē nō offen
dit: non formidabit excelſū. Omib⁹ eñ ma
lis lapis offēſionis ē chriſtus: Quicqd di-
cit chriſtus/ amaꝝ ē illis. Etenī audite ꝛ vi
dete: Oēs certe qui exeūt d eccl'ia: ꝛ ab vni-
tate eccleſię ꝓcidūtur/ antichriſti ſunt. Ne-
mo dubitat: ipſe eñ deſignauit: Ex nobis
exierūt/ ſ non erāt ex nobis. Nā ſi fuiſſent
ex nobiſ: pmāſiſſēt vtiqꝫ nobiſcū. Quicūqꝫ
ḡ nō manēt nobiſcū/ ſ exeūt ex nobis: ma-
nifeſtū ē qꝫ antichriſti ſunt. Et quō ꝓbātur
antichriſti? Ex mēdacio. Et quis ē mēdax/
D niſi qui negat qm̄ ieſus ē chriſtus? Interro
gemus hereticos. Quē inuenis hereticū
qui negat qꝛ ieſus non eſt chriſtus? Uide-
at charitas veſtra magnū ſacramētū: At-
tēdite quid inſpirauerit nobis deus: et qd
inſinuare nobis velit. Ecce exierūt a nobis
ꝛ facti ſūt donatiſtę. Interogem⁹ eos/ vtꝝ ie
ſus ſit chriſtus: ſtatim ꝯfitent' qꝛ ieſus chri
ſtus ē. Si ḡ ille ē antichriſt⁹ q negat ieſū eē
chriſtū: nec nos poſſit illi dicere antich: iſtos/
nec nos illos: qꝛ ꝛ nos ꝯfitemur ꝛ illi. Si ḡ
nec illi nos dicunt/ nec nos illos: ḡ nec illi
a nobis exierūt/ nec nos ab ipſis. Si ḡ non
a nobis exiuim⁹/ i vnitate ſum⁹. Si i vnita
te ſumus: qd faciūt i hac ciuitate duo alta-
ria? Quid faciūt diuiſę domus/ diuiſa ꝯiu-
gia? Quid fac' cōmunis lect⁹/ ꝛ diuiſus chri
ſtus? Admonet nos: vult nos fateri qō ve-
rū ē. An ipſi a nob exiert/ aut nos ab ipſis?
Sꝫ abſit vt nos ab ipſis. Habemus eñ te
ſtamentū dñicę hereditat': recitamus/ et ibi
nos inuenim⁹. Dabo tibi gētes hereditatē Ps.2.
tuā: et poſſeſſionē tuā terminos terrę. Te-
nemus hereditatē chriſti: illi eā non tenēt:
nō cōmunicāt orbi terraꝝ: non cōmunicāt
vniuerſitati redēptę ſāguine dñi. Habem⁹
ipſū dñm reſurgentē a mortuis: q ſe dubi-
tātibus manibus diſcipuloꝝ ꝓbuit palpā-
dū. Et cū adhuc illi dubitarēt/ ait ill': Opor Luc.24.f.
tebat chriſtū pati/ et reſurgere tertia die: ꝛ
ꝓdicari in noīe eius pęnitētiā ꝛ remiſſionē
peccatoꝝ. Ubi? Qua? Quibus? Per oēs
gētes/ incipiētes ab hieruſalē. Securi ſum⁹
de vnitate hereditatis. Quiſquis huic he-
reditati non cōmunicat/ foras exijt. Sꝫ nō
contriſtemur: Ex nobis exierūt/ ſꝫ nō erāt
ex nobis. Nā ſi fuiſſent ex nobis: pmanſiſ-
ſent vtiqꝫ nobiſcū. Si ergo ex nobis exie-
runt/ antichriſti ſunt. Si antichriſti ſūt/ mē
daces ſunt. Si mēdaces ſunt/ negāt ieſum

eſſe chriſtū. Jterū redimus ad difficultatē
queſtiōis. Singulos īterroga: ꝯfitent̄ ieſū
eſſe chriſtū. Coartat nos anguſtꝰ intellectꝰ ī
E hac epl'a. Videtis certe q̄ſtionē. Hec q̄ſtio
⁊ nos ⁊ ipſos turbat/ſi non intelligat̄. Aut
nos ſumꝰ antichriſti/aut illi ſūt antichriſti.
Jlli nos antichriſtos vocāt: et dicūt q̄ exi-
uimus ab eis/nos illos ſr̄r. Sȝ deſignauit
hec epl'a antichriſtos: Quicūq̄ negat q̄ ie-
ſus nō ſit chriſtꝰ/ipſe eſt antichriſtꝰ. Jā q̄ q̄-
ramus/q̄s neget: ⁊ nō attēdamꝰ ad linguā/
ſ ad facta. Si eñ oēs interrogent̄: oēs vno
ore ꝯfitētur ieſū eſſe chriſtū. Quieſcat pau
liſꝑ lingua: vitā interroga. Si inueneritis
hoc: ſi ipſa ſcriptura nobis dixerit: q: nega-
tio eoꝝ nō tm̄ lingua ſit ſ ⁊ factꝭ. Certe in-
uenimus multos antichriſtos/ q̄ ore ꝯfiten
tur chriſtū: ⁊ moribus diſſentiūt a chriſto.
Vbi inuenimꝰ hoc in ſcriptura? Paulū audi
Ad tim. 1. d. aplm de talibus cū loq̄ret̄/ait: Cōfitentur
eñ ſe noſſe deū/factis autē negāt. Jnueni-
muſ ⁊ ipſos antichriſtos: Quiſq̄s factꝭ ne-
gat chriſtū/antichriſtꝰ ē. Nō audio quid ſo
net/ſ video q̄d viuat: Opa loquūt̄/et v̄ba
requirimꝰ. Quis eñ malus nō bñ vult lo-
Matth. 12. c. qui? Sȝ quid dicit de talibꝰ dñs? Hypocri-
te/quō poteſtꝭ bona loq̄ cū ſitis mali? Vo
ces veſtras ad aures meas affertꝭ: ego co-
gitationes v̄ras inſpicio: volūtatē ibi ma-
lā video: ⁊ falſos fructꝰ oſtēditꝭ. Noui quid
Matth. 7. c. inde colligā: Nō colligo de tribulis ficus:
nō colligo de ſpinis vuas. Vnaq̄q̄ eñ ar-
bor a fructu cognoſcit̄. Magis mēdax ē an
tichriſtus qui ore ꝯfitet̄ ieſū eſſe chriſtū/et
factis negat. Jdeo mēdax: aliud loquitur/
aliud agit. Jā ergo fratres/ ſi facta interro
ganda ſunt: nō ſolū multos inuenimꝰ anti-
chriſtos foras exiſſe: ſed multos nōdū ma
nifeſtos q̄ foras exierint. Quotq̄t eñ ha-
bet eccl'ia piuros/fraudatores/ adulteros/
ebrioſos/feneratores/māgones: ⁊ oīa q̄
numerare nō poſſumꝰ: ſi ꝯtraria ſūt doctri
ne chriſti/ꝯtraria ſūt v̄bo dei. Verbū autē
dei chriſtus ē. Quicq̄d ꝯtrariū ē v̄bo dei/ī
antichriſto ē. Antichriſtꝰ eñ ꝯtrarius ē chri
F ſto. Et vultis noſſe q̄ꝫ apte reſiſtāt iſti chri-
ſto: aliq̄ñ eueniat vt aliq̄d mali faciāt/⁊ in-
cipiāt corripi: q: chriſtū nō audēt blaſphe-
mare: miniſtros eiꝰ blaſphemāt a quibꝰ cor-
ripiunt̄. Si aūt oſtēderꝭ illis/q: chriſti v̄ba
dicꝭ/nō verba tua conātur q̄ntū ꝑſit/ vt te
ꝯuincāt v̄ba tua dicere/non v̄ba chriſti. Si
autē manifeſtū fuerit/q: v̄ba chriſti dicis:
cunt ⁊ ī chriſtū: incipiūt rep̄hēdere chriſtū.
Quō inquiūt et q̄re tales nos fecit? Nōne
dicūt hoc quotidie hoīes ꝯuicti de factꝭ ſu
is? Praua volūtate ꝑuerſi artificē accuſāt.
Clamat ille artifex de celo: q: ipſe nos fe-
cit/q̄ nos refecit. Quid te feci? Ego hoīeȝ/
nō auariciā. Ego hoīem feci/nō latrociniū.
Ego hoīem feci/nō adulteriū. Audiſtis q:
laudāt me opa mea. Ex ore trium pueroꝝ
ipſe hymnus erat q̄ ab ignibꝰ defendebat.
Laudāt opa dñi dñm. Laudāt celū/terra/ Danielis. 3.
mare. Laudāt oīa q̄ ſūt ī celo. Laudant an
geli: laudāt ſtelle: laudāt luminaria: laudat
q̄cq̄d natat: q̄cq̄d volat: q̄cq̄d ambulat: q̄c-
quid repit. Laudāt iſta oīa dñm. Nūquid
audiſtis q: laudat dñm auaricia? Nūquid
audiſtis/q: laudat dñm ebrioſitas? q: lau-
dat luxuria: laudat nugacitas? Quicquid
ibi nō audis laudē dare dño/ nō fecit dñs.
Corrige qđ tu feciſti: vt ſaluetur quod ī te
deus fecit. Si aūt nō vis: ⁊ amas ⁊ ample-
cteris peccata tua: ꝯtrarius es chriſto. Jn-
tus ſis/foris ſis/antichriſtꝰ es. Jntus ſis/fo
ris ſis: palea es. Sȝ q̄re foris nō es? Quia
occaſionē vēti nō inueniſti. Jā iſta manife
ſta ſunt ffes. Ne quis dicat: Chriſtū nō co-
lo: ſed deū colo patrē ipſius: **Qis q̄ ne-
gat filiū: nec filiū nec patreȝ habet.
Et qui confitet̄ filiū: ⁊ filiū ⁊ patrē
habet.** Vos grana alloquitur. Et qui pa
lea erāt/audiant/grana fiant. Vnuſquiſq̄
cōſiderans ꝯſcientiā ſuā: ſi mūdi amator ē/
mutet̄: fiat amator chriſti/ne ſit antichriſtꝰ.
Si quis ei dixerit q̄ antichriſtus ſit: iraſci-
tur: iniuriā ſibi factā putat: fortaſſis inſcrīpti-
onē minat̄. Si audiat a litigāte q̄ antichri
ſtus ſit/dicit ei chriſtꝰ: Patiēs eſto. Si falſū
audiſti/gaude mecū: q: ⁊ ego falſa ab anti-
chriſtꝭ audio. Si aūt verū audiſti: ꝯueni ꝯſci
entiā tuā. Et ſi audire times: eſſe plꝰ time.
**Ergo vos qđ ab initio audiſtis: in
vobis maneat. Qđ ſi ī vobis ma-
ſerit qđ ab initio audiſtꝭ: et vos ī fi
lio et patre manebitꝭ.** Hec eſt illa polli
citatio quā ipſe pollicitus eſt nobis. Forte
eñ mercedē q̄reres ⁊ diceres: Ecce ī me qđ
ab initio audiui cuſtodio/obtēpero: pericu
la/labores/tēptationes ꝑ iſta manſione ſu
ſtineo. Quo fructu? Qua mercede? Quid
mihi poſtea dabis: q: in hoc ſeculo me vi-
deo laborare inter tēptationes? Nō video

hic requiē eē aliquā:mortalitas ipſa aggra
Sap.9.d. uat aīam ⁊ corpꝰ qδ corrūpiť ꝑmit ad īferi-
ora:ſ tolero oīa/vt illud qδ ab initio audi-
Ps.16. ui/maneat ī me/⁊ dicā deo meo: Propť ꝟ-
ba labioꝝ tuoꝝ ego cuſtodiui vias duras.
Ad quā ğ mercedē? Audi ⁊ noli deficere. Si
deficiebas ī laboribꝰ: ꝓmiſſa mercede fortiſ
eſto. Quis ē qui operet ī vinea:⁊ recedat il
li de corde qδ accepturuſ ē? Fac illū oblitū
mercedē ſuā/deficiunt manꝰ. Memoria ꝓ-
miſſę mercedis pſeuerātē facit ī ope. Et hō
ꝓmiſit qui te poteſt fallere. Quāto fortior
eſſe debes ī agro dei/qñ ꝓmiſit veritas:cui
nec ſuccedi pōt nec mori: nec fallere pōt eū
cui ꝓmiſſū eſt? Et qd ē ꝓmiſſū? Videamus
quid ꝓmiſit: Auꝝ eſt/qδ hic multū amant
hoīes/an argentū? An poſſeſſiones ad q̄s
fundūt hoīes auꝝ: quis multū amēt auꝝ?
An amęna ꝑdia/ample domꝰ/ multa māci
pia/aīalia numeroſa? Nō ē hęc merces q̄dā
ad quā nos hortať vt in labore duremus.
Quid diciť merces iſta? Vita ęťna. Audi-
ſtis ⁊ gauiſi exclamaſtis: Amate qδ audiſtis:
⁊ liberamini a laboribꝰ veſtris ī requiē vitę
ęťnę. Ecce qd ꝓmittit deꝰ? Vitā eternā. Ec
Matth.25.c. ce qd minať deꝰ? Ignē ęternū. Quid illiſ ad
Ibidē.d. dexterā ꝯſtitutiſ: Venite bñdicti patris mei
ꝑcipite regnū qδ vobis paratū ē ab origi-
ne mūdi. Ad ſiniſtrā quid? Ite in ignē ęter
nū/qui paratꝰ ē diabolo ⁊ angelis eiꝰ. Illō
nōdū amas/vel hoc time. Memētote ğ fra
tres mei/qꝛ vtā ęternā nob ꝓmiſit. Hęc ē
inqͭ pollicitatio quā ipſe pollicitꝰ ē
nobis vita ęterna. Hęc ſcribo vo-
bis d' his q̄ vos ſeducūt. Nemo vos
ſeducat ad mortē. Promiſſionē vitę eternę
deſiderate. Quid poteſt mūdus ꝓmittere?
Quicq̄d libet ꝓmittat/fortaſſis in craſtino
morituro ꝓmittit. Et q̄ fronte ad illū q̄ ma
net ī ęternū exiturꝰ es? Sed qd minať mihi
potēs hō/vt aliq̄d mali faciā? Quid mina-
tur? Carceres/catenas/ignes/tormēta/ be-
ſtiaſ. Nūquid ignē ęťnū? Exhorreſce qδ mi
nať oīpotēs: ama qδ polliceť oīpotēs/⁊ vi-
b leſcat oīs mūdus/ſiue ꝓmittēs/ſiue terrēs.
Hęc ſcribo vobis d' his q̄ vos ſeducūt: Ut
ſciatis qꝛ vnctionē habetis. Et nos
vnctionē quā accepimꝰ ab eo ꝑma
De.pe.diſ.2.c.vnctio. neat ī nobis. Vnctionis ſacramētū eſt/
ꝟtus ipſa īuiſibiſ. Vnctio inuiſibiſ ſpūſſā-
ctꝰ. Vnctio inuiſibiſ/charitas illa ē/q̄ in q̄-
cūq̄ fuerit/tanq̄ radix illi erit: Quis ardē
te ſole areſcere nō pōt. Oē qδ radicatū ē/
nutriť calore ſoſ/non exareſcit. Et nō ha-
betis neceſſitatē vt aliq̄s vos do-
ceat: qꝛ vnctio ipſiꝰ docet vos de
oībus. Quid ğ nos facimꝰ fratres/qꝛ do-
cemꝰ vos? Si vnctio eiꝰ docet nos de oībꝰ:
q̄ſi nos ſine cauſa laboramꝰ. Et vt qd tātū
clamamꝰ? Dimittamꝰ vos vnctioni illiꝰ: vt
doceat vos vnctio ipſiꝰ. Sꝫ mō mihi facio
queſtionē: ⁊ illi ipſi apl'o facio. Digneť au-
dire puulū ꝯrente a ſe: ipſi iohāni dico: Vn
ctionē habebāt q̄bꝰ loq̄baris? Tu dixiſti qꝛ
vnctio ipſiꝰ docet vos de oībus: vt qd talē
epiſtolam feciſti? Quid illos tu docebas?
Quid īſtruebas? Quid ędificabas? Iā hic
videte magnū ſacramentū frēs. Sonꝰ ꝟbo
rū noſtroꝝ aures ꝑcutit: magiſter intus ē.
Nolite putare quenq̄ hoīem aliq̄d diſcere
ab hoīe. Admonere poſſumꝰ ꝑ ſtrepitū vo-
cis noſtrę: ſi non ſit intꝰ q̄ doceat/inanis fit
ſtrepitꝰ noſter. Adeo frēs vultis noſſe: nun-
q̄d non ſermonē iſtū oēs audiſtis? Q̄ multi
hinc indocti exituri ſūt. Quantū ad me ꝑti
net/oībus locutꝰ ſū: ſed quibꝰ vnctio illa in-
tus nō loquiť/q̄s ſpūſſanctꝰ intꝰ non docet:
indocti redeūt. Magiſteria forinſecꝰ/adiu
toria q̄dā ſunt ⁊ admonitiōes: cathedrā in
cęlo habet q̄ corda docet. Propterea ait et
ipſe ī euāgelio: Nolite vob dicere magiſtꝝ Matth.23.a.
in terra: Vnꝰ eſt ğ magiſter chriſtꝰ. Ipſe vo
bis ğ intꝰ loquiť/q̄ſi nemo hominū illic eſt.
Quia etſi aliq̄s ē a latere tuo/nullꝰ ē ī corde
tuo. Et nō ſit vllꝰ in corde tuo: Chriſtꝰ ſit in
corde tuo: vnctio ipſiꝰ ſit ī corde: ne ſit ī ſo
litudine cor ſitiēs/⁊ nō habēs fontes quibꝰ
irrigeť. Interior ğ magiſter ē q̄ docet. Chri
ſtus docet/īſpiratio ipſiꝰ docet. Vbi illiꝰ
īſpiratio ⁊ illiꝰ vnctio nō ē: forinſecꝰ inaniť
ꝯſtrepūt ꝟba. Sic ſūt iſta frēs q̄ forinſecus
dicimꝰ/quō ē agricola ad arborē: Forinſecꝰ
operať: adhibet aquā ⁊ diligentiā culturę.
Quęlibet forinſecꝰ adhibeat/nunq̄d poma
format? Nūq̄d nuditatē lignoꝝ veſtit vm-
bra folioꝝ? Nūq̄d tale aliquid intrinſecus
agit? Sꝫ q̄s agit hoc? Audite agricolā apo
ſtolū: ⁊ videte qd ſumus: et audite magiſtꝝ
īteriorē: Ego plātaui/apollo rigauit/ ſ deꝰ 1.Cor.3.b.
deo/ibi adhuc eſurio/ſitio/ peregrinus ſũ.
B Quomõ ergo corpus cõmendauit in terra
aſceſurus?Cũ interrogarent illũ diſcipuli:
Act.1.a. Dñe/ſi hoc in tempore pñſentaberis/⁊ quã/
do regnũ iſrael?Reſpondit iturus: Non ẽ
veſtrũ ſcire tempus qð pater poſuit in ſua
poteſtate:ſed accipietis virtutẽ ſpũſſancti
ſuperuenientẽ in vos:et eritis mihi teſtes.
Uidete qua diffundat corpus ſuũ: videte
vbi ſe calcari nõ vult.Eritis mihi teſtes in
hieruſalẽ/ et totã iudęã/⁊ ſamariã/ vſq; in
totã terrã.Ecce qua iaceo qui aſcẽdo. Aſcẽ
do eñ/quia caput ſũ. Iacet adhuc corpus
meũ.Qua iacet?Per totã terrã .Caue ne
pcutias:caue ne violes:caue ne calceſ.No
uiſſima verba chriſti ſunt iſta ituri in cęlũ.
Cõſiderate languentẽ ĩ lecto hoiem in do/
mo ſua iacentẽ/⁊ maceratũ ęgritudine/ pxi
mũ morti / anhelantẽ iã animã q̃dãmodo
inter dentes habentẽ:q̃ forte ſollicit⁹de ali
qua re chara ſibi quã multũ diligit:veniat
illi in mentẽ/⁊ vocet hęredes ſuos ⁊ dicat:
Rogo vos facite hoc.Teneat q̃dãmõ vio/
lẽter animã/ne añ exeat q̃ illa ṽba firmen/
tur.Cũ illa verba nouiſſima dictauerit:ef/
flat animã: tolliſ cadauer in ſepulchꝛ.Hę/
redes ipſi⁹ quõ meminerũt nouiſſima mo/
riẽtis?Quõ ſi q̃s exiſtat q̃ dicat eis: Noli/
te facere:Quid ḡ illi dicãt?Ergo non facio
qð mihi pater me⁹ efflans alam nouiſſime
mãdauit:qð vltimũ ſonuit in aures meas
pficiſcẽte hinc patre meo?Quęuis alia ṽ/
ba ipſi⁹aliter poſſũ habere:nouiſſima ṽba
pl⁹ tenẽt.Nõ eũ vidi ampli⁹/nõ audiui lo/
quentẽ. Fratres cogitate viſcerib⁹chriſtia/
nis:Si hęredibus ſunt tã dulcia/tã grata/
tã magni põderis ṽba ituri ĩ ſepulchꝛ:hę/
redib⁹chriſti qualia debẽt eſſe ṽba nouiſſi/
ma/nõ redituri in ſepulchrũ/ſed aſcẽſuri in
cęlũ?Nãq; ille qui vixit ⁊ mortu⁹ẽ/rapitur
ad alia loca aĩa ipſius:corpus ipſi⁹ poniſ ĩ
terra:an fiãt illa verba/ an non fiãt/nõ ad
eũ ptinet:tamẽ aliud agit/aliud patiſ.Aut
in ſinu abrahę gaudet/ aut ĩ igne ęterno aq̃ Luc.16.f.
modicũ deſiderãs: in ſepulchro aũt ipſius
iacet cadauer ſine ſenſu:et cuſtodiunſ ṽba
nouiſſima moriẽtis:Quid ſibi ſperãt illi q̃
ṽba nouiſſima ſedẽtis ĩ cęlo nõ cuſtodiũt:
videntẽ deſup an ↄtemnaſ/an nõ ↄtemnaſ:
Illius q̃ dixit:Saule ſaule q̃d me pſeq̃ris? Act.9.a.
Qui ſeruat ad iudiciũ qð videt pati mem/
bra ſua: Et q̃d nos fecim⁹inquiũt?Nos ſu
mus paſſi:pſecutionẽ nõ fecim⁹.Uos feci/
ſtis o miſeri hõmo:qꝛ diuiſiſtis eccl'iaꝫ.Ma
ior ẽ machera linguę q̃ ferri. Superba fuit Gen.16.b.
ancilla ſarę agar:et afflicta eſt a dña ſua p/
pter ſuperbiã. Diſciplina erat illa/non pę/
na:ideo cũ receſſiſſet a dña ſua/ quid ei di/
xit angelus? Reuertere ad dominã tuam.
Sic ḡ carnalis anima tanq̃ ancilla ſupba:
ſi forte aliq̃s moleſtiaſ paſſa es ppter diſci
plinã/quid inſanis?Redi ad dominã tuã:
tene dominicã pacẽ.Ecce pferunſ euange
lia:legimus qua diffundiſ eccleſia.Diſpu/
taſ ↄtra/⁊ dicitur nobis:Traditores.Cui⁹
rei traditores?Chriſtus cõmendat eccleſiã
ſuã/et non credis:ego tibi creditur⁹ ſũ ma/
ledicenti parentibus meis:vis vt credã ti/
bi de traditoribus?Crede tu prius chriſto.
Quid eſt dignũ: Chriſtus deus eſt/tu hõ?
Cui prius debet credi? Chriſt⁹ eccleſiã ſuã
toto orbe diffudit. Ego dico: Contemne.
Euangeliũ loquiſ:Caue.Quid dicit euan
geliũ?Oportebat pati chriſtũ: ⁊ reſurgere Luc.24.g.
a mortuis die tertia: et p̄dicari in nomine
eius pęnitentiã/ et remiſſionẽ peccatorũ.
Ubi remiſſio peccatoꝝ/eccleſia ẽ.Quomõ
eccleſia? Illi eñ dictũ ẽ: Tibi dabo claues Matth.16.c.
regni cęlorũ: et quę ſolueris in terra/ ſolu/
ta erunt ⁊ in cęlis:⁊ quę ligaueris in terra/
ligata erunt et in cęlis.Qua diffundiſ iſta
remiſſio peccatoꝝ?Per omnes gẽtes/ inci Luc.24.g.
pientes ab hieruſalem. Ecce crede chriſto.
Sed qꝛ intelligis ſi credideris chriſto/ non
te habere quod dicas de traditoribus:Ti/
bi vis vt credã parentibus meis maledicẽ
ti/q̃ tu credas chriſto pręedicanti.

Diui aurelij auguſtini hipponenſis epi/
ſcopi/ expoſitio in epiſtolam beati iohan/
nis/fęliciter explicit.

Annotatio principaliū ſententiarū

Principaliū ſentētiarū ac materiaꝝ expoſitionis diui aurelij auguſtini/in epiſtolā beati iohānis/ breuis ordinataq₃ annotatio.

Duct⁹ chriſti

a ad iudiciū terrebit maloſ/ꝛ letificabit bonos. Trac.iiij. A. in me.et Trac.ix. A. i me. B.

Aduocatus peccantiū ē chriſtus apud patrē. Trac.j.E.

Alleluia ſignificat laudate dñm: ꝛ quis ē q ſemꝑ deū laudet. Trac.viij.A.in prin.

Ambulare debemus viā iuſticię ſicut chriſtus. Trac.j.F.in fi.et trac.iiij.E.in fi.

Amari debet de⁹ pl⁹ ꝙ creatura. Trac.ij.F.

Amare ꝙ facile ſit. Trac.x.C. (in me.

Amor trāſformat amātē i amatū. Trac.ij.

Amor ꝛ dilectio quomō differūt (H.in fi. Trac.viij.C.circa prin.

Amores duo ſunt. Trac.ij.E.in me.

Aia fęda amando deum pulchra fit. Trac. (ix.F.

Antichriſtus vnde dicatur: Trac. iij:B.circa prin.

Antichriſtus eſt oīs qui negat/qm̄ ieſus eſt chriſtus. Trac.iij.C.in me.D.E.F.

Antichriſtus ē q negat ieſū chriſtū i carne veniſſe. Trac.vj.G.trac.vij. A.poſt me.

Aliud eſt aqua ſacramēti/aliud aqua q̄ ſignificat ſpiritū ſanctū. Trac.vj.F. circa me. Trac.vij.B.in fi.

Arrogantia eſt cauenda. Trac.j.D.in fi.

Auarus dum replet arcam/perdit ſecuritatem. Trac.x. C.circa prin.

Auaricia quomodo dicatur radix omnium maloꝝ. Trac.viij. D.in prin.E.

b Baptiſmus ſine charitate nihil prodeſt. trac.v.D.in ꝓn.et.vij.B.in fi.

Baptiſmus ꝑ ſanguinē chriſti delet peccata: ꝛ facit de veteribus nouos. trac.j.D.in prin.

Per baptiſmū regeneramur. trac.iiij.G.

Beati ſūt credētes ꝛ nō vidētes. trac.j. B.

In baptiſmo imprimit᷑ character.v. D.in (prin.F.

c Cain cur occidit fratrem ſuū. Trac. v.E.in prin.

Caput et mēbra faciūt vnū corp⁹: ſic chriſt⁹ ꝛ eccleſia. trac.x.B.in fi.F.G.

Character: vide baptiſmus.

Charitas maxime cōmēdat᷑ i hac epla: In ꝓfatione: ꝛ trac.j.C.i me.et trac.v. D.in prin.et trac.vij.A.in ꝓn.B.circa fi.

Charitas eſt deus. trac.vij. B.et trac. viij. H.et trac.ix.A.

Charitas cū ſit res inuiſibil᷑: non oculo ſed corde quęrēda ē: ꝛ qualis ſit. trac.vij.D.

Charitas eſt radix ꝛ forma virtutū. trac.ij. E.in fi.et trac. vij.C.in me.

Charitas dei ad nos quanta fuit. trac.vij.

Si eadē ſit charitas q̄ diligi (C. D.in ꝓn. mus deū ꝛ qua ꝓximū. trac.ix.G. in ꝓn.

Charitas in nobis nata non ſtatim ꝑfecta eſt. trac.v.C.in ꝓn.et trac.vj.A.in ꝓn. et trac.viij.H.in prin.

Charitatis ꝑfectus cognoſcitur ex ſignis. ix.A.poſt me.

Charitas ꝑfecta q̄ ſit.v.B.i fi.et.C.F.i ꝓn.

Charitatiſ ꝑfectę vera ſigna.v.F.i me.ꝛ.vj. A.i ꝓn.et.viij.H.i ꝓn.et.ix.A.poſt me.

Charitaſ ꝑfecta expellit timorē. ix.C.D.E

Charitas ſola diſcernit inter filios dei ꝛ filios diaboli.v.D.in me.

Charitas ſemel habita ſi poſſit amitti.viij

Charitas a nob nūꝙ ceſſabit: (F.circa fi. ꝙuis ei⁹ opa ꝑ tpe ceſſant.viij.B.in fi.

Charitas ſola diſcernit act⁹ quo animo fiunt.vij.C.et.viij. F.

Charitas ſola orat et impetrat.vj.D.in fi.

Charitas ignoſcit. vij.A.circa prin.et.viij.

Charitas non anguſtiat᷑.x.E.in ꝓn. (G.

Non amat᷑ ſeruus aut filius niſi ex charitate corripiatur.vij.C.in fi.D.in me.

Charitas ſęuit aliqñ/ſed odiū blādit᷑.x. E.

Sine charitate ſacramēta ma (ante me. li habere poſſūt: ſed charitatē nemo poteſt habere niſi bonus.vij.B.in fi.

Charitas compat᷑ imꝑatori: qui ſicut ipſe vniuerſis militibus/ſic illa oībus virtutibus imperat.viij.A.circa prin.

Charitas cōpat᷑ fonti indeficiēti/ꝛ margaritę euāgelicę.v.D.in.fi.et.vij.A.B.

Concupiſcētia carnis ꝛ oculoꝝ q̄ ſit.ij.G. Ibidem de curioſitate.

Humilis cōfeſſio peccatoꝝ meretur indulgentiā.j.D.circa prin.

Cōſcientię aut cordis rephēſio vel ꝓbatio pręſtat fiduciā petendi.vj.B.circa prin.

Correctio ex amore fieri debet.vij.C.i fi. ꝛ

Credere i chriſto/ꝛ credere ꝙ ie (D.in me. ſus eſt chriſtus/quid ſit.x.A.B.in prin.

Creſcere ꝛ decreſcere in fide qd ſit.iij.A.

Chriſtiani veri vel falſi quomodo cognoſcantur.iij.D.E.et.iiij.C.in prin.ꝛ.v.F. in fi.et.x.A.B.

Eſideriũ noſtrum extendere debe/
d mus.iiij.D.in me.
De⁹ dilectio ſiue charitas ẽ.vij.B.
Deus ex deo/aut fili⁹aut ſpũſſanct⁹intelli/
gi debet/non pater.vij.B.poſt me.
Deus quid ſit.iiij.D.
De eo/Deũ nemo vidit vnq̃:et q̃d ſit de⁹:
et de eius forma.vij.D.
Diabolus neminẽ genuit aut creauit:q̃q̃
dicatur iniquoꝝ pater.iiij.F.in fi.G.
Diabolus quomodo vincitur a nobis.iiij.
B.circa prin.et.vij.A.in fi.
Dilectio deus eſt.vij.B.ꝛ.viij.H.et.ix.A.
Q; deus prior dilexit nos.vij.D.ꝛ.viij.G.
circa p̃n.et.ix.F.G.in prin.
Dilectio dei non impletur ſine dilectione
ꝓximi.ix.G.ad fi.et.x.B.C.
Q; diligi non põt paſ ſine filio:nec fili⁹ſine
patre:nec fili⁹ſine ꝓximo:nec ꝓxim⁹ſine
Q; ſola dilectiõe diſcernũ/ (filio.x.B.C.
tur boni a malis.v.D.i me.et.vij.B.C.
Dilectio ſola facit opa eſſe meritoria.x.A.
Dilectio ꝛ amor differunt.viij.C.circa p̃n.
Dilectiõis ordo ſiue grad⁹.viij.C.circa p̃n.
Diligendi ſic ſunt homines vt peccata co/
rũ arguantur.vij.D.in me.C.circa fi.et
viij.C.G.et.x.E.in me.
Dilectio vera vel falſa quõ cognoſcaẜ.vj.
A.et.ix.G.in p̃n.et.x.A.et.D.in me.
Dilectio pfecta quę ſit.j.F.poſt me.
Dilectionẽ inimicoꝝ cur dñs p̃cepit: ſ io/
hãnes tñ p̃cepit vt diligam⁹ffes:ad q̃d
ꝛ quõ diligẽdus ẽ inimicus.viij.C.G.
Dilectio inimicoꝝ ſil'es nos faĉ deo.ix.B.
De eo/Non diligam⁹ vbo neq; lin (i me.
gua/ſed ope ꝛ vitate.v.F.in fi.et.vj.A.
Qui diligit fratrẽ tolerat oĩa ꝓpẜ eũ.j.H.
Dimittere debem⁹ i nobis pec/ (poſt me.
cãtib⁹.vij.A.circa p̃n B.i p̃n.et.viij.G.
Doctor nihil operaẜ in audiẽtib⁹ ſine gra/
tia dei.iij.H.et.iiij.A.in prin.
De eo q̃d dñs ait adę: Dominamini piſci/
bus maris/ ꝛ volatilib⁹cęli/ꝛ beſtijs ter/
rę: ſed non dixit hominibus.viij.D.E.
Dominus verus ꝛ ſolus ẽ/deus ſol⁹/ q mi/
niſterio noſtro nõ indiget: ſed nos eius
auxilio egemus.viij.H.in prin.
Dom⁹ q̃ñ diciẜ pulchra aut bona.ij.G.i p̃n.
Ccleſia chriſti eſt in toto orbe/ nõ i
e pte/ ꝯtra donatiſtas.j.I.et.ij.B.
Elemoſyna duplex: (C.et.x.F.G.
ſcȝ panis ꝛ iuſticię.viij.F.in fi.
Eſſe dei non habet p̃teritũ nec futurũ/ ſed
ſemp p̃ſens.ij.D.circa prin.
Eſſe dei quid ſit.iiij.D.in prin.
Exactor qualis eſſe debeat.ix.A.in p̃n.
De eo/ Ex nobis exierunt/ ſed nõ erant ex
nobis.iij.B.C.D.E.F.
Ides ſine dilectione inanis ẽ.x.A.
f Per fidẽ ambulamus (B.in p̃n.
non p ſpeciem.iiij.E.in fi.
Q; filij dei nominamur ꝛ ſimus/ẽ ex chari/
tate patris.iiij.C.in prin.
Filiũ dei ꝛ filios dei diligere quid ſit.x.B.
Filius diaboli aliquis dicitur/ nõ naſcẽdo
ſed imitando.iiij.F.in fi.G.
Finis q̃s ſit:ꝛ quõ aliq̃d finiri dicaẜ:ꝛ q̃ nõ
finis ponẽd⁹ſit i aliq̃ re creata.x.C.i ñ.D
Fornicari a deo quid ſit.ix.G.ante me.
Fortitudo noſtra eſt ex chriſti infirmitate.
Fugere non poſſumus a facie (ij.E.i p̃n.
dei.vj.B.in prin.
Eneratio chriſti ęterna.ij.D.circa
g Gratia dei cooperatur libe/ (p̃n.
ro arbitrio.iiij.E.in prin.
Ereſes vñ orianẜ.j.E.poſt me.H.i
h Hęretici qualiter cognoſcã/ (me.
tur.iij.B.C.D.E.F.et.vj.G.
Hęretici dicũt eccleſiã eſſe in aphrica/et in
ſola lingua latina/ ꝛ non in toto orbe.j.
I.et.ij.B.C.et.x.F.G.
Homo cur ſubiectus eſt animalib⁹quibus
prius erat p̃latus.viij.D.E.
Homicida eſt oĩs q odit fratrẽ.v.F.in p̃n.
Hora nouiſſima quę ſit.iij.A.
Hora poniẜ aliq̃ñ p vniuerſo tpe.iij.A.i fi.
Chriſt⁹hoſpitio recept⁹dabat ſanitatẽ cor/
dis p ſuſtentatione corpis.v.C.in me.
Actãtia ẽ vitãda i bñ actis.vj.A.i
i Jeſus ꝛ chriſt⁹cũ idẽ ſint: (me.B
differunt tamen.iij.C.circa prin.
Illuminari a chriſto vera luce/eſt ſe pecca/
torem agnoſcere.j.C.circa prin.
Imago dei aliter ẽ fili⁹/aliter nos.iiij.F.
Imago dei quõ ſit in aĩa hoĩs/ꝛ quõ defor
maẜ: ꝛ quõ hõ habeat ptãtẽ i alias crea/
Si facti ſum⁹ad imaginẽ (turas.viij.D.
dei: cur nõ ſumus ſicut de⁹.ix.B.in me.
Q; aliẜ de⁹ ẽ i nob q̃ȝ nos i ipo.viij.H.i me.
Incarnari cur chriſtus voluit.ij. (et.ix.A.
A.B.F.in p̃n.et.iiij.G.et.vj.G.in me.
Inimic⁹ diligẽd⁹ ẽ vt frater efficiaẜ.viij.G.
Inuidię malũ.v.E in p̃n. (et.x.F.in p̃n.
Inuiſibilis eſt deus.vij.D.

Intentio diuerſificat actus.vij.C.
Job fortior fuit in ſterquilinio ꝙ adā ī paradiſo.iiij.B.ante fi.
Johānis euāgeliſtę humilitas.j.E.in me.
Judicij diē q̄ timēt vł ſperāt.ix.A.poſt me.
Judicꝰ forma ī iudicio q̄lis erit.iiij.D. (B
Juſticia dei et iuſticia hoīs differt.iiij.F.ī
Juſticia pfectior ē ī angelo ꝙ ī hoīe: (pn.
et qn̄ in nobis pfecta erit.iiij.B.in prin.
Ac aliquibus chriſtus eſt/ ⁊ aliq̄/
l bus cibus ſolidus.iij.A.in prin.
Lapis offenſiōis eſt chriſtꝰ.iij.C.
Lapis de quo dicitur in daniele/chriſtus eſt/qui creuit ⁊ factus eſt mons magnꝰ: et impleuit vniuerſum orbem terrarum .j.J.et.iij.C.
Laudant deū oīa p̄ter pctm̄.iij.F.in prin.
Laudē dei/nō noſtrā q̄rere debemꝰ.vj.A. in me.E.et.viij.A.C.F.et.x.D.in me.
Leuia multa faciūt grande.j.D.circa fi.
Lex dei eſt eius mandatū de dilectione.j. H.in fi.et.x.C.in me.
Liberū arbitriū cōmendaꝝ.iiij.E.in prin.
Deus cur quoſdā liberat a pęnis tp̄alibus viſibiliter/⁊ quoſdā relinquit.viij.E.
Lignum vitę ſecus decurſus aquarum eſt chriſtus.ij.F.in prin.
Lux ſine tenebris ē chriſtus.j.C.in prin.
Andatū dei q̄le ſit.j.F.circa prin.
m Mandatū dei cur dicatur vetus ⁊ nouū.j.G.in p̄n.et.x.C.in fi.
Mandatū de dilectione eſt oīs cōſūmationis finis/⁊ ꝙ latū.x.C.in fi.D.E.
Per mādatū dilectiōis pctā ſoluūꝝ ⁊ tenē/
De eo:Qui ſoluerit vnū (tur.v.B.in p̄n.
de mādatis his minimis/ et docuerit ſic hoīes:minimꝰ vocabiꝝ ī regno cęloꝝ.vj.
Manet aliter deus in nobis ꝙ (G.in fi.
nos in eo.viij.H.in me.et.ix.A.
Maꝝ nr̄a ē eccl̄ia:duo vbera eiꝰ duo teſtamēta:ſed lac ſcp̄tura ſacra.iij.A.in p̄n.
Medicus magnus eſt chriſtus.viij.H.circa prin.et.x.A.in me.
Medicus ad q̄d diligit ęgrotū.viij.G.cir/
Mēdaciū non eſt ex deo ſed ex di/ (ca fi.
abolo.iij.C.in prin.
Mendacē deū facere q̄d ſit.j.E.in prin.
Merces bn̄ laborātiū ē vita ęterna.iij.G.ī
Miracula nō debemus appetere vt (p̄n.
faciamꝰ.ij.G.in fi.H.
Mori aliqui timent:aliqui optant vt ſint cum chriſto.ix.B.in prin.
Mundi nomine quid intelligaꝝ.ij.G.ī p̄n. et.iiij.C.circa prin.et.v.E.poſt me.
Mūdus ⁊ deus non p̄ſt ſimul diligi.ij.E.
In mūdo tria ſūt:ↄcupiſcētia carniſ ⁊c̄.⁊ ꝙ mūdꝰ trāſiēs compaꝝ fluuio.ij.F.in p̄n.
Mūdꝰ cur ſit creatꝰ et quō ſit vtēdus.ij.F.ī
Mūdus cōpaꝝ heremo:⁊ terra re/ (me.G.
promiſſionis patrię cęleſti:ꝫ habemꝰ fōtē charitatꝭ ne deficiamus.vij.A.in p̄n.
Mundus non cognoſcit niſi ſuos:ſed pſequitur pios.iiij.C.circa prin.et.v.D.
De eo:Hi de mundo ſunt/ ⁊ de mundo loquuntur.vij.A.in fi.
Atiuitates duę/⁊ q̄.iiij.G.in prin.
n Natus ex deo non peccat.iiij.G.⁊ v.A.B.C.D.et.vj.C.
Negatur chriſtus nō tm̄ verbis/ſed etiam factis.iij.C.D.E.F.et.x.A.
Nemo ex aq̄ ⁊ ſpūſctō naſciꝝ niſi volēs.iij.
Culi nr̄i nō ſe vidēt:ꝫ tn̄ ī cha (A.
o ritate cōpaginis corpaꝝ ſe norunt.
Odiens fratrē ī tene/ (vj.E.in fi.
bris ambulat.j.G.in me.J.in p̄n.
Odiens fratrē eſt homicida .v.F.in prin.
Odire debemus peccata nō homines.vij.
C.circa fi.D.in me.et.viij.G.
Opera bona ſunt exercēda vt ꝓximus inde ędificetur:non ꝓ gloria vana.vj.A.ī me.B.et.viij.A.in me.C.F.
Opera pietatis libēter ſunt exercenda.v.
C.in me.F.poſt me.
Optare non debemꝰ eſſe miſeros vt poſſimus exercere opa pietatis:q: ſola beniuolentia ſufficit amanti.viij.C.in fi.
Opa etſi aliq̄n videntur bona:ſine fide et charitate inania ſunt.x.A.B.
Orātes cur aliq̄ exaudiūꝝ/ꝫ malo ſuo:aliq̄ vo ꝓ q̄ orāt non ſtatim pcipiūt.vj.C.D.
Orare debemus ꝓ inimicis/exemplo chriſti.v.B.in fi.vij.A.in fi.viij.G.
Orāt epiſcopi ꝓ plębe/⁊ plębs ꝓ epiſcopis et chriſtus ꝓ omnibus.j.E.in fi.
Ater a nullo eſt.vij.B.in fi.
p Pauli apl̄i humilitas ex nominis eius ſignificatiōe inſinuatur: ⁊ de eius conuerſione.viij.B.
Peccatū eſt iniquitas.iiij.E.circa prin.
De eo:q̄ peccat nō videt deū neq̧ cogno/
Ob dicit:Oīs q̄ natꝰ ē ex (ſcit.iiij.E.in fi.
deo non peccat:Et ſi ſi dixerimꝰ q: pctm̄ nō habemꝰ/ noſipſos ſeducimꝰ:nō ſunt contraria.iiij.G.in fi.et.v.A.B.C.D.

Peccata oēs habemus.j.D.ꝛ.iiij.G.i me.
Et q̄ peccat i,ꝓximū /peccat i deū:q2 ꝯ cha
ritatē:ꝛ deꝰ charitas ē.vij.B.aſi mediū.
Pctōres quō diligat deꝰ.viij.G.circa ꝑn.
Peccata nō remittūꝶ niſi ꝑ nomē filij dei.
Peccare non debemus in ſpe (ij.D.i ꝑn.
veniȩ.j.E.circa prin.
De eo:Si non veniſſem/et locutus eis fu/
iſſem/peccatū non haberēt.vj.L.in me.
De eo;Quicq̄d pecierimꝰ accipiemꝰ ab eo:
qm̄ mādata eiꝰcuſtodimꝰ: ꝛ q᷑ multi pie
negaꝶ q̄ꝺ alijs ad ꝑditionē ꝓcediꝶ.vj.L.
Petr̄ dn̄s ter introgat ſi eū amat:q2 (D.
ter eū negauerat:ꝛ cur ei diciꝶ/vt paſcat
Pṙȩdicatio euāge (oues ſuas.v.B.i fi.L
iij cur incepit ab hieroſolymis.ij.B.L.
Princeps mūdi cur dicaꝶ foras eiectus:cū
tn̄ tēptare non ceſſat.iiij.A.circa prin.
Propitiatio chriſtꝰ eſt apud patrē ꝑ pecca/
tis totius mūdi.j.F.in prin.
r Emiſſio peccatoꝝ nō fit niſi i vni/
tate eccleſiȩ.ij.D.in prin.
Reſurrectionē ſuā cur chriſtus pri/
us ꝑ fȩminas manifeſtauit.iij.A.in me.
Chriſtꝰ cur ſe palpādū tribuit poſt reſurre/
Retribuere nō poſſumꝰ (ctionē.ij.A.B.
deo niſi ab eo accȩpta.v.B.in fi.
ſ Anguis chriſti delet peccata tā ori
ginalia q̄ꝫ actualia.j.D.in prin.
Sacramēta mali habere poſſūt ſi/
ne charitate.vij.B.i fi.
Seueritaſ nō ē exercēda ſine charitate.vij.
L.circa fi.D.poſt me.et.x.D.aſi me.
Scādalū q̄ patiūꝶ vel q̄ faciūt.j.H.in prin.
Sciētia ſine charitate inflat ꝛ dānat.ij.E.
Scripturȩ q̄ de chriſto erāt cur (circa ꝑn.
impleri oportebat.ij.A.B.
Spirituſſanctus nomine aquȩ ſignificaꝶ.
vj.F.in prin.ꝛ.vij.B.circa fi.
Spūſſanctꝰ diciꝶ vnctio.iij.L.i ꝑn.H.i ꝑn.
Spūſſanctꝰ agit vt i nobis ſit dilectio:ꝛ q̄ꝺ
eius ſignū:ꝛ cur modo nō loquūtur lin/
guis accipiētes ſpiritūſanctū ꝑ manuū
impoſitionē.vj.E.ꝛ.viij.H.in prin.
Spūs vnꝰ fuit ꝓphetaꝝ ꝛ aploꝝ: licet diu/
ſis tꝑibꝰ locuti ſint.ix.D.i ꝑn.F.circa fi.
Spūs quō agnoſcanꝶ.vj.F.ꝛ.vij.B.i ꝑn.
Sponſus chriſtꝰ/ſpōſa eccleſia:ꝛ q̄s thala/
mus.j.A.in fi.et.ij.B.circa prin.
Sicut/nō ſemꝑ omnimodā dicit ȩq̄litatē/ ſ
ꝓportionatā.iiij.F.et.ix.B.i me.
Societas chriſti lux eſt.j.L.in me.
Supbia quomodo dicaꝶ eſſe initiū omnis
peccati.viij.D.in prin.
Superbia conformat ſe charitati.viij.F.
t Abernaculū ponere i ſole q̄d ſit.j.
Tāgere chriſtū ē in ipſū (A.in fi.
credere: et cur magdalena a tactu
eius ꝓhibetur.iij.A.in me.
Tpa varianꝶ de deo/ ſ nō ipſe.ij.D.circa
Tēptari ꝑmittit nos chriſtꝰ de trībꝰ/ (me.
de quibꝰ ipſe tēptatꝰ fuit.ij.G.i me.ꝛ.H.
Tenebrȩ ſunt peccata q̄ i chriſto nō erant.
j.L.in prin.G.in me.
In tenebris ē q̄ odit fratrē.j.G.in me.
Teſtes dicūtur martyres:ꝛ cur chriſtus te/
ſtes habere voluit.j.A.i me.
Traditꝰ ē chriſtꝰ a patre/a ſe ꝛ a iuda.vij.L.
Trinitas eſt vnus deus.vij.B.circa fi.
Timere debemꝰ deū/ nō mūdū aut hoſtem.
Timor dn̄i initiū ſapiētiȩ. (iij.G.aſi me.
ix.A.circa fi.L.circa prin.
Timor quō nō eſt in charitate.ix.L.in ꝑn.
Quē timorē charitas foras mittit. Ibidē.
Timor ꝓparat charitati viā/ſicut ſeta lino.
Timor ſtimulat ſicut medici fer/ (Ibidē.
ramentum.Ibidem.
Et dicitur:Timor dn̄i ſanctus ꝑmanēs in
ſȩculū:Et qui timet non eſt ꝑfectꝰ in cha
ritate:nō contrarianꝶ.ix.D.
Timores duo demonſtrātur ſimilitudine
duaꝝ mulieꝝ maritataꝝ.ix.E.F.
d E eo q̄ꝺ diciꝶ: Et manꝰ nr̄ȩ tracta/
uerūt de v̄bo vitȩ:Et q᷑ v̄bū caro
factū ē.j.A.in ꝑn.et.B.in fi.
Victoria nō ē ex nobis ſ ex deo.vij.A.i fi.
De eo q̄ꝺ diciꝶ:Deū nēo vidit vnq̄.vij.D
De eo: Et videbimꝰ eū ſicuti ē.iiij.D.i ꝑn.
Et viſio dei ꝓcellit oīs creaturȩ pulchritu/
dinē ꝛ voluptatē.iiij.D.ante me.
Et in iudicio extremo mali ſolū videbunt
humanitatem chriſti.iiij.D.in prin.
Via ē chriſtus: ꝛ q̄ ambulat ꝓter illā/ plus
deficit q̄ꝫ ꝓficit.x.A.in me.
Unctio quō docet oīa:ꝛ q̄d nomine vncti/
onis ſignificeꝶ.iij.L.H.iiij.A.in prin.
De eo q̄ꝺ diciꝶ: Per diē ſol nō vret te:neq̄ꝫ
luna ꝑ noctem.j.H.in prin.
z Acheus fuit curatus a morbo aua
ritiȩ.v.L.in me.

Finis.

Jn apocalypſim beati iohānis: Homelia .I.

Diui aurelij auguſtini hipponēſis epi: expoſitionis in apocalypſim beati iohannis: Homelia .I.

A Ab lectionē reuelationis beati iohannis apſt fratreſ chariſſimi aiaduertimus: ⁊ ſm anagogem hoc dño largiēte explanare curauimus: quia reuelatio ieſu chriſti noſtris auribus pādit, vt arcana cęleſtia noſtris cordibus manifeſtent. Apocalypſis ieſu chriſti quā dedit illi deus palā facere ſeruis ſuis: Jd eſt manifeſtare: quę oportet fieri cito: ſignificans: hoc ē oſtendens/ ſeruo ſuo iohanni. Johānes dei gratia interptat: ſcribēs ſeptē eccleſijs/ q̄ ſūt i aſia. Aſia elatio interptatur: et genus humanū figuratur. Jſtę ſeptē eccleſię ⁊ ſeptē cādelabra: hoc ſollerter intuendū eſt: q₂ ſeptiformis gratia eſt quę data ē a deo p ieſū chriſtū dñm noſtrū nobis generi humano/ qui credidim⁹: q₂ ⁊ ipſe pollicitus ē nobis mittere ſpm̄ paracletū de cęlis/ quē ⁊ apl̄is miſit qui in aſia eſſe videbātur/ hoc eſt in elato mūdo: vbi et ſeptiformē gratiā ſeptē eccleſijs nobis p ſeruū ſuum iohannē donauit. Gratia vobis ⁊ pax multiplicetur a deo patre ⁊ a filio hoīs: Jd eſt chriſto. Siue autē fili⁹ hoīs/ ſiue ſeptē cādelabra/ ſiue ſeptē ſtellę: eccl̄ia itelligit cū capite ſuo chriſto. Q̄ aūt ait: Jnt̄ mā̄millaſ zona aurea erat ille pcinct⁹: chriſtū dñm p̄figurabat. Duas mā̄millas: duo teſtamēta itellige/ quę de pectore dñi ſaluatoris tanq̄ de perenni fonte accipiunt/ vnde chriſtianū populū nutriāt ad vitā ętermā. Zona vo aurea: chorus eſt/ ſiue multitudo ſāctoꝝ. Sicut eñ de cingulo pect⁹ ſtringitur: ita ſāctoꝝ multitudo chriſto adhęret: ⁊ velut duas mā̄millas duo teſtamēta cōplectit, vt ex ipſis velut de ſanctiſ vberib⁹

B nutriant. Caput inq̄t ei⁹ et capilli ſicut lana alba vt nix. Capillos albos m̄ltitudinē albatoꝝ/ id ē neophytoꝝ ex baptiſmo pdeuntiū dicit. Lanā dixit: q₂ oueſ chriſti ſunt. Niuē dixit: q₂ ſicut nix de cęlo vltro deſcēdit: ita ⁊ gr̄a baptiſmi nullis p̄cedentib⁹ meritis venit. Jpſi eñ qui baptiſant hieruſalē ſunt: quę quotidie adinſtar niuis de cęlo deſcēdit. Hieruſalē .i. eccleſia ideo deſcēdere dicit: q₂ d̄ cęlo gratia p quā ⁊ a peccatis liberat: ⁊ chriſto/ id ē ęterno capiti ſponſo cęleſti ꝯiungit. Sicut econtrario beſtia de abyſſo aſcēdere dicit .i. populus malus qui ex populo malo naſcit: Nā ſicut hieruſalē humiliter deſcēdēdo liberatur ⁊ exaltatur: ita beſtia .i. pplus ſupb⁹ arrogāter aſcēdēdo p̄cipitat. Oculi eius velut flāma ignis. Jn oculis p̄cepta dei dicit/ ſicut ſcriptū ē: Lucerna pedibus meis verbū tuū. Ps. 118.

Et pedes ei⁹ ſil̄es aurichalco clibani igniti velut in fornace ignis. Jn pedibus ignitis eccleſia intelligit: q̄ imminēte die iudicij/ nimietate p̄ſſuraꝝ pbāda/ ⁊ igne examinā̄da ē. Et q₂ pes nouiſſima ps ē: ⁊ pedes ignitos dixit eſſe: ideo in pedib⁹ eccleſia nouiſſimi tēporis intelligit multiſ tribulationib⁹ velut auꝝ in fornace pbāda. Quā rē qui bñ cōſiderat/ iā nunc ex multitudine iniquitatū fieri videt. Jdō aurichalco ſimilauit/ qđ ex aere et igne multo ac medicamine pducit ad auri colorē: ſic eccleſia p tribulatiōes et paſſiōes purior reddit. Jn zona aurea accincta pectori/ pōt etiā ſciētia ſpiritalis ac purus ſenſus datus eccl̄ię intelligi. Gladiū vo bis acutū de ore ipſius pcedentē: ieſum chriſtū eſſe ſignificat: q̄ et nūc euangeliū bonū/ et p̄us p moyſen legiſ noticiā vniuerſo orbi ptulit. Et d̄ quo dauid ſilr ait: Semel locutus ē deus duo hęc Ps. 61.
audiui. Hęc q̄ ſunt duo teſtamenta: q̄ p captu tp̄is aut noua/ aut vetera/ aut gladius acutus dicūtur.

C Vox eius tanq̄ vox aquaꝝ multaꝝ. Aquę m̄tę/ populi intelligūt eſſe: Jn voce/ p̄dicatio apoſtoloꝝ. Q đ autē ſupra dixit: Pedes eius ſil̄es aurichalco: tāq̄ in fornace ꝯflati poſſunt etiā apl̄i itelligi/ qui poſt paſſionē p̄dicauerūt verbū eius. Per quos eñ ambulabat p̄dicatio/ merito pedes noiantur: ſicut ppheta dixit: Q̄ pulchri pedes euangelizantiū pa Eſa. 52. b.
cē. Et illud: Adorabim⁹ i loco vbi ſteterūt pe Ps. 131.
des ei⁹. Q đ autē dixit: Habebat i dextera ſua ſtellas ſeptē: Eccleſiā itelligi voluit. Jn dextra eñ chriſti ē ſpiritaľ eccleſia: cui ad dexterā poſitę dic̄: Venite be Math. 25. c.
nedicti patris mei. Septē eñ ſtellę eccleſia eſt. Diximus eñ: q₂ ſpūs ſeptiformis ꝟtutis eſt ei datus a patre: ſicut petrus ad iudęos de chriſto ait: Dextra igit dei exalta Act. 2. e.
tus/ acceptū a patre ſpm̄ effudit. Septem

autē ecclias quas vocat vocabulū ſuis:non
ideo dicit/q2 illę ſolę ſunt ecclię: ſed qđ di
cit vni/oībus hoc dicit. Deniq3 ſiue i aſia
ſiue in toto orbe ſeptē eccleſias oēs eſſe:
⁊ vnā eſſe catholicā: ſicut ad timotheū ait:
1.timoth.3.d. Quō oportet te in domo dei ↄuerſari/quę
Iſa.4.a. eſt eccłia dei viui. Et in eſaia: ſeptē mulie
res quę apphenderēt viꝝ vnū/ſeptē ecclias
ſignificari intelligit/quę ⁊ vna ē: viꝝ chri
ſtū intelligimus. Panē mulieꝝ/ſpm̄ ſanctū
qui nutrit in vitā ęternā. Et vt vobis ea q̄
dicta ſunt tenacius inculcētur/breuē reca
pitulationē fieri volumus. Septē ḡ ecclię/
quibus ſanctus iohannes ſcribit/intelligiť
vna eccłia catholica ꝓpter ſeptiformē gra
tiā. Idē aūt teſtis fideľ/chriſtus ē. Septem
cādelabra/eccłia catholica ē. In medio cā
delabroꝝ ſimis filio hominis/chriſtus eſt in
D medio ecclię. Q̄ aūt ait: Cinctū ſup mām̄il
las: per mām̄illas duo teſtamenta intelli
gunť: quę de pectore chriſti lac ſpiritale ac
cipiūt: vt populū chriſtianū in vitā ęternā
nutriāt. Zona v̄o aurea/chorus ē ſiue mul
titudo ſanctoꝝ: qui iugiter lectioni ⁊ orati
oni inſiſtētes/chriſto adhęrere ꝓbanť. Iā
iſta charitati veſtrę ſufficiāt. Quō audiſtis/
ſancta inter vos collocutione meditamini
donec quod reliquū eſt donāte dn̄o audire
E poſſitis: Quod ipſe pręſtare dignetur.

Ratres chariſſimi (Omelia .ii
F in candelabro de quo cū apocaly
pſis legereť audiſtis/ꝑis intelligi
tur. Q̄ aūt ait: Mouebo candelabꝝ
tuū: hoc ē diſpergā populū ꝓ peccatiſ: Et
pugnabo cū eis gladio oris mei:
Id eſt ꝓferā p̄cepta mea ꝑ quę arguantur
peccata vel crimina ſua. Q̄ ḡ dixit: Faci
es eius ſicut ſol lucet i ꝟtute ſua:
eſt de aduētu vel p̄ſentia chriſti: q2 ꝑ faciē
quiſq3 manifeſtať atq3 cognoſciť. Et de ec
cleſia pōt hoc accipi/cui iſtā claritatē chri
Math.13.f. ſti ꝓmiſit/de q̄ dicit: Tūc fulgebūt iuſti ſic
ſol in regno chriſti. Stellā matutinā:
primā reſurrectionē dicit/q̄ ꝑ gratiā baptiſ
mi fit. Stella matutina noctē fugat/ ⁊ lucē
annūciat. i. peccatū tollit et gratiā tribuit:
ſi tamē accepta gratia bona opa ſequanť.
Sicut eñ magnā arborē virere ⁊ fructū nō
reddere nihil ꝓdeſt: ſic nihil ꝓdeſt chriſtia
nū dici/et chriſtiana opa nō habere. Et iō
dicit: Cōſulo tibi a me emere aurū
conflatū: Id ē ↄtēde vt ꝓ nomine chri
ſti aliquid patiaris. Et collyrio vnge
oculos tuos: vt qđ libenter ꝑ ſcripturas
cognoſcis/ope impleas. Oſtiū apertū
eſſe in celo: noui teſtamēti p̄dicator vi
dit iohānes: ⁊ dicitur illi: Aſcende huc.
Quantū apertū mō oſtendiť/tantū clauſū
fuiſſe añ hominib9 manifeſtū eſt. Soliū B
poſitū/ eſt ſedes iudicātis: ſup quē vidit
ſimitudinem iaſpidis ⁊ ſardij. Iaſpis aquę
colorē habet/⁊ ſardius ignis. In his duo
bus lapidib9/duo iudicia intelligūť. Unū
quod iā ꝑ aquā factū eſt: Aliud qđ erit per
ignē in ↄſūmatione ſęculi. Pōt hoc loco et
vita ſeruoꝝ dei itelligi: q2 ad ſimilitudinē
aquę ⁊ ignis interdū in hac vita oēs ſancti
habēt ꝓſpera/⁊ aduerſa inter q̄ patiūtur.
Mare vitreū/donū baptiſmi ē: qđ ideo
ante ſoliū eſſe dicit: q2 ante aduentū iudi
cij dať. Q̄ v̄o poſt hoc ait: Habeo cla
ues mortis et inferni: hoc ideo dicit:
q2 qui credit ⁊ baptiʒať/ a morte ⁊ ab infe
ris liberať. Et q2 ipſa eccłia/ſicut habet cla
ues vitę/ita ⁊ inferoꝝ. Ipſi eñ dictū ē: Qui Ioh.20.c.
dimiſeritis peccata/dimittūtur: et qui reti
nueritis/retēta ſunt. Ubicūq3 ponit i apo
calypſi/angelū hoīs/ipſū hominē ſignifi
cat/ ſicut ⁊ ecclię. Et angeli earū ibidē non
debent intelligi/niſi aut ep̄i aut p̄poſiti ec
cleſiaꝝ. Intantū angeloꝝ noīe eccleſias ca
tholicas voluit itelligi/ vt iubeat angelos
pęnitentiā agere. Non eñ angeli q̄ in cęlo
ſunt indigēt pęnitētia/ſed hoīes q̄ ſine pec
cato eſſe non pñt. Nā q2 etiā angelus nū
cius interp̄tať: quicūq3 aut ep̄s aut p̄ſby
ter aut etiā laicus d̄ deo loquitur: ⁊ quoquo
mō ad vitā ęternā annūciat/ merito ange
lus dei diciť. Et tamen q2 ſine peccato ne
mo eſſe pōt/diciť ei/id ē homini/vt pęnitē
tiā agat: q2 reuera qui bñ ↄſiderat ſe: agno
ſcit/q̄ ſi dicā/ laici: ſed etiā ſacerdotes vna
die eſſe nō debēt ſine pęnitētia: q2 quomō
nullus dies ē in quo hō poſſit eſſe ſine pec
cato: ſic nullo die debet eſſe ſine ſatiſfacti
onis remedio. Septē aūt cādelabra/⁊ vnū C
candelabꝝ/ſeptiformē eccleſiā poſſum9 in
telligere. Et ideo quicunq3 ad ſeptē eccleſi
as loqui videť/ad vnā eccleſiā loquitur toto
orbe diffuſam: Et q2 in ſeptenario numero
oīs plenitudo ↄſiſtit. Angelos ergo eccle
ſiā dicit: in quibus duas ꝑtes/id eſt bono
rū ⁊ malorū oſtendit: Et ꝓpterea non ſolū
laudat/ſed etiā increpat vt laus ad bonos/

ſcrepatio ad malos dirigat̃: ſicͭ dñs ĩ euãge
Matth. 24.d llo / om̃e ꝑpoſitoꝝ corp⁹ vnũ ſuũ dixit bea
tũ: ⁊ nequã quẽ veniens dñs ipſe diuidet.
Quõ fieri põt vt vn⁹ ſeru⁹ diuidat̃/ cũ diui
ſus viuere nõ poſſit? Sʒ vnũ dicit totũ po
pulũ chriſtianũ: q̃ ꝑpl's ſi tot⁹ bon⁹ eẽt / ñ di/
uideret̃: Sʒ qꝛ nõ ſolũ habet bonos ſʒ etiã
Matth.25.c. malos / diuidẽd⁹ ẽ: Et bõi audituri ſũt: Ue
nite bñdicti patrꝭ mei. Raptores ṽo ⁊ adul
teri q̃ miſcðiaʒ nõ fecerũt / audituri ſũt: Diſ
cedite a me maledicti ⁊c̃. Qð aũt ĩ apocaly
pſi / ſingulꝭ dr̃ eccl'ijs: f̃res chariſſimi / ſingulꝭ
hoĩb⁹ ꝯuenit ĩ vna eccl'ia ꝯſtitutꝭ. Hec di
cit q̃ tenet ſeptẽ ſtellas ĩ manu ſua:
hoc ẽ / q̃ nos ĩ mãu. i. ꝑtãte habet ⁊ gubnat.
Qui ambulat ĩ medio cãdelabro/
rũ aureoꝝ. i. ĩ medio nr̃i: qꝛ cãdelabra il
lic ꝑplm̃ ſignificãt chriſtianũ. Q aũt dicit:
Mouebo candelabꝝ tuũ de loco
ſuo ſi ñ egeriſ penitẽtiã: Uidete qꝛ ñ
dixit / aufert / ſʒ mouet: qꝛ cãdelabꝝ ſignifi/
cat vnũ ꝑplm̃ chriſtianũ. Et ipſũ cãdelabꝝ
moueri dic̃ / ñ auferri: et ꝑ h̃ ĩtelligit̃ ꝙ ĩ vna
eadẽq; eccl'ia mouent̃ mali / ꝯfirmãt̃ boni: ⁊
qð occulto ſʒ tñ iuſto dei iudicio id qð tolli
tur malꝭ / bonis auget̃: vt adimpleat̃ illud qð
Matth.13.b. et.25.c. ſcp̃tũ ẽ: Qui habet dabit̃ ei: ⁊ ei q̃ non ha/
D bet / ⁊ qð videt̃ hr̃e auferetur ab eo. Q aũt
dicit: Uincẽti dabo mãducare d̃ li/
gno vite. i. de fructu crucꝭ: qð ẽ inq̃t in
medio ꝑadiſi dei mei. Paradiſũ eccle
ſiã dicit: Oĩa eñ ĩ ei⁹ figura ſũt. Nã ꝙ dic̃:
Scio oꝑa tua / ⁊ tribulatiõʒ ⁊ pau
ꝑtatẽ: ſʒ diues es. Oĩ eccl'ię dicit / q̃ ſpũ
pauꝑ ẽ ⁊ oĩa poſſidet. Jdẽ aũt dic̃: Habe
tꝭ ꝑſſurã dieſ decẽ. Dies totũ t̃ps poſu
it: qꝛ denari⁹ nũer⁹ ꝑfect⁹ ẽ: ĩ q̃ ꝑplꝭ chriſtian⁹
Act.14.d. ſic dic̃ apl's ꝑ m̃ltas tribulatiões ĩtrat ĩ reg
nũ celoꝝ. Nã ꝙ dic̃ angelo ꝑgami eccleſię:
Scio vbi habitas / vbi ẽ ĩtroit⁹ ſa
thane: oĩ eccl'ię dicit ĩ vni⁹ vocabulo: ⁊ qꝛ
vbiq; habitat ſathanas ꝑ corp⁹ ſuũ. Corp⁹
aũt ſathanę ſũt ſupbi ⁊ mali: ſic ⁊ corp⁹ chri
ſti hũiles ⁊ boni. Uincẽti dabo mãdu
Job.6 care de mãna abſcõdito: Jd ẽ de pa/
ne q̃ de celo deſcẽdit. Cui⁹ figura fuit man
na ĩ heremo / quã ſicut ipſe dñs dixit: mul/
ti mãducãtes mortui ſunt: Sed ⁊ nũc qui/
1.Corꝭ.11.g. cũq; manducat indigne / iudiciũ ſibi man/
ducat. Jdẽ panis ẽ etiã lignũ vitę. Poſſu/
mus ⁊ ꝑ mãna ĩmortalitatẽ accipe. Et da
bo ei calculũ cãdidũ: Jd ẽ corp⁹ ꝑ bap
tiſmũ cãdidũ. Et ſuꝑ calculũ nomen
nouũ ſcp̃tũ: Jd ẽ noticiã filij hoĩſ. Qð
nemo ſcit niſi q̃ accipit: ſcʒ ꝑ reuelati/
onẽ. Et ideo de iudęis dicit̃: Si eñ cogno/ 1.Corꝭ.2.b.
uiſſent / nũq; dñm glorię crucifixiſſent. Qð
aũt dicit angelo thiatyrę eccl'ię: Habeo
aduerſũ te / qꝛ ꝑmiſiſti mlieri ieza/
bel. Dicit ꝑpoſitis eccleſiaꝝ: q̃ luxurioſis ⁊
fornicãtibus / ⁊ aliud qðlibet male agẽtib⁹
ſeueritatẽ diſciplinę eccl'iaſticę nõ iponũt.
Et poteſt hoc etiam de hereticis intelligi.
Que dic̃ ſe ꝓphetẽ. i. chriſtianã. Mõ
eñ multę hereſes ſibi hoc noĩe blandiunt̃.
Nec cognouiſtis altitudinẽ ſatha
ne: Jd ẽ nõ reſpuiſtꝭ doctrinã eius ſicut he
reſes. Non mitto ſuꝑ vos aliud põ
dus: Jd ẽ ſupra id qð poteſtis ſuſtinere.
Ueꝝ qð hẽbaſ / tene donec veniã:
⁊ q̃ vincit / ⁊ q̃ ſuat oꝑa mea vſq;
ad finẽ: Dabo ei gẽteſ ⁊ paſcet eaſ
ĩ virga ferrea: ⁊ vt vas figuli cõmi
nuẽt / ſic ⁊ ego accipi a p̃re meo. Jn
chriſto habet eccleſia hãc poteſtatẽ / ſic di/
cit apl's: Cũ illo oĩa nobis donauit. Uir/ Roma.8.f.
gam ferream dicit ꝓpter iuſticię rigorẽ: et
de ipſa ṽga corrigũtur boni / ꝯfringũt̃ ma/
Odo fratres (li. Homelia.iii A
m chariſſimi audiuim⁹ beatũ iohan/
nẽ peccatorẽ hoĩem terribiliter in/
crepantẽ: Et ideo cũ ingẽti timore conſide
remus / et cũ tremore timeamus qð dictũ
eſt: Noui oꝑa tua: qꝛ nomen habeſ
ꝙ viuas / ⁊ mortuus es. Nõ moritur
niſi qui mortale crimen cõmiſerit / ſm̃ illud
qð dictũ eſt: Aĩa que peccauerit / ipſa mo/ Ezech.18.a.
rietur. Quod peius ẽ / multi ĩ corꝑibus vi/
uis / aĩas mortuas portare noſcunt̃. Eſto
vigilãs ⁊ ꝯfirma / q̃ moritura erãt.
Hec dicit ſanct⁹ et ver⁹ qui habet
claues dauid: Jd eſt regiã ꝑtãtẽ: Qui
aperit ⁊ nemo claudit. Manifeſtũ eſt
eſt ꝙ chriſtus pulſantib⁹ apit: ⁊ hypocritis
id eſt fictꝭ / vitę ianuã claudit. Ecce dedi
ante te oſtiũ apertũ. Hoc ideo dictũ ẽ /
vt nullus dicat / qꝛ oſtiũ quod deus apent
eccleſię in toto mũdo aliq̃s poſſet vel in ꝑ/
te claudere. Quia modicã habes ṽ/
tutẽ. Laus eſt dei / ꝙ de⁹ modicę fidei eccle
ſię apiat oſtiũ. Et ſcribã ſuꝑ illud no/
mẽ dei mei. Utiq; a chriſto chriſtiani ſi/
gnamur. Et nomẽ ciuitatis dei mei
noue hieruſalẽ q̃ deſcẽdit de celo.

Nouā hieruſalē cęleſtē eccleſiam dicit/ q̄ a
dn̄o naſcit. Nouā aūt dixit ꝑ nouitate no/
mis chriſtiani: ⁊ qꝛ ex veteribuſ noui effici/
B mur. Neq̄ꝫ frigid⁹ es neq̄ꝫ feruēſ.i.
inutil̓ es. Pōt em̄ ⁊ ſup diuitū ſterilū ꝑſo/
na accipi/ q̄ habēt facultates/ ⁊ nō inde faci
unt miſcdias. Pauperes nō ſunt q̄ habēt
facultates: diuites nō ſūt q̄ ex diuitijs non
opant. Cōſiliū tibi do vt emas aurꝫ
tibi: Id ē vt elemoſynas faciendo ⁊ actib⁹
bonis īſiſtēdo/ ipſe efficiaris aurꝫ.i.a deo ac/
cipias itellectū: ⁊ ꝑ bonā ꝯuerſationē me/
rearis martyriū. Et ecce inq̄t oſtiū aptū
ē i celo. Oſtiū aptū chriſtū dicit: qꝛ ianua
ē. Cęlū eccleſiā dicit/ vbi cęleſtia gerunt/ ſic
Eph.i.b. dic apl̓s: Inſtaurare oīa q̄ i cęl̓ ⁊ q̄ i tra ſūt:
Cęlū itelligit ꝑmitiuā eccleſiā d̓ iudęis/ ter
rā ꝟo ex gētib⁹ eſſe. Aſcēde huc et oſ̄/
dā tibi. Nō i ſolū iohānē ꝯuenit/ ſꝫ i eccle
ſiā vel i oēs credentes. Qui em̄ vidit oſtiū
aptū i cęlo.i.natū ⁊ paſſū/ ⁊ reſurrexiſſe chri
ſtū credidit/ aſcendit i altitudinē ⁊ vidit fu/
tura. Et ecce thron⁹ poſit⁹ erat in ce/
lo: id ē i eccleſia: Et q̄ ſedebat/ ſimilis
erat aſpectui lapidis iaſpidis vel
ſardij. Iſtę cōparationes in eccl̄ia ꝯueniūt.
Iaſpis aq̄ colorē habet/ ⁊ ſardi⁹ ignis: Per
hoc ſic iā dictū ē/ duo iudicia vult intelligi:
Unū ꝑ aquā qđ iā factū ē ꝑ diluuiū: aliud
C qđ futurꝫ eſt/ ꝑ ignē. In circūitu throni
vidi ſedes vigintiq̄ttuor: et ſupra
ſedes vigintiq̄ttuor ſenioreſ. Seni/
Eſaie.24.d. ores totā eccl̄iaꝫ dic/ ſic eſaias dic: Et i me/
dio ſenū fuerit glificat⁹. Uigintiq̄ttuor ſe/
niores ꝓpoſiti ⁊ ꝑplī ſūt. In duodecīꝫ/ apl̓oſ
ꝓpoſitos/ ⁊ i alijs duodecīꝫ reliquā eccl̄iaꝫ
itellige. Et d̓ ſede ꝓcedebāt fulgura
⁊ voceſ. De eccl̄ia em̄ ꝓcedūt heretici: qꝛ
Ioh..2.c. ex nob exierūt. Eſt ⁊ ali⁹ ſenſuſ/ vt fulgura ⁊
voces ꝓdicatio ecclīę intelligat. In vocib⁹
ꝟba: i fulgure miracula cognoſcūt. In cō/
ſpectu throni mare vitreū. Mare vi/
treū/ fōtē baptiſmi an̄ thronū dixit.i.an̄ iu
diciū. Sed ⁊ aliq̄ aīam ſanctā itellige thro
nū/ ſic ſcptū ē: Aīa iuſti ſedes ē ſapiētię. Ali
q̄ eccleſiā ſignificat: i q̄ ſedē habet de⁹. Et
i medio throni q̄ttuor aīalia.i.i me/
dio eccleſię euāgeliſtę: plena ocul̓ i ho/
ra ⁊ retro.i.ꝓterita ⁊ futura ꝯſpicientia.
In aīali hmo ſil̓i leoni/ fortitudo ec/
cleſię oſtendit. In vitulo/ paſſio chriſti.
In tertio aīali qđ ē velut hō: hūili/
tas eccleſię oſ̄dit: qꝛ nihil ſibi blādit vt ſup
bū ſapiat: q̄uis adoptionē filiorū teneat.
Quartū aīal: eccleſiā dixit/ ſil̓e aq̄le.i.
volantē ⁊ liberā/ atq̄ꝫ a terra ſuſpēſā duab⁹
alis: q̄ſi duorꝫ teſtamentorꝫ ſiue duorꝫ p̄ce/
ptorꝫ gubernacul̓ eleuatā: Nā ⁊ iohannes
euāgeliſta cū de iſtl̓ aīalib⁹ itro aſpexiſſet/ i
chriſto cōpletū eē/ q̄drifoꝛme myſteriū itel/
lexit/ cū vidiſſet hoīem naſcētē/ vitulū pati/ D
entē/ ⁊ aq̄lā ad cęleſtia remeātē. Et ſingu
la eorꝫ habebāt alas ſenaſ ꝑ circūi
tū. In aīalib⁹ oſtēdunt vigintiq̄ttuor ſeni
ores: Nā ſenę alę i q̄ttuor aīalib⁹/ vigiti et
q̄ttuor alę ſūt. Etem̄ ꝑ circūitū throni vidit
aīalia/ vbi ſe dixerat ſeniores vidiſſe: Naꝫ
quō aīal cū ſex alis pōt ſil̓e eē aq̄lę q̄ habet
duas alas/ niſi qꝛ q̄ttuor aīalia vnū ſunt/ q̄
habēt vigintiꝫ q̄ttuor alas: in q̄b⁹ viginti
⁊ q̄ttuor ſenioreſ itelligim⁹/ q̄ ſūt eccl̄ia quā
ſiſauit aquilę. Et alit: Senę alę teſtimonia
ſūt veter̓ teſtamēti. Sicē em̄ aīal volare nō
pōt niſi habeat pēnas: ſic nec ꝓdicatio no/
ui teſtamēti fidē habet/ niſi habeat veteris
teſtamēti ꝓnūciata teſtimonia/ ꝑ q̄ tollit a
terra ⁊ volat. Semꝑ em̄ qđ an̄ dictū ē futu
rū/ ⁊ poſtea factū inuenit/ fidē facit idubita
bilē. Niſi em̄ q̄ ꝓdixerāt ꝓphetę i chriſto eſ/
ſent ꝯſūmata/ ianis eēt ꝓdicatio illorꝫ. Hoc
tenet eccl̄ia catholica ante ꝓdicta/ ⁊ poſtea
ꝯſūmata. Merito volat et tollit a tra vnū
aīal in cęlū. Et requiē nō hēbāt aīa/
lia illa: eccleſia/ q̄ non habet requiē/ ſꝫ ſꝑ
laudat deū. Uiginti ⁊ q̄ttuor ſeniores poſ/
ſum⁹ etiā itelligere libros veter̓ teſtamen/
ti ⁊ patriarchas ⁊ apl̓os. Fulgura et toni/
trua/ q̄ de ſolio exire dicunt/ ꝓdicationes ⁊
ꝓmiſſiones intelligere debem⁹ noui teſta/
mēti. Mittētes coronas ſuas ante
thronū. Hoc ideo: qꝛ q̄cq̄d dignitatis ha/
bēt ſācti/ totū deo tribuūt: ſicut ⁊ illi i euan
gelio palmas et flores ſternebāt ſub pedi/
bus eius: id ē ipſi tribuentes oīe qđ vice/
rant. Quia tu creaſti oīa/ et ex volū
tate tua erūt. Erāt ſm deū a quo cuncta
anteq̄ꝫ fierēt poſſeſſa ſunt. Creata ſunt au
tē vt ⁊ a nobis viderent/ ſicut dicit moyſes
ad eccleſiā: Nōne eſt hic ipe pater tuus qui
fecit te et poſſedit te ⁊ creauit te? Poſſedit
in ꝓſcientia/ ⁊ fecit in adā/ ⁊ creauit ex adā.

Et vidi ſupra (Homelia.IIII A
c dextrā ſedētis in throno li/
brū ſcriptum intus et foris:

Utruſq̧ teſtamentũ intellige. A foris vet⁹/
ab int⁹ nouũ/qđ intra vetus latebat. Si/
gnatũ inqͭ ſigill' ſeptẽ.i. oi myſterioꝝ
plenitudine obſcuratũ:qđ vſq̧ ad paſſionẽ
ꝛ reſurrectionẽ chriſti manſit ſignatũ: Nam
quõ teſtamẽtũ nõ dicit̃ niſi qđ faciũt mori/
turi/ꝛ ſignat̃ vſq̧ ad mortẽ teſtatoꝝ/ꝛ poſt
mortẽ ipſi⁹ apitur: Ita ꝛ poſt chriſti mortẽ
oia myſteria reuelãt̃. Et vidi ãgelũ for/
tẽ clamãtẽ voce magna: Quis ẽ di
gn⁹ apire libꝝ/ꝛ ſoluere ſignacula
ei⁹? Cui⁹ pmo ſigna ſoluant̃: deinde liber
aperiat̃: certa rõ eſt:qꝛ chriſtus tũc apuit
libꝝ/cũ opus paternę volũtatꝭ aggreſſus/
ↄceptꝰ ꝛ nat⁹ ẽ. Tũc ei⁹ ſignacl'a ſoluit/qñ ꝓ
genere hũano occiſ⁹ ẽ. Et nẽo poterat
neq̧ i celo neq̧ i t̃ra neq̧ ſub t̃ra:
i. neq̧ ãgel⁹ neq̧ i terrꝭ viuẽſ/neq̧ mortu⁹:
apire libꝝ neq̧ videre illũ.i. ↄtẽpla/
ri ſplẽdorẽ grẽ noui teſtamẽti. Et ego fle
bã multũ:qꝛ nemo ẽ inuẽt⁹ dign⁹
apire libꝝ. Eccl'ia flebat:cui⁹ figurã ha/
buit iohãneſ/onerata ꝛ grauata pctĩs/iplo
rãs ſui redẽptionẽ. Et ecce vn⁹ ex ſeni/
oribus. Unũ ex ſeniorib⁹ totũ corpuſ ꝓ/
phetaꝝ intellige. Prophetę ↄſolabãt̃ eccle
ſiã/annũciãtes chriſtũ de tribu iuda radicẽ
dauid:qꝛ ipſe in nob̃ vincit om̃e pctm̃:et ſi
B qđ boni aliq̃s habet/ab ipſo habet: Et vi
di/ꝛ ecce in medio throni ꝛ q̃ttuor
aialiũ et ſenioꝝ agnũ ſtantẽ q̃ occi
ſus ẽ. Throni/ aialia/ſeniores/et agnus
q̃ occiſus ẽ/eccleſia ẽ cũ capite ſuo/q̃ ꝓ chri
ſto morit̃/vt cũ chriſto viuat. Pñt ꝛ marty/
res in eccleſia agn⁹ q̃ſi occiſus accipi. Ha
bẽtẽ inqͭ cornua ſeptẽ et oclos ſe/
ptẽ/q̃ ſũt ſpũs dei miſſi i oẽꝫ terrã.
Q nemo poſſit hr̃e ſpm̃ dei p̃ter eccleſiaꝫ/
hinc manifeſte cognoſcit̃. Et venit et ac/
cepit de dextra ſedentꝭ i throno li/
brũ. Sedentẽ i throno ꝛ patrẽ accipim⁹ et
filiũ et ſpm̃ſctm̃. Accepit ĝ agn⁹ de dextra
dei.i. a filio accepit op⁹ libri ꝑficiendũ ipõ
Joh.20.c. dicẽte: Sic miſit me pf et ego mitto vos:
eo q̃ ipſe in illꝭ ꝑficiat qđ donat. Haben
tes ſinglꝭ citharas.i. chorda laudũ:et
phialas aureas: Hęc ſũt vaſa i domo
dñi in q̃b⁹ thimiama offerri ↄſueuit: Ideo
orõnes ſctõꝝ hñi i eis itelligim⁹. Et cãta/
C bãt cãticũ nouũ. Canẽtes canticũ no/
uũ.i. ꝑfeſſionẽ ſuã publice ꝓferẽtes. Et ve/
re nouũ ẽ/filiũ dei hoieꝫ fieri/ꝛ mori ꝛ reſur

gere/ꝛ i cęlũ aſcẽdẽ/remiſſionẽ pctõꝝ hoib⁹
dare. Cithara eñ.i. chorda i ligno extenſa/
ſignificat carnẽ chriſti paſſioni ↄiũctã. Phi
ala aũt ↄfeſſionẽ/ꝛ noui ſacerdotij ꝓpagi/
nẽ. Reſeratio ſigilloꝝ adaptio ẽ veterꝭ te/
ſtamẽti. Et vidi ꝛ audiui vocẽ mul/
toꝝ angeloꝝ. Angelos hoies dicit:qꝛ
ꝛ filij dei dicimur. Dign⁹ ẽ agn⁹ q̃ occi/
ſus ẽ/accipe ptãtẽ et diuitias ꝛ ſa/
pientiã ꝛc. Nõ de dño dic̃i q̃ ſũt oẽſ the Col.2.a.
ſauri ſapiẽtię/vt ipſe accipiat/ſ; de hoie aſ/
ſũpto ꝛ ei⁹ corpe qđ ẽ eccleſia:vel de marty
rib⁹ eius/q̃ ꝓ noie ei⁹ occiſi ſũt: qꝛ in capite
ſuo totã accepit eccleſiã/ſic̃ ſcptũ ẽ: Cũ illo Roma.8.f.
nobis oia donauit. Ipſe eñ agn⁹ accipit q̃
in euãgelio dixit: Data ẽ mihi oĩs ptãs in Matth.28.d.
cęlo ꝛ in terra:ſm̃ hũanitatẽ ĝ/nõ ſm̃ deita
tẽ accepit. Omẽs inqͭ audiui dicentes
ſedẽti i throno.i. patri ꝛ filio: ꝛ agno:
id ẽ eccleſię cũ capite ſuo: Bñdictio ꝛ ho
nor et claritas i ſecula: Cui ẽ honor ꝛ
gloria ꝛ imperiũ in ſęcula ſęculoꝝ amen.

Homelia.v.

A Icut mõ dũ le/ctio diuina legeret̃/audiſtꝭ: ita ait
beat⁹ iohãnes: Et ecce equ⁹ al/
bus/ et q̃ ſedebat ſup eũ/ habebat
arcũ: ꝛ data ẽ ei corona/ꝛ exijt vin
cẽs. Equ⁹ alb⁹ eccleſia ẽ/ſeſſor chriſt⁹. Iſte
equus dñi cũ arcu bellico per ȝachariã hoc
mõ añ ꝓmiſſus ẽ: Uiſitauit dñs deus gre/ Zach.10.b.
gem ſuũ domũ iſrael: ꝛ diſpoſuit euꝫ ſicut
equũ ſpecioſũ in bello:et ex eo diſpoſuit: ꝛ
ex eo arcus in ira: et ex eo exijt om̃is inſe/
quens. Equũ eñ albũ intelligimus ꝓphe/
tas ꝛ apoſtolos. Equitẽ coronatũ haben/
tẽ arcũ/cognoſcim⁹ nõ ſolũ chriſtũ/ ſed etiã
ſpm̃ſanctũ. Poſtq̃ eñ dñs deſcẽdit de cę/
lo/ꝛ aperuit vniuerſa/miſit ſpm̃ſanctũ:cui⁹
verbũ p̃dicatores tanq̃ ſagittę ad cor ho/
minũ ꝑtingerẽt/et vincerẽt incredulitatẽ.
Coronę ſuper caput/promiſſa per ſpm̃ſan
ctũ intelligẽda ſũt. Et cũ aperuiſſet ſi/
gillũ ſecundũ/ audiui ſecũdũ ani/
mal dicens: Ueni et vide. Et exijt
equ⁹ rufus: et ſedenti ſup eũ datũ
eſt tollere pacẽ de terra:et vt inui/
cẽ occiderent/et datus eſt ei gladi
us magnus:contra victricẽ vincentẽq̧
eccleſiã. Exijt equ⁹ rufus:id ẽ populus ſi/
niſter ꝛ malus/ ex ſeſſore ſuo diabolo ſan/
guinolẽt⁹: Quis legam⁹ ſm̃ ȝachariã equũ
dñi rufum:ſed ille ſuo ſãguine erat/hic ali/

eno. Cui datus ē gladius magnus vt tol-
leret pacē de terra: ſcʒ ſuā pacē/hoc ē mun-
danā: Nā eccleſia ęternā pacē quā ſibi chri
ſtus reliqt/habet. Sicut ꝑ ſupra dictū eſt/
equū albū/et eccleſiā dicit: ſeſſorē eius chri
ſtū ꝑ ſpm̄ ſanctū. Arcū quē tenebat in
manu: ꝓcepta eius ſunt/quę totū mundū
velut ſagittę acutę potentis ad interficien
da peccata/⁊ excitāda fideliū corda directę
ſunt. Corona in capite eius/ ꝓmiſſio
vitę ęternę eſt. Equū rufū/ maluʒ popu
lum: ſeſſorē eius diabolū. Quē ideo dixit
rufum/ eo ꝙ multorū eſſet ſanguine rubi-
cund⁹. Qȝ aūt dat⁹ eſt ei gladi⁹/⁊ tol
lere pacē de terra/hꝫ eſt ꝙ diabolo ſua-
dēte/ hoīes mali inter ſe lites ⁊ diſcordias
vſqȝ ad mortem excitare nō ceſſant. Et in
equo nigro intelligit̄ populus ſiniſter
diabolo conſentiens. Qȝ autē ſtatherā
habebat in manu/hoc ideo eſt: quia
dum ſe fingūt mali iuſticię libram tenere:
B ſic plerūqȝ decipiūt. Qȝ dixit: Vinum et
oleū ne lęſeris: in vino ſanguis chriſti/
in oleo vnctio chriſmatꝭ intelligit̄. In tri-
tico vel hordeo/tota eccleſia/ſiue i ma-
gnis/ſiue in minimis: aut certe in ꝓpoſitis
⁊ in pplis. Et in equo pallido/hoīes in
telligunt̄ mali/q ꝑſecutiones excitare non
deſinūt. Iſti tres equi ſūt q exierūt poſt al
bū ⁊ ꝯtra albū: et ſeſſorē habēt diabolū q ē
mors. Tres ꝑ eq/fames ⁊ bella ⁊ peſtis in-
telligunt̄: Qd etiā dn̄s in euāgelio ſuo ꝓ-
dixit/ꝗ etiā fiūt: ⁊ imminēte die iudicij am
plius futura ſunt. Qȝ aūt dixit ſe vidiſſe
ſub ara aīas interfectoꝝ: martyres
itelligunt̄. Qȝ aūt dicit/terremotū ma-
gnū: ꝑſecutio nouiſſima ē. Qȝ dicit/ ſolē
factū nigrū/⁊ lunā ſanguinē/⁊ ſtel
las cecidiſſe de celo: Sol ⁊ luna ⁊ ſtel-
lę/eccleſia ē in toto orbe diffuſa. Qȝ aūt di-
cit/cecidiſſe: non tota cecidit/ſed a pte totū
intelligit̄. In oīni eīn ꝑſecutione boni ꝑſe-
uerāt: ⁊ mali qſi de cęlo.i.de ecclia cadunt.
Deniqȝ ſequit̄: Sicut fic⁹ mittit groſ-
ſos ſuos cū a vēto agitat̄: ſic d eccle-
ſia cadūt mali/qſi ꝑ aliquā tribulationē fu
erint ꝯturbati. Qȝ aūt celū receſſit vt li
ber: ecclia eſt ꝗ ſepat̄ a mal̄: ⁊ velut lib in-
uolut⁹ cōtinet in ſe ſibi nota diuina myſte
ria. Qȝ aūt dicit: Reges terre fugerūt
et abſcōderūt ſe in ſpelunc̄ terre:
hoc ſignificat ꝙ totus mūdus i bonis ⁊ ſā-

ctis refugiū habiturus ē ad eccleſiā: vt ſub
eius ꝓtectione ꝯſtitutus/ꝑuenire poſſit ad
vitā ęternā: auxiliāte dn̄o noſtro ieſu chri-
ſto/q viuit ⁊ regnat i ſęcula. Homel.VI
Et vidi alterū angelum aſcē- A
dentē ab ortu ſolis. Alterꝝ an
gelum eandē eccleſiā catholicā in-
telligit: ab ortu ſolis/a paſſione et reſurre-
ctione dn̄i clamantē quattuor angulis ter-
rę. Et clamauit voce magna quat-
tuor angelis/ quibus data eſt po-
teſtas lędere terrā et mare: Ne le-
ſeritis terrā neqȝ mare. Accipit autē
gladiū generaliter/ſiue ꝯtra eos quos i vi-
tā interficit/ſiue quos inter ſe ꝓ rebus tpa
libus vſqȝ ad mortē litigare ꝑſuadet. De
tertio ſigillo dicit equum nigrū exiſ-
ſe: et qui ſedebat ſuꝑ eū/habebat i
manu ſua ſtatherā. Librā iquit habe
bat in manu ſua/id eſt examen ęquitatis:
quia dū fingit ſe iuſticiā tenere/ ꝑ ſimulati
onem lędit. Dum aūt in medio anima
liū/id eſt i medio eccleſię dicit̄: Ne leſe-
ris: oſtenditur ꝙ ſpiritales nequitię po-
tentiā in ſeruis dei nō habēt/niſi a deo ac-
ceperint. Vinuʒ et oleum ne leſeris.
In vino ⁊ oleo vnctionē chriſmatis et ſan
guinē dn̄i: In tritico autē ⁊ hordeo eccle-
ſiā dixit/ſiue in magnis ſiue in paruis chri
ſtianis/ſiue i ꝓpoſitis ⁊ populis. De quar
to ſigillo equus pallidus: et qui ſe-
debat ſuper eū/nomē erat ei mors
et infernus ſequebat̄ eum: Et da-
ta eſt ei poteſtas ſuꝑ quartā partē
terre/iterficere gladio/fame ⁊ mor-
te/et beſtijs t̄re. Iſti treſ e qꝫ ſuꝑdictū
ē vnū ſūt/q exiert̄ poſt albū/et ꝯtra albū: ⁊
vnū ſeſſorē habent diabolū qui eſt mors:
Nam equitē diabolū eſſe et ſocios eſſe/ſe-
xto ſigno manifeſtat/cū ꝓlio vltimo equoſ
dicit congredi. Tres ergo equi/fameſ ⁊ bel
la et peſtes intelligunt̄/ ſicut a dn̄o in euā-
gelio ꝓnūciatur. Equus alb⁹/ꝟbū ē ꝑdica-
tionis in orbe terraꝝ. In equo rufo et ſeſ-
ſore ei⁹/bella ſūt ſignificata ꝗ futura ſūt/im
mo fiūt cū iā gens ſurgat ꝯtra gentē. Per
equum pallidū et ſeſſorem eius/ peſtis ma-
gna ⁊ mortalitas ſignat̄: Et ifern⁹ ſeqt̄
illū.i.expectat deuorationē multaꝝ aīaꝝ.
Et cū aperuiſſet ſigillū qntuʒ/ vidi B
ſub ara dei aīas iterfectoꝝ. Arā dei
eccleſiā dicit/ſub cui⁹ ocul̄ martyres effecti

Expoſitionis in apocalypſim Homelia. VI.

ſũt. Et licet aīe ſctõꝝ in ꝑadiſo ſint: tñ q2 ſã
guis ſctõꝝ ſup terrã fundit / ſub ara clama-
Gen. 4. b. re dicunt: ſicut illud ẽ: Sãguis fřis tui clamat
de terra. Et cũ apuiſſet ſigillũ ſextũ / terremot⁹ fact⁹ ẽ .i. ꝑſecutio nouiſſima.
Et ſol fact⁹ ẽ niger ſicut ſacc⁹ cilicin⁹:
ꝛ luna facta ẽ tota ſicut ſanguis: et
ſtelle ceciderunt i terrã. Q̃d ẽ ſol ẽ / lu
na ꝛ ſtelle .i. eccľia: ꝟ a toto ps itelligit. Nõ
eñ tota eccľia / ſed q̃ mali ſũt i eccľia / ipſi ca
dũt de celo. Totũ aũt dixit: q2 in toto orbe
terraꝝ erit nouiſſima ꝑſecutio. Et tũc q̃ iu-
ſti fuerint ꝑmanebũt i eccľia tãq̃ i celo: cu-
pidi ꝟo / iniuſti ꝛ adulteri acq̃eſcere habent
diabolo ꝛ ſacrificare idolo. Et tũc q̃ ſe chri-
ſtianos eſſe ꝟbis tñmõ dicũt / tãq̃ ſtelle ca
dũt de celo / q̃d ẽ eccľia. Sicut fic⁹ magno
vento agitata mittit groſſos ſuos.
Agitatã arborẽ eccľie cõꝑauit: Uẽtũ ma-
gnũ dicit ꝑſecutionẽ. Groſſos / hoib⁹ malis
cõꝑauit / q̃ excutiẽdi ſũt ꝛ receſſuri ab eccľia.
Et celũ receſſit vt iuolut⁹ liber. In
h̃ loco celũ eccleſiã dicit / q̃ a maľ recedit: ꝛ
intra ſe ſibi ſoli nota myſteria ꝯtinet ſicut li-
ber iuolut⁹: quẽ iniq̃ intelligere / nec volũt
oĩno / nec pñt. Et oĩs mõs ꝛ iſula d̃ lo
cis ſuis mote ſunt. Q̃ celũ dicit / hoc
mõtes / h̃ inſule ſignificãt .i. eccleſiã facta no
uiſſima ꝑſecutiõe / oẽm de loco ſuo receſſiſ
ſe dicit: ſiue i bonis fugiẽdo ꝑſecutionẽ / ſi-
ue i maľ fide cedẽdo. Sz põt i vtrãq̃ ptẽ cõ
uenire: q2 ꝛ bona ps mouet d̃ loco ſuo fugi
Apo. 2. b. ens .i. amittẽs illũ q̃d habet / ſicut illũ: Moue
C bo candelabꝝ tuũ de loco ſuo. Et reges
terre et magiſtratus. Reges potẽtes
hoies accipim⁹. Ex oĩ eñ gradu ꝯuertẽt ad
chriſtũ. Ceteꝝ q̃ tũc reges erũt / ꝑter vnũ ꝑ-
ſecutorẽ / abſcõderũt ſe i ſpeluñ ꝛ petri
montiũ. Cõfugiũt oẽs i ꝑ̃ſenti ſeculo ad
fidẽ eccľie: ꝛ i abſcõdito myſterio ſcptruraꝝ
ꝯtegũt. Et dicũt / cadite .i. tegite nos: ꝛ
abſcõdite .i. vt hõ vet⁹ a dei ocuľ abſcon
dat. Et aliter: Qui cogitat futurum iudi-
cium / cõuertetur ad montes .i. ad eccleſiã /
vt abſcõdant pctã ſua ꝑ penitẽtiã i ꝑ̃ſenti
tpe / ne i futuro puniãtur. Donec ſigne-
mus ſeruos dei i frõtib⁹ eoꝝ. Eccle
ſiã denunciat: ꝛ dicit malis hoib⁹ .i. ſiniſtre
ꝑti lędẽti: Ne leſerit. Hęc ẽ vox q̃ i medio
aialiũ dic lędẽti Uinũ ꝛ oleũ ne leſerit:
In vino ꝛ oleo oẽs q̃ ſunt iuſti itelligunt:
q̃s nec diabol⁹ nec mali hoies lędere pote-
rũt / niſi quotiẽs ad eoꝝ ꝓbationẽ ꝑmiſerit
de⁹. Uinum inq̃t et oleũ ne leſeris.
Pręcępit dñs oẽm terrã ſuã ſpiritalẽ nõ lę-
di quouſq̃ oẽs ſignẽtur. Et audiui nu-
merũ ſignatorũ centũ q̃dragintaq̃ttuor milia ſignati ex oĩ tribu fi
liorũ iſrľ. Cẽtũ q̃dragintaq̃ttuor oĩno
oĩs eccľia ẽ. Poſtea vidi / et ecce ꝑpľs
mult⁹ quẽ dinumerare nemo pote
rat ex oĩb⁹ ꝑpľis / gẽtibus ꝛ liguis.
Non dixit: poſt hęc vidi aliũ ꝑpľm / ſed vidi
ꝑpľm .i. eundẽ quẽ viderat i iſtis cẽtũ q̃dra-
gintaq̃ttuor miliũ. Hũc vidit innũerabilẽ
ex oĩ tribu linguę: q2 oẽs gẽtes inſertę ſunt
radici credẽdo. Dñs i euãgelio totã eccleſiã
tã de iudęis q̃ de gẽtib⁹ / i tribub⁹ iſrľ duo-
decim demõſtrat dicẽs: Sedebitiſ ſup duo- Math. 19. d.
decim thronos / iudicãteſ duodecim tribus
iſrľ. Amicti ſtolis albis. Stolas albas
ſpm̃ſctm̃ itelligit. Et oẽs ãgeli i circũi
tu ſtabãt throni. Angelos eccleſiã di-
cit: q2 ꝑter ipſã nihil aliud deſcribebat. Et
rñdit mihi vn⁹ de ſeniorib⁹ dicẽs:
Iſti q̃ amicti ſũt ſtoľ albis / q̃ ſunt?
Un⁹ de ſeniorib⁹ q̃ rñdit / officiũ indicat ſa
cerdotũ: q2 eccleſiã .i. ꝑpľm i eccľia docẽt / q̃d
ſit remuneratio laboris ſctõꝝ / dicens: Hi
ſũt q̃ veuerũt ex magna tribulatiõe:
q2 lauerunt ſtolas ſuas i ſãguine
agni. Nõ eñ vt aliq̃ putãt martyres ſoli
